IOANNIS CARAMVEL

C R I T E S

L A T I N E

IVDEX ARBITER

DE VSU

Senſibilium Reſtrictionum in Praxi.

Eſt diſtributum in duo Capita.

QVORVM

PRIMUM, quod Politicum eſt, præmittit & dilucidat Generales Doctrinas, quæ Reſtrictiones Tranſcendentales, Privatas & Publicas Interrogationes, Petitiones, Promiſſiones, Reſponſiones, Conceſſiones, Acceptationes, & ſimilia concernunt. Proponit condemnatque à Veteribus, & Noviſſiis Principibus initos ſub æquivocatione Contractus, qui etiamnum in Hiſtoriis fide dignis leguntur. Legeſque, Cauſas (Civiles aut Criminales ſint) à Cavillatione Mentalium Reſtrictionum emaculat. Et denique Miniſtros, qui in Tribunali ſerviunt (videlicet Accuſatorem, Reum, Teſtes, Advocatum, Judicem, &c.) ad conſignificantes circumſtantias remittens, ſubducit à neceſſitate utendi Reſtrictione Mentali.

SECUNDUM quod Eccleſiaſticum eſt, de Reſtrictionibus, quæ in Sacramentorum uſu, & præcipuè in Sacramentali Confeſſione, &c. de iis, quæ in Ordinum Collatione, &c. fiunt, aut fierent, accuratè diſcurrit. Secreti Naturalis, & Sacramentalis Jus & inviolabilitatem apodicticè firmat. De externâ Confeſſione Fidei: necnon de ornamentis & veſtibus, aut Nationem ſolam, aut Religionem ſolam, aut utramque ſimul ſignificantibus, &c. differit, graviſſimam & ſcitu digniſſimam Quæſtionem, ad Orthodoxa Fidei Fundamenta reducens.

EST TRISMEGISTI
THEOLOGICI
TOMVS IV.

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam Anno MDCLXXIX

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

Articulorum, & Sectionum.

Omnes Numeri ſunt paginarum.

CAPUT I. POLITICUM.

M*Ulta Controverſia graviſſima, tā Speculativa, quā Practica, proponuntur, expediunturq; in particulari.* pag. 2

ARTICULUS I. De Amphibolologia. Quid ipſa ſit, & quomodo ab æquivocatione diſtinguatur? ibid.

ARTICULUS II. Iterum de Amphibolologiâ. An, & quando uti amphibolo aut æquivoco ſermone liceat? 5.

ARTICULUS III. P. Joannis Poncii ſentētia examinatur. 8

Sectio I. *Ejuſdem verba ipſa præmittuntur.* ibid. b

Sectio II. *Eadē Poncii verba recognoſcūtur, & examinātur* 10

ARTICULUS IV. De Reſtrictionibus Tranſcendentalibus. An ritè dividantur in Publicas & Privatas? De libero arbitrio Angelorum & Hominum. An, & quomodo ſit reſtringenda ejus communis definitio? De Privatâ & Publicâ Interrogatione, Petitione, Promiſſione. De Reſponſione, Conceſſione, & Acceptatione. An & quo ipſæ modo à conſignificantibus circumſtantiis ad determinatam ſignificationem reſtringantur? 13

ARTICULUS V. De Μεταστασία. An Reſponſionem, quæ non eſt ad rem, propria ſignificatione Interrogatio ſeria exſpolier, & ſuâ inveſtiat? 20.

Objectio. *Exornatur Caput* Paſtoralis. *Et ut exponatur, quo Innocentius III. ſenſu dixerit, Ordinarium delegati ſententiam, etiam injuſtam, debere exſequi, agitur de Probabilitate, decerniturque, quid facturi ſint ſubditi, ubi certò; quid ubi tantum probabiliter conſtat de Injuſtitiâ præcepti.* ib.

Nota I. *Hujus Articuli Doctrinam Authoritate, & ratione confirmat. An* Promittere *&* Dicere *differant inter ſe? An omnis Promiſſio ſit Conditionata, & tranſcendentales aliquas circumſtantias neceſſariò ſupponat?* 26. a

Nota II. *De Poſitione, Promiſſione, Juſſione, Interrogatione: nec non de Conceſſione, Exſequutione, Obeditione, Reſponſione, ſeu Declaratione. An in ipſis hæ Circumſtantiæ Tranſcendentales (*videlicet, ſi poſſit, ſi liceat, ſi expediat*) ſemper intelligantur?* 28. a

Nota III. *An & cur omnis Interrogatio ſit Enunciatio?* 29. b

Nota IV. *De Promiſſione de futuro. An, & quibus Circumſtantiis ſubjaceat?* 30. b

Nota V. *De Cauſis Criminalibus. Aliqua præmittuntur, quæ neceſſaria ſunt, ut ſequens Articulus intelligatur: & proponuntur conſignificantes Circumſtantiæ, quæ verba interrogantis Judicis (quæcumque illa ſint) reſtringunt.* 32. b

Nota VI. *De Cauſis Civilibus. Sunt, & aliæ Circumſtantiæ, quæ ſemper ſubintelliguntur, & verba Judicis ad ſenſum, quem Leges intendunt, reſtringunt.* 36. b

Nota VII. *De Reſponſione, & Narratione. An, & quomodò differant inter ſe? An homo rem ut accidit, & ut putat, narrando, mentiri queat?* 37. a

ARTICULUS VI. De Legibus. An in earum latione aut Interpretatione, uti poſſimus, aut debeamus Reſtrictione Mentali? 38.

ARTICULUS VII. De Contractibus, An in ipſis locum habeant Reſtrictiones Mentales? 42.

Sectio I. *Quid Contractus ſit? & an Promiſſio ſit Contractus?* ibid. b

Sectio II. *Rationes, quæ ſuadere videntur, Acceptationem in Promiſſione Obligatoriâ requiri, proponit.* 43. b

Sectio III. *Rationibus præmiſſis ſatisfacit.* 44. a

Sectio IV. *An ex Juſtitiâ, an vero obliget ex ſolâ Veracitate Promiſſio?* 46. a

Sectio V. *De Phiruſii Perſiæ Regis, & Arſebſchânvari Haithaliæ Regis Pacto. Quid* Terminalis lapidis *nomine intelligendum ſit?* 47. b

Sectio VI. *De Cleomenis & Argivorum induciis. Quid* Diei *nomine veniat intelligendum?* 49. b

Sectio VI. *De Pacis contractu inter Ezechiam Hebræorum Regem & Sennacheribum Chaldeorum Regem celebrato, & perfidè ab iſto temerato.* 51. b

Sectio VII. *De Furto, & Perfidiâ Periclis.* 53. a

Sectio VIII. *De Ingratitudine & Perfidiâ Neronis.* ibid. b

Sectio IX. *De Antonini Caracallæ Perjurio.* 54. a

Sectio X. *De Solimano Imperatore. An Habraimo fidem promiſſam obſervârit?* ibid.

ARTICULUS VIII. De Teſtamentis. Quid illa ſint, & quo Jure introducta? Quo modo exponi, & intelligi debeant? Et, unde ſumenda ſit Reſtrictio in clauſulis, quæ poſſint habere varios ſenſus? 57.

Sectio I. *Exponitur eſſentia Teſtamenti; & oſtenditur à Jure Civili, & Eccleſiaſtico quoad Clericos poteſtatem condendi Teſtamenti procedere; & repugnare illam, ſi Jus Naturæ, aut Gentium conſideretur, & à Civili præſcindatur?* ibid. a

Sectio II. *De Teſtamentorum legitimâ Interpretatione. Ne doctrinis & regulis ſupervacaneis oneretur meus Lector, unicum Teſtamentum, de quo multi ſcripſerunt, in exemplum propono.* 59. a

Sectio III. *Prima Quæſtio [An poſteriora poſita in Teſtamento verba, ipſimet Margaretæ, an verò hæredibus, eidem Margaretæ ſubſtitutis præcipiant, ne legitimam detrahant?] proponitur, deciditur, & explicatur.* 61 a

Sectio IV. *Quæſtio ſecunda (an Margareta Juſtinianeæ Conſtitutioni leg. quoniam in prioribus, acceptando & approbando teſtamentum paternum, renuntiaverit) reponitur, & examinatur.* 62. b

Sectio V. *Quæſtio Tertia (An ex ſuppoſitione quòd ſufficiens approbatio non fuerit, poteſtas removendi à legitima onera, quæ conceditur filiis, ad eorum hæredes ab inteſtato tranſmittatur: ac propterea nunc ad matrem Margaretæ Mariam?) reſolvitur & dilucidatur.* 65. a

ARTICULUS IX. De Tribunalibus. Nomina *Tribunal, Senatus, Conſilium, & Concilium* dilucidantur. De Judice, Accuſatore, Reo, & Teſtibus, qui ſunt Perſonæ, quæ præcipuè in omni cauſâ requiruntur. 67.

Monitum Prooemiale. *De Acceptione Perſonarum* in

Digitized by Google

in omni Judicio vitandâ. 69.
Paragraphus I. *De Abbatibus Ordinis D. Benedicti, Oſtenditur ſummâ Sanctum Patrem providentiâ cavisse, ne Perſonarum acceptio in Clauſtra Monachorum ſubreperet.* 70.a
Paragraphus II. *De cæteris Principib⁹ & Judicibus. In iis diris graviſſimis Perſonarũ acceptio divinitus incriminatur.* 72.a
Paragraphus III. *An Acceptor Perſonarum ſit Deus?* 73.b
Sectio I. *De Judice. Quales eſſe Judices debeant, & cur inventi & admiſſi à Republicâ? Debent reos examinare. Eorum verba ſemper ſunt per Transſcendentales Circumſtantias reſtricta. Et hæ ipſæ Circumſtantiæ, quæ à Tribunali & Judiciali Dignitate proveniunt, & omnẽ Interrogationem reſtringunt, recenſentur, & dilucidantur. Oſtenditur Rei ſemper Reſponſionẽ per Interrogationem à Judice factam reſtringi. Adduntur nonnulla commiſſionũ, Judicibus datarũ formula, & quid importent ipſa in praxi, deciditur & explicatur.* 77.b
Sectio II. *De Accuſatore & Denunciatore. Quid ſint? quomodo differant? In quibus caſibus, & de quâ materiâ teneantur denunciare? Oſtenditur Epiſcoporum Monitoria reſtringi plurimis limitationibus.* 83.a
Sectio III. *De Reo. Quis ille ſit, & quomodò, & à quot Judicibus debeat examinari?* 86.a.
Sectio IV. *An, quãdo & quomodo Re⁹ reſpõdere teneatur.* ib.
Sect. V. *De Teſtib⁹. Qui ſint oculati, & quomodo ab Auritis diſtinguãtur, exponitur, & an, & quãdo reſpondere teneãtur.* 96.
Sectio VI. *De Reſponſione æquivocâ. An Reo, & Teſtibus liceat per amphibola verba reſpondere?* 103.a
Sectio VII. *De P. Miranda doctrinâ. Oſtenditur illum, nec Conſignificantes circumſtantias percallêre, nec opinionem aſſerentium Reſtrictiones Mentales.* 104.a
Sectio VIII. *An qui inculpatè aut occultè aut ita ut ſub talibus circumſtantiis non teneatur fateri, ſi ſe crimen commiſiſſe dixerit, mentiatur, & perjurium committat?* 107.a

CAPUT II, ECCLESIASTICUM.

Multa reſolvuntur Quæſtiones, quæ Religionem Orthodoxam concernunt. 108.
ARTICULUS X. De Reſtrictionibus, quæ in Sacramentorum Formis veniunt neceſſariò admittendæ. 109.
Sectio I. *De Sacramento Baptiſmi.* ibid.a
Sectio II. *De Confirmationis Sacramento.* 110.b
Sectio III. *De Sacramento Extremæ Unctionis,* 111.b
Sectio IV. *De Pœnitentiæ Sacramento.* 112.b
Sectio V. *De Ordinis Sacramento,* 119.a
De Promotis per ſaltum. 120.b
De Minoribus Ordinibus. 122.a
De Majoribus Ordinibus. ibid.
De Patrimonii titulo. 123.a
De Mẽſa Titulo. Quid ille ſit, & unde Reſtrictionẽ ſortiatur? 126.
De Subdiaconi Ordinatione. ibid.b
De Religioſo ad Ordines Majores promoto. 130.b
Verba S. Pauli, quæ à Pontif. in Subdiaconi Conſecrat. dicuntur, accuratè explicãtur, & eorum occaſione inquiritur, an verba æquivoca, quæ duos veros ſenſus habẽt poſſint nomine S. Pauli citari, ſi in ſenſu altero, quo nõ fuit ille loquut⁹ exponãtur. 133.
De Conſecrat. Diaconi. An vocẽ Levi bene Pont. interpretetur? 134
An Prædeſtinati neceſſariò ſalventur? ibid.b
De Stolâ, quæ Diacono imponitur. An eſſe debeat candida? 135.
De Presbyteri Conſecratione. Nõnulla Dubia excitantur & explicantur. ibid.
De Sacrificii applicatione. An non ſolum Miſſa, ſed & Epiſtola & Evangelia pro vivis & defunctis legantur? 136.b
De ipsâ Panis & Vini Converſione. ibid.
De Epiſcopo. An utrumque Teſtamentum ſcire debeat? An mentiatur, ſi neſciat, cum reſpondet ſe ſcire? 137.a
De Epiſcopi Conſecratione. ibid.
De Eccleſia Græcâ. An & quomodo differat à Latinâ? ibid.b
Sectio VI *De Sacramento Euchariſtiæ,* 138.a
Sectio VII. *De Sponſalibus.* 139.a
Sectio VIII. *De Matrimonii Sacramento,* 141.a
ARTIC. XI. De Sacramentali Confeſs. ſigillo. Utrùm Confeſſarius, qui interrogatus, An Titius confeſſus ſit tale peccatũ? tacet, violet Sacramenti ſecretum? An debeat abſolutè negare? Cur in caſu, quo Titi⁹ reverà illud peccatũ ſit confeſſus, & hoc ipsũ Confeſſarius neget, non mentiri dicendus ſit? An eũ Reſtrict. Ment. excuſet? 144.
Nota. *Antonini Dianæ, & Antonii Coteni ſententia proponitur & examinatur.* 151.a
ARTICULUS XII. De Naturali Secreto. Examinat, exponitq; Cur non poſſit violari? & quid facere debeat, qui crimen falsũ impoſuit, aut verũ, ſed ſecretũ detexit? 152
ARTICULUS XIII. De Infideliũ linguis. An Orthodoxus Turcicâ, Perſicâ, Hebraicâ, Indicâ, Saxonicâ, &c. quâ utuntur Mahometani, Judæi, Gentiles, Lutherani, &c. ſine peccato contra Fidẽ & Religionẽ uti queant? 163.
ARTICULUS XIV. De Externâ Confeſſione Fidei. An veſtibus, ornamentis, Vexillis, Signis, &c. quibus Infideles (Judæi, Ethnici, & Mahometani) utuntur, Chriſtiani uti poſſimus, quin impietate maculemur? 166.
Sectio I. *Vera Doctrina proponitur & dilucidatur,* 167.a
Sectio II. *Expenditur doctrina communis & quid adhuc juxta eam dici poſſit aut debeat, exponitur & examinatur.* 168.b
ARTICULUS XV. An Imperatores Chriſtiani potuerint olim ſine Conſcientiæ labe Sum. Pontif. Gentilitiã Stolam, & cum ipsâ Ethnicam Dignitatem admittere? 176
ARTICULUS XVI. De Petaſo. An capitis ornamenta varias hominũ Qualitates diſtinguant? De Mitrâ Ægyptiâ, Chryſoſyrmate Græco, & Tago Perſico. An id tutâ conſcientiâ à Chriſtianis poſſit admitti, ſeu geſtari? 179
Sectio I. *De Mitrâ. Quid illa, & apud quos in uſu fuerit? An & quando* Αυστιζώνη *vocetur?* ibid a
Sectio II. De *Chryſoſyrmate. A quibus olim fuerit apud Græcos geſtatus? An cum Dignitate etiam deponeretur?* 180.a
Sectio III. *De Tago. Quid apud Perſas illud ſit? & an tutâ conſcientiâ poſſit à Chriſtianis geſtari?* ibid.b
Nota I. *An Qizilbaſcius ſit nomen Perſis univerſis cõmune?* 183.
Nota II. *Cur Articulus ſequens interſeratur?* ibid.
ARTICULUS XVII. De Gentilium Religione in Indiâ Orientali. An ſint veriùs Athei, quàm Idololatræ? An adorent Diabolũ, & cur? An & ſuos Principes? An etiam ſuũ veterem Magiſtrũ Pythagoram? An animarũ transmigrationem admittant? An bruta animabus rationalibus onerent? An habeant uxores in communi? 184.
ARTICULUS XVIII. An funiculũ illũ triplicẽ, quo honorãtur Brahmani in Indiâ, geſtare queãt Chriſtiani? 196.
ARTICULUS XIX. An Chriſtiani in Indiâ poſſint habere Inaures? 201.
ARTICULUS XX. An Turcæ Neapoli, Chriſtianos tutâ conſcientiâ poſſint ad Eccleſiâ ſolennib⁹ dieb⁹ convocare? An & quid homines per tormẽta bellica, tubas & campanas loquantur? An & quando mentiantur? 203.
ARTICULUS XXI. De vero & legitimo veritatis & veracitatis, necnon de falſitatis & mendacii conceptu. 210.
Sectio I. *Quid veritas & falſitas ſint & quo modò à veracitate & mendacio diſtinguantur?* 211.a
Sectio II. *De Diviſione Mendacii.* 212.b
Sectio III. *An Mendacium peccatum ſit? Proponuntur Veterum opiniones.* 214.b
Sectio IV. De *Officioſo Mendacio, An liceat Medico fallere ægrotum?* 217.a
Sectio V. *Orthodoxa Veritas proponitur & ſtabilitur.* 226.b
Sectio VI. *Diſcutiuntur Veterum Rationes, & Authoritates, quæ Sect. III. ponebantur.* 231.b
Sectio VII. *Navdæi ſẽtẽtia, quæ Sec. IV. poſita, examinatur, an & quomodo Medico liceat decipere ægrotũ? deciditur.* 235.a
ARTICULUS XXII. De Judice & Advocato. Quomodo alteruter ſe debeat gerere, ubi Jura & Probationes ſe continent intra terminos Probabilitatis? 239.
Sectio I. De Judice. *Quo debeat procedere modo, ubi vel ex parte Juris, vel facti ſit tantùm ſemiplena probatio?* 240.
Sectio II. De *Advocato. An ſuſcipere cauſã aliquã poſſit, in quâ prævideat Clientẽ ſuum certò eſſe condemnandum?* 245.
ARTICULUS XXIII. Etiam Practicus. An qui ſcientiã ſufficientem non habet, in Tribunali (Sacramentali, Epiſcopali, aut Regio) poſſit jus dicere? 246.
Sectio I. *Theologica. An tutâ conſcientiâ homo ignorans poſſit Confeſſiones excipere?* ibid.
Sectio II. Juridica. *An tutâ conſcientiâ Vir ignorans eſſe poſſit Conſiliarius aut Judex?* 246.b

Digitized by Google

ΚΡΙΤΗΣ,

Latinè

IUDEX, ARBITER.

De Legitimo Vſu Reſtrictionum in Praxi.

VOCATUR Græcè Κριτὴς, Latinè *Iudex, Arbiter*, qui legitima Autoritate & Majeſtate, prout Caſus poſtulat, & circumſtantiæ adjacentes exigunt, Definitivam Sententiam & Reſolutionem pronunciat. Et hinc ob rem Librum hunc ultimum Κριτὴν vocari volui, quia curioſos Caſus & Hiſtorias propoſuit, in quibus de Reſtrictionum innocentia aut malitia ſincerè & legitimè judicat. Et quidem licèt alicui fortè ſuperfluus poſſet videri hic labor, nam ſufficiens eſt Doctrina præcedentium Librorum, ut omnes Lites & Controverſiæ, quæ ad Reſtrictiones ſpectant, clarè & ſecurè decidantur, volumus nihilominus addere ſequentia Capita (alterum Politicum; alterum Eccleſiaſticum) & in ipſis varios Caſus, qui in Hiſtoriis Autenticis recenſentur, decidere, ut nihil maneat, in quo Lectoris animus hærere poſſit.

Quiſnam Κριτὴς Græcè vocari poſſit?

Cur hoc nomine Liber hic inſigniri debuerit?

An neceſſarius ſit?

Tametſi de multo pluribus poſſemus agere, ad tres tantùm Claſses aut Categorias dicenda & diſputanda reducemus: & hoc Imperatoris Iuſtiniani & Illuſtriſſimorum Iuriſprudentum exemplo & autoritate manuducti, nam ipſi ſub ENTE POLITICO tria tantummodò cognoſcunt ediſſeruntque Politica Prædicamenta: in quibus Actionum, Rerum, & Perſonarum continentur Ideæ; de his enim & non de aliis Argumentis ſtatuunt Cæſariani Pandectæ. Nos ergo in iſto Libro ſimiliter de actionibus, Rebus, nec non Perſonis diſputaturi, illum in tres Sectiones dividemus.

De Ternario Prædicamentorum numero ſub Ente Politico conſtitutorum.

Unde *in Prima*, quæ ab initio decurrit, de Actionibus inſtituemus ſermonem: nimirùm, de ſermonibus æquivocis, & amphibologicis, de Reſtrictionibus Privatis & Publicis, de Legum latione, & Interpretatione, de Contractibus publicis, Regiis videlicet & militaribus, de Teſtamentis & illorum valore, de Proceſſibus & Cauſis, quæ in Tribunalibus ediſſeruntur, de Sacramentorum adminiſtratione, de ſigilli obſervantia, de Naturali ſecreto, &c. Et omnes has actiones & Operationes, qua poterimus brevitate claritateque dilucidabimus.

De quibus & quo ordine ſit hoc in loco diſputandum?

De Actionibus.

Pergimus poſteà ulterius, & in SECUNDA quæ præcipuè ab Artic. XIV. decurrit, Res ipſas Veteres, Ornamenta, Vexilla, & alia ſigna: nec non Perſicos Galeros mediamur. Et, ut Lectores juvem, duo Dubia opportunè proponam; in quibus de Ornamentis Mahometaniſmum & Ethniciſmum indicantibus diſputem. Examinabo in ipſis, An & quomodo illa ſigna indigitent Infidelitatem? An & quo illa modo à Sacrilegio emaculentur, & ad Orthodoxam ſignificationem reſtringantur?

De Rebus.

Tandem in TERTIA quam concernit Articulus XVII. præcipuè, agemus de Perſonis: & in ſpecie de Perſarum & Indorum ſuperſtitione aliqua ediſſeremus, quæ libenter legentur, quoniam in re communi, & quæ univerſis notâ, occurrunt plurima, quæ quaſi ad ſubſellia foliùs pertinerent Grammaticæ, à ſtudioſis ſublimium ſcientiarum negliguntur, ac propterea neſciuntur à Theologis etiam eruditiſſimis. Præterea agemus ibi de Gentilibus Indiæ Orientalis Populis, de Pythagora, & Gymnoſophiſtis, de Brachmanis, & triplicis funiculi Equitibus, de Chriſtianis, qui peregrinantur in India: An geſtare inaures queant? & denique de Iudæis, Turciſque, An illi ſuis aulæis ornare noſtras Eccleſias poſſint? An nos iſti ſuis inſtrumentis muſicis poſſint ad rem Sacram vocare?

De Perſonis.

CAPVT I.

POLITICVM.

Multæ Controverſiæ graviſsimæ, tam Speculativæ, quàm Practicæ, proponuntur, expediunturque in particulari.

Rejiciuntur, Reſtrictiones, Mentales.

NON eſt cur hîc de Mendacii malitia, diſputemus, ſupponi enim poſſunt, quæ de illo locis opportunis ſunt dicta; nec debent repeti, quæ jam fuerunt deciſa; & copioſa diſſertatione diſputata. Agemus ergo de æquivoco ſermone tantummodò, & exeſſe juſſa omni Reſtrictione Mentali, illum per circumſtantias conſignificantes reſtringemus, & ex illis verum Propoſitionum ſenſum inveſtigabimus.

Deſideravimus omnia & ſingula breviter expedire: nec huic optatæ brevitati defuimus, cum librum hunc permiſimus in multa folia excreſcere: in illo enim diſſerimus multa, & ideò tametſi ſingula expediamus breviſſimè, omnia ſimul aliqualem numerum paginarum requirunt.

An, qui multa folia ſcribit, poſſit cenſeri brevis?

ARTICVLVS I.

De Amphibolologia. *Quid ipſa ſit, & quomodo ab æquivocatione diſtinguatur?*

Quid ſit ipſis, amphibolos?

AMφίβολος vocatur enis duplicē aciem habens ἀπὸ τῦ ἀμφὶ καὶ βάλλεσθαι, quaſi utrimque feriens; & per Metaphoram Λέγοι ἀμφίβολοι, ſermones, qui ſenſum duplicem habent. Hinc Ἀμφιβολολογία, Loquutio, quæ duobus potest modis intelligi.

Cujus linguæ ſint voces Amphibologia & Idolatria?

Circa pronunciationem adnotabis *Amphibologia* & *Idolatria* eſſe voces Hiſpanicas non Latinas; nam Latinè *Amphibolologia* & *Idololatria* dicuntur; ſunt enim Græcè Αμφιβολολογία, & Εἰδωλολατρία.

Inter æquivocationem & Amphibologiâ differentia.

Circa ſubjectum verò ſcire debebis, in ſimplici *Æquivocationem* voce, *Amphibolologiamq*; in integra oratione inveniri. Sed quia hæc interdum differentia confunditur, non eſt cur illi ſuperſtitiosè inhærere velimus.

An actu, an verò tantummodò potentia plura ſignificent?

Circa modum ſignificandi inter ſe convenire videntur: nam vox æquivoca plura potentia & ex ſe nil determinatè ſignificat, ſic & oratio amphibola habere plures ſenſus poteſt; & ex ſe non poſtulat, ut in hoc neceſſariò, & non in illo intelligatur.

Quot Amphibolologia modis poſſit accidere?

Orationi autem accidit Amphibolologia multis modis: & primò, per duos accuſativos à verbo infinito rectos, ut

Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe (*)
hoc enim Oraculo Æacides, an eſſet victurus, an vincendus, neſciret. Secundò per duos Genitivos; tunc enim ſolet ambigi, an ſint appoſiti, an alter regatur ab altero: me enim his verbis, *Ad ſalutem D. Caroli Franciſci* propinantem, aliter intelligeret, qui reſponderet, *Vivat Dñs Carolus Frãciſcus*, & aliter omninò qui diceret, *Vivat Dñs Caroli Franciſci*. Tertiò per adjectivũ, quod poſſet hoc vel illud ſubſtantivum afficere: ut *Dedalus ædificavit domos* (a) *marmoreas ſtatuas habentes* ubi neſcias, an

*) Similia erant pleraque omnia Ethnicorum Oracula. Ergo, ſi dabantur ab obſeſſis Statuis, manifeſtè demonſtrant Dæmones futura contingẽtia neſcire.

a) Significationis Comma interpunctum poſſet tollere ambiguitatem. Sed de hoc inferiùs diſputabimus.

ſu-

Digitized by Google

ſuper domos, an ſuper ſtatuas epitheton *marmoreas* (ut Logici loquuntur) appellet. Quartò per verbum commune, ut *Cicero incriminatur*; quoniam *incriminor* activè & paſſivè accipi poteſt; unde qui illo uteretur, non exponeret an accuſator an verò accuſatus eſſet Cicero. [Nec eſt cur ſine reſtrictione aliqua huc omnia verba Græca referas, quæ *Media* dicuntur: nam P. Iacobus Gretſerus ſic ſcribit, *Hæc verba non dicuntur* MEDIA *propter ſignificationem, quaſi ubivis & in quolibet tempore activè vel paſſivè, arbitrio uſurpantis, accipi poſſint, more communium apud Latinos; ſed quod ſaltem nonnulla & in quibuſdam temporibus utramque ſignificationem admittant.*] Quintò per homonymum: quando ſcilicet verborum adhærentium contextus diverſarũ expoſitionum capax ſit: nam illud,

Nomen æquivocum reddit Orationem Ancipitem.

—— *Et frons Tauri metuenda minacis.*

quod de Cœleſti à Virgilio fuit dictum, de terreſtri poterit verificari. Hic Hiſpanus verſiculus,

Iuro por vida de Dios,

Vox Iuro, nomen & Verbum apud Hiſpanos eſt.

duplicem ſenſum habet, impium videlicet, & religioſum, nam vox *juro*, ſi verbum ſit, eſt juro: ſi nomen, eſt pecunia, aut ſors, ex qua annui reditus profluant. Ergo in acceptione prima ille verſus continebit hunc ſenſum. *Iuro per vitam Dei*; quem exſecrabuntur aures piæ: & in ſecunda hunc, *Sors, ex qua reditus, quamdiu Deus vixerit ſunt redituri.* Et talis eſt æterna Beatitudo. Et quidem, tametſi ille prior ſenſus ſtatim ſe in intellectum ingerat, Alfonſus de Ledeſma in libello, quem *Conceptus Spirituales* inſcripſit, in poſteriori accepit, & hac Gloſſa dilucidavit.

N. B. Κλῆρος, *ſortem & hæreditatem* ſignificat; unde κληρονόμος *hæres* & κληρονομία *hæreditas*. Ergo Κληρικοὶ *Clerici* dicimur, qui ſpeciali privilegio in hac vita hæreditatem Beatitudinis adire incipimus, ſiquidem ſumus dignitatem ſortiti, quæ nos deſtinat Choro, ut Deum ibi adoremus & laudemus cum Angelis.

Mirad (Alma) que os valdra
En gracia un buen penſamiento;
Pues quanto en el Cielo eſta,
Aun no es paga de momento
Si a ſi proprio no ſe da.
Y eſto, que hiziere por vos,
No es por un año, ni dos,
Y que ſe acaba deſpues,
Que la Fee nos dize que es
Iuro por vida de Dios.

Ejus ſenſum Numeri ſequentes exponunt.

Mens mea, Pars manſura mei; promittit Olympus
Qualia, quanta tibi præmia, quæque vide.
Sors eſt (a) omnipotens æterno in lumine lumen,
Quod beat Humanos, Angelicoſq; choros.
Nõ jã per mẽſes, annos, aut ſæcula; ſed per Crites.
Summus ſors vitam Numinis iſta manet.

a) Impii in carceres Tartareos truſi exclamabunt, & dicent. *Nos ſtulti vitam illorum* (Iuſtorum) *æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce, quomodò computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt.* Sapient. 5. 5.

Similem amphibolologiam in hoc Dicto reperio. Ait Hiſpanicè Petrus, *Por Dios vivo*, & latinè, *Coram Deo vivo*: & qui illum audimus, dubitamus, an juret, an aliud valde diverſum dicat. Nam, ſi illud *vivo* eſt nomen, verba illa continent Iuramentum, & æquivalent his, *Per Deum vivum*: ſi autem eſt verbum, non habent Iurisjurandi vim, ſed æquipollent his, *Per Deum ego vivo*, & his *Coram Deo ego vivo*; quæ conſonant his, *In ipſo enim vivimus, movemur & ſumus*, quæ Athenienſibus dicebat Apoſtolus.

An Propoſitiones Por Dios vivo, & Corã Deo vivo juramentum contineant?

Actor. 17.

Hic D. Pauli locus mihi ſuggerit Hemiſtichium amphibolon. Cecinit enim Aratus,

An vivamus in Deo?

—— Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.
—— *Ipſius enim & genus ſumus.*

Et materialia verba Paulus, quæ de Iove Græcus Poeta olim dixerat, de Mundi Conditore intelligit, & alio ſenſu, congruo tamen, exponit. Serè Iſidorus Clarus. *Hemiſtichium Arati producit. &c Et Paulus quidem interpretatur de Artifice omnium Deo, quamvis illi* (Græci) *de Iove dictum ferant, non idem quod illi dicens; ſed hac propriè in Deum convenire aſſerens. Sic genus Dei nos eſſe dicit Paulus, non eo ſenſu, quo illi, ſed alio; quo ſimus familiares & proximi.* Sed quomodo proximi?

An poſſint verba materialia citari?

Græcia à Græco primo illius Rege dicitur, quem Aratus jubet eſſe ex nepotibus Iovis, ut inde colligit Græcos eſſe Dei genus. At Paulus, nos eſſe Dei genus aſſerit. Quia (1) ab illo creati ſumus; nec non ad imaginem & ſimilitudinem illius producti ſumus. Quia (2) per gratiam in adoptionem recepti, Dei Filii dicimur, unde *præceptis ſalutaribus moniti & Divina inſtitutione formati audemus dicere, Pater noſter.* &c. inquit enim Apoſtolus cap. 2. Sanctæ Regulæ à D. Benedicto citatus, *Accepiſtis ſpiritum adoptionis Filiorum in quo clamamus, Abba, Pater.*

De Græcorum origine.

Quo ſenſu ſint Dei filii?

Poſſem & alios multos Textus Amphibolos ſubjicere, qui non carent gratia, quando ſenſus remotior innoteſcit. Tales ſunt

Conſiderantur & exponuntur aliqua propoſitiones.

I. *Deus non eſt in Cælo.*
II. *Petrus non comedit carnes niſi die Veris.*
III. *Non ambulat Ioannes ſuis pedibus.*
IV. *Chriſtus non juſſit Petru, ut induceret gladium in locum ſuum.*

A 2 V.

V. Si la Vieja metiere carne de ternera en el arca, la ſacara de cabra.

VI. Entro en tu caſa el Hermitaño con dos eſtacas, y una vellaqueria.

Quæ omnes Propoſitiones, ut ut primo intuitu, cenſeri debeant abſonæ, veræ ſunt ſi debito modo exponantur.

Verbi eſt æquivocatio declaratur. In prima verbum *eſt* ſonat *comedit*; quo Virgilius Æneid. 4. accepit hanc vocem, cum dixit,

Quid delubra juvant? Eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.

Ergo æquivalet huic, *Deus non comedit in Cælo*, quæ eſt vera.

Quid niſus ſit? Secundam intelliges, ſi advertas *Niſum* eſſe volucrem notam, de genere *Accipitrũ* cujus forraſſis Petrus carnes nuſquam comedit. Hujus avis 1. Georg. meminit Virg. cum cecinit.

Apparet liquido ſublimis in aere Niſus.

De nominibus ſus & ſuus. Tertia poſtulat, ut conſideres, nomen ſubſt. *ſus* & reciprocũ *ſuus* habere aliquos caſus ſimiles. *Sus* autem porcum ſignificat, & tam pro fero quàm domeſtico ſumitur. *Quid in porci corpore præſtet anima?* Cicero de natur Deor. *Sus verò quid habet præter eſcam? cui quidem ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.* Et Ioannem non ambulare *ſuis*, hoc eſt, *porci* pedibus certum eſt. Et hic obiter nota de Petro, homine ſtupido, jucundiſſimè dici, *in ejus corpore animam ſalis officium, ne corpus putreſcat præſtare.*

Cùm dicitur in locum ſuum, videndum, an illud ſuum à ſuus, a, um, an verò à ſus, ſuis proveniat? Vt quarta intelligatur, ſciendum eſt juſſiſſe Petro Chriſtum, ut induceret gladiũ *in locum ſuum*, hoc eſt, *in vaginam*: non autem in *locum ſuum*, hoc eſt *in locum porcorum*.

In Quinta vox *de ca bra* laborat æquivocatione, vel enim eſt *de cabra*, Latin. *capra* vel *de qu'abra*, Latinè *quando aperiat*. Si primum, ſenſus . . . *Si anus carnem vitulinam in arcam induxerit, caprinam extrahet*. Si ſecundum, ſenſus erit, *Si anus vitulinam in arca carnem penat, quando aperiat, eam extrahet*. *Calamus diſtinguit, non labium; lingua enim de cabra, & de qu'abra, eodem modo pronunciat.*

Septimam ſubducit ab intelligentia communi inſolentia verborum *Eſtaca*, & *Vellaqueria*: nam, ſi ſimplicia ſint, *Eſtaca* ſonat lignum, quod alicui infigitur, & *Vellaqueria* eſt ſceleratum facinus. ſi ſunt autem compoſita, primum erit *Eſta aca?* Lat. *Eſt-ne hic?* & alterum *Vella queria*, aut *Veerla querria*. Lat. *Eam videre vellem*. *Eſtacá ſonat, ut Eſta aca. Et vellaqueria ut vella queria* Hoc apophthegma, nam Hiſpanicè ſuam gratiam habet, his verbis poterit dilucidari, *Entro en tu caſa el dicho Hermitaño, diciendo*, eſta aca nueſtro hermano, *y aſſi clavo ſu eſtaca. Reſpondiole una niña, que no, y aſſi luego clavo la otra, y pregunte*, Eſta aca la Señora: *y oyendo que ſi, dixe el Padre.* Vella queria. *&c.*

Dixi § *Circa modum ſignificandi* non differre ab æquivocatione amphibolologiam, nam Vox æquivoca potentia habet plures ſignificationes, nullam actu: & ſimiliter oratio amphibola præſefert plures ſignificationes potentia: & ex ſe non poſtulat, ut neceſſariò ſic, & non aliter intelligatur, & quia ambigua eſt, & anceps actu nulla re addita aliter & aliter poteſt intelligi. Cecinit Pontanus *An Oratio amphibologa plura ſimul ſignificet?*

Bellator cornuque ferox defertur in hoſtem.

Agit de Ariete. Et quia *Aries* eſt vox æquivoca, hoc poterit profectò carmen, à conſequentibus præciſum, à Titio de animali, & à Semphronio de bellica machina intelligi. Et tibi erit liberum illud, quo ſenſu volueris, uſurpare; nulla enim eſt lex, quæ te cogat, ut ſic & non aliter Poetam exponas.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

Iterum de Amphibolologia. *An, & quando uti amphibolo aut æquivoco ſermone liceat?*

Proponitur Quæſtio?

NON ago de Reſtrictione aliqua purè *Mentali*, ſed de ſermone externo, quando videlicet omnibus verbis & cōſignificātibus circumſtantiis perpenſis, oratio habet duos ſenſus: & interrogo. *An poſſim tunc licitè hujus modi orationem proferre, ſive illam reſtringere velim, ſive non velim*. Reſpondebunt Concluſiones ſequentes. Sit

Unde ſumatur Veritas aut Falſitas Propoſitionum?

PRIMA. *Quando Oratio præciſa ab omni conceptu intellectuali extrinſecùs non ſignificati, duos ſenſus habet, verum, falſum, poſſum illam proferre in ſenſu vero*. Eſt omnium: nec ſcio, cur P. Ioannes Poncius ad neceſſitatem recurrat. Quia, ſi talis Aſſertio, ubi neceſſitas urget eſt vera, etiam ubi nulla eſt neceſſitas erit vera: ab eo enim, quod res eſt, aut non eſt; & non ab eo, quod neceſſaria eſt, aut non eſt, Propoſitio redditur vera, vel falſa ut cum Ariſtotele Logici univerſi aſſeverant: & hic tantummodò agitur de Aſſertionis bonitate & malitia in genere Veracitatis.

Propoſitio vocalis, ſi falſa ſit, per mentales reſtrictiones nō erit vera.

SECVNDA. *Oratio vocalis, quæ ſecundum omnia, quæ concurrunt extrinſecè, eſt falſa, non poteſt vera reddi per aliquam Reſtrictionem Mentalem*. Corollarium. *Igitur, qui talem Orationem pronunciat, committit peccatum mendacii*. Ita Coninch *diſp.* 10. *de actib. ſupernatur.* & pro illa citat Cajetanum *in 2.2.quæſt.*89. Sotum *libr.* 8. *de juſtitia quæſt.*1.*art.*7. Eam propugnant P. Ioannes Poncius *tom.*4.*in 3.diſt.*38. *quæſt. unic.num.*58 *pag.*606.*a.* Azorius *tom.* 1.*lib.* 11.*cap.*4. Aragonius *in 2.2.quæſt.* 69. *art.*2 Rebellus *part.*2.*libr.*4.*quæſt.*10.*n.*2. Paulus Laymanus *libr.*4.*Theolog. Moral.tract.*3.*c.*3.*num.*7. Cydonius contra Cauſobonum *cap.*5.*& in Apolog. pro* Garneto, *cap.*2. & tandem Malderus, *Antuerpienſium* Epiſcopus pro hac Sententia doctum & eruditum librum edidit.

Contrariam tamen ſententiam tuentur celeberrimi Authores: nempe Navarrus (*) *cap.*12.*num.*8.& 9.& 19. Covarrubias *libr.*1.*variar.reſol.cap.*2 *num.*2.3.4. Valentia *in* 2.2.*diſp.*5.*quæſt.*13.*punct.*2.& *in* 3.*p. diſp.*7.*quæſt.* 13.*punct.ult.* Salonius *in* 2.2. *quæſt.*69.*art.*2 *cōtrov.*11. Suarius *tom.*2.*de Relig.tract* 4.*lib.*3.*cap.* 10. Sanchezius *lib.*1. *de matrim.diſp.*10.*in fin.*& *de præceptis li.*3. *cap* 6.*num.*15. Reginaldus *libr.*18.*num.* 9. Toletus *in Summ.libr.*4.21 *num.*9. Et pro hac ſententia Sylveſtrum *in Summ. verb. Iuramentum.*3 *quæſt.*2.& Angelum *ibid.n.*2. citat Coninchius *ubi ſupr.* Eam à præcedenti parum aut nihil omninò differre ait & fuſiſſimè probat Author libri, qui *Splendor Veritatis* inſcribitur, apud P. Ioannem Poncium citatum: ſed, ut video, graviter adlucinatur; quoniam hæ duæ Sententiæ opponuntur contradictoriè: &, qui aliter illas exponit, fundamenta controverſiæ non percipit.

*) Dixi ſæpe, & nunc repeto, nimis ſtrictas opiniones interdum nimis laxas opinationes parere. Et hoc propter Navarrum dixero, nam habet aliquas ſententias nimis ſtrictas, & alias ex illis deducit nimis laxas

Nota bene hàc Concluſionem.

TERTIA. *Oratio vocalis, quæ ſecundum omnia, quæ concurrunt extrinſecùs, eſt vera, non poteſt falſa reddi per aliquam reſtrictionem Mentalem*. Apud nullum Authorem eam expreſsè aſſertam legi, interim cum præcedenti tam eſt neceſſariò connexa, ut qui illam admittant, negentve, hanc ſimiliter admittere debeant, aut negare.

De Propoſitione duobus ſenſibus veris affecta.

QVARTA. *Quando Oratio duos ſenſus habet, utrumque verum, poſſum illam in altero dicere, etſi prævideam me eſſe intelligendum in altero*. Eſt indubitata, quoniam Veritas ſecundum ſe eſt bona; &, ſi aliquando poſſit eſſe mala per accidens, hæc malitia æquè propoſitionem, quæ duos ſenſus, ac illam quæ ſimplicem habet, poterit maculare. Exemplo opportuno Concluſionem dilucido.

Poteſt quis in uno ſenſu loqui etſi ſciat ſe eſſe intelligendū in altero.

Romæ Cajus Æmilius, & Titus Æmilius habitabant, utrumque Cornelius inviſerat. Scauro (nempe de Cajo loquens) dixit Livius, *Æmilium viſitavit Cornelius*. Et Ego Livium, verum dixiſſe affirmo. *At*, inquis, ſe intellectum iri de Tito ſciebat Livius. Quid mali?nam Cornelius Titum *Æ*milium viſitavit. Sed latet circumſtantia, inquis, digna ponderatione: multa enim contra Scaurum palam & clam egerat Titus, & ex hoc erat contra Titum actutus. Reſpon-

deo,

deo, hoc ipſum (quod ex Charitatis lege erat vitandum) non naſci ex Quarta hac Concluſione; licèt enim Cajus in rerum natura non eſſet, & Livius loqueretur de Tito, & in ejus verbis nullus ſenſus anceps reperiretur, æquè exacerbari Scauros potuit, ubi intellexit Cornelium, aliàs amicum ſuum, cum Tito ſuo inimico familiariter agere.

Quid engañar con la verdad apud Hiſpanos ſit?

QVINTA. *Legatus tutâ conſcientia poteſt verum dicere, etſi prævideat Principem, apud quem agit, ſe non crediturum, & decipiendum eſſe.* Et hoc eſt, quod *Engañar con la Verdad*, Politici dicunt Hiſpani. Patet: quia, ſi ille Princeps à Veritate ſumit occaſionem errandi, ſibi, & non illi, qui dixit Veritatem, imputet. Supponit hæc Concluſio rarò aut nunquam fidem adhiberi Legatorum Aſſertis.

An accuſare Legatum poſſit Rex ad quem, de aliquo ſibi dicto mendacio?

Hinc poſſet Solutionem deſumere invidioſa contentio inter Legatum N. & noſtri Catholici Regis Miniſtros côcitata. Vociferabantur iſti, Legatum Regi fuiſſe mentitum: & ideò eum graviſſimè incriminabantur. Reſpondebat Legatus, nullam ſe dediſſe querimoniæ occaſionem: Rex enim (id præſcribentibus Politicæ ſinceræ Regulis) debuit ſibi non credere: ac propterea rerum turbationem, ſiqua acciderat, à Regis credulitate proveniſſe, non autem à ſua calliditate. Et, ut quæſtionem, quæ poſſet parturire conſequentias graviſſimas ad lanam caprinam reduceret, addebat debuiſſe Regem cognoſcere Elementa Politicæ, inter quæ erat Legati Definitio: videlicet, *Legatus, eſt homo peregrè miſſus ad mentiendum ad ſalutem Reipublicæ*. Et Deus det, non eſſe hanc veram Definitionem.

Quid apud Pſeudopoliticos Legatus ſit?

Caſus difficilis proponitur ex D. Auguſtino.

Caſum ſimilem *Libri de Mendac. capite* 4. Sanctus proponit Auguſtinus, ex cujus diſſolutione poſſet doctrina generalis deſumi. *Siquis*, inquit, *aliquam viam noverit obſideri à latronibus, & timens ne per illam pergat homo, cujus ſaluti proſpicit, & eum ſcit, ſibi non credere, dicat eam viam non habere latrones, ad hoc ut illac non eat, dum ideò credit latrones ibi eſſe, quia ille dixit, non ibi eſſe, cui non credere ſtatuit, mendacem putans.* Quæritur enim, *An Titius, ſic loquens, mentiatur?* Et quidem videretur, quod non: nam verba ſunt inſtituta, ut per illa proximus adquirat Veritatis notitiam. At illa via obſeſsa à latronibus erat: & hoc iteragens ex loquentis verbis, quæcumque fuerint illa, didicit. Ergo erant vera. Et, ſi in ſenſu Grammatico videantur falſa, recurrendum eſt ad Politicum: nam etiam omnia quæ per Ironiam, Hyperbolen, & Metaphoram dicuntur, falſa ſunt in rigore Grammatico; & tamen in Rhetorico, omni carent ſuſpicione mendacii. Aut etiam videretur quod ſic. Ab eo enim, quod res eſt, vel non eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa. At latrones in via ſunt, ut ſupponitur. Propoſitio illa illos non eſse aſſerit. Ergo eſt falſa.

Petrus ſcit ſe in opinione Pauli reputari mendacem, & ſuis verbis decredi: ſcit viâ A eſſe à graſſatoribus obſeſſam; viam B eſſe liberam. Accincto ad iter Paulo vult favere; vult, ne in latrones incidat; vult tamen non mentiri. Quid dicet? quo modo loquetur? Ex circumſtâtiarum ſuppoſitione, ſi dicat, Via A eſt obſeſſa, quia ſibi non creditur, Paulum in perditionem mittet: Ergone, ut Paulum juvet, debet ad ejus mentem loqui, & dicere, Via A non eſt obſeſſa? Videretur quod ſic, nam negativa a Petro dicta apud Paulum erit affirmativa. Reſolvimus tamen quod non.

Propoſuit Auguſtinus hanc Quæſtionem, & illam indeciſam reliquit: qui, ſi voluiſset adhibere laborem, eamque reſolvere, à moleſtâ & contentioſâ diligentiâ nos ſubduxiſset.

Verba illa Titii nullum continere mendacium, affirmat P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. diſt. 38. quæſt. unic. pag. 591. b. num.* 5. ſcribit enim. [Et ſanè, quod ad me attinet, exiſtimo poſſe talem optimè à mendacio & mentitione, ut ita loquar, excuſari: nam licèt ex communi vocum inſtitutione proferret falſum, & deciperet: tamen ex ſuppoſitione circumſtantiarum illarum omninò per illam orationem ſignificaret illum ipſum verum conceptum, quem in mente habuit ea de re, & quidem id faceret efficaciùs, quàm ſi uteretur oratione de ſe vera dicendo adeſse latrones in loco: quod ſi dixiſset, alter putaret eos non adeſſe, & illum etiam id ſentire.]

Vocum ſignificatio ab uſu & acceptione communi, non verò ab unius privata voluntate dependet

Ego autem Titium fuiſſe mentitum aſſero; & meum Aſſertum, ut opinor, perſuadeo. Sic enim inquam. Mentiri eſt contra mentem ire: nimirùm, contra mentem loquentis, non audientis. At Titii verba erant contra mentem Titii. Erant ergo mendacia. Quod autem audiens illa falſa cenſeret, qualia erant, & ideò non deciperetur, non ſufficit, ut veracia cenſeantur: nam aliàs omnia inſolentia mendacia, quæ apud nullum extorquent fidem, Aſserta vera dicerentur.

Confirmatur. Qui verum illis dicit, quos ſcit ſibi non crediturus, non mentitur, ut conſtat ex Concl. V. Ergo, qui falſum illis dicit, quos ſcit ſibi non crediturus, mentitur. Ergo Veracitas inter verba & loquentis mentem conformitatem poſtulat, & ab audientium credulitate aut incredulitate non dependet.

Cur verba fuerint inſtituta?

Ad rationem dubitandi nego verba fuiſse inſtituta, ut per illa proximus adquirat Veritatis notitiam; fuerunt enim inventa, ut noſtri conceptus animi manifeſtaremus. At Titius non manifeſtat alteri conceptum animi, ſed oppoſitum prorſus. Ergo mentitur.

Cur in Rhetoricis Figuris nô ſit mendacium?

Nec juvat ad Rhetoricas Figuras recurrere; quoniam hæ à ſignis, quæ comitantur vocem, & ſignificationem complent, & non ab audientium credulitate dependent. Nam antequam aſſentiatur

aut

Digitized by Google

aut diſſentiat; qui audit, jam propoſitio dicta, aut veritatis gloriam, aut falſitatis labem habet.

Joannis Poncii rationi ſatisfit.

Nec oppoſitum perſuadet Poncius, nam adlucinatur, quando ad mentem audjentis recurrit, hic enim argumentatur ſic. *Titius dicit non eſſe latrones. At eſt mendax Titius. Ergo ſunt latrones.* Ergo verba Titii etiam in alterius mente non eſſe latrones ſonant. At ſunt, & id eſt notum Titio. Falſa igitur & mendacia dicenda veniunt ejus verba.

Ingenioſum Anaximenis Apophthegma.

Materiæ ſimilitudo poſtulat, ut hoc Apophthegma in examen vocemus. [Lampſacum inſtituerat Alexander diruere. Cũ autem Anaximenes exiret ad illum extra muros deprecaturus ſuæ Civitatis perniciem ille exclamavit, *Iuro per Deos bellorũ arbitros, me non eſſe facturum, quod poſtules.* Et tunc Philoſophus in ſe ſeductus, ex tempore conſilium capiens, *Poſtulo*, inquit, *ut Civitatem diruas.* Et tunc Rex juriſjurandi vi debuit neceſſariò illi parere.] Rhoterodamenſis Eraſmus *libr. 6.* Apoph. & inquiritur, an Anaximenes mẽtitus fuerit?

An fuerit officiosè mentitus?

Quid reſolverit Poncius?

Ad effectum converterer oculos Poncius, & ſicut Titium, ſic etiam Anaximenem à mendacio excuſaret; at, qui Titium dixi officioſè mentitum, etiam officioſum mendacium in Anaximenis petitione reperio. Verba enim illa, *Poſtulo, ut Civitatem diruas*, non reſpondebant menti; at illo juramento Alexãdri interpoſito erant utilia, ut quod mente intendebat, conſequeretur. Fuit igitur Anaximenes officioſè mentitus. Et hoc ipſum confirmatur clariſſimè; nam de petitione Mentali nullum eſt dubium, ad Alexandrum enim venerat Philoſophus, ut pro Civitate intercederet. Ergo hæc ejus verba, *Poſtulo, ut Civitatem diruas*, circumſtantiis omnibus cõſideratis, vel Civitatis perniciem, vel incolumitatem poſtulant. Non ſecundum, quia tunc illæſo juramento Alexander, potuiſſet eam delere. Perniciem ergo poſtulant. At oppoſitum dicebat & intendebat mente. Anaximenes igitur ingenioſè & officioſè mentiebatur.

Conſideretur bene hæc ratio.

An debeant ſic homines loqui, ut ſibi credi deſiderent?

Sexta. *Poteſt quis, cum dicit veritatem quæ credita ſibi noceret, deſiderare ut ab audientibus ea non credatur.* Patet; quia ſibi utilia poteſt quis licitè concupiſcere, quæ poſſunt fieri ſine peccato. At ſine peccato poſſunt audientes, quę à Titio dicuntur, non credere quando rationes non credendi ſuccurrunt. Poteſt igitur Titius deſiderare, ut audientes præoccupentur aliquo præjudicio, ita ut ſibi, quando illis dicat verum, non credant.

Septima. *Quando oratio duplicem ſenſum habet, verum & falſum, poteſt quis illã proferre in ſenſu vero, etſi prævideat audiẽtes illam amplexuros in falſo.* Et quidem, quando audientes non habent obligationẽ intelligendi verba ejus in vero ſenſu, hæc Concluſio indubia eſt. Nam Abraham à Geratienſibus interrogatus *Qualis ſibi eſſet Sara?* reſpondit *Soror mea eſt*, quæ propoſitio anceps erat & dubia; nam nomen *ſoror*, non ſolum primum, ſed etiam ſecundum, tertium-ve, gradum cognationis ſignificat. Erant ergo verba Abrahami vera, nam erat Sara, ut communiter dicitur, filia Arani fratris Abrahami ait enim Sacer Textus, *Vixit Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abraham Nachor, & Aran.*

De propoſitione dubia ſenſu (vero & falſo) prædita.

Quid nomen Soror ſignificet?

Abrahami hiſtoria dilucidatur.

An Miniſtri obligationem habeant mentẽ Legati penetrandi?

Et quid, ſi audientes habeant obligationem intelligendi verba in ſenſu vero? Puta, ſi Legatus in Senatu coram Regis Miniſtris peroraret; qui ex Iuſtitia tenentur illum bene intelligere, & de vera ejus ſententia ſuum Principem certiorem reddere. Reſpondeo primò: Miniſtros non habere obligationem mentem Legati intelligendi: eſt enim res occulta, & quæ mentem humanam ſæpe ſuperat, cognoſcere intentiones alienas. Reſpondeo ſecũdò, etiam in caſu, quo Legatus, dum verba in ſenſu vero accipit, illa eſſe in falſo ab auditoribus accipienda, ſentiſcit) poſſe amphibolo ſermone uti. Ita P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. lib. ſent. diſt. 38 qu. unic. pag. 606. b.* qui ſic argumentatur. [Non magis concurrit ad deceptionem aut errorem alterius utens tali oratione, quàm mulier pulchra ornans ſe & prodiens in publicũ, cum probabiliter ſciens aliquem inordinatè ſe eſſe concupiturũ, dat occaſionem huic peccato. Sed poteſt ita ſe ornare, & prodire in publicum ob alios bonos fines ſine peccato, modò non directè intendat illud peccatum, ſecundum communem ſententiam. Ergo ſimiliter abſque peccato poteſt quis ob debitam cauſam dare occaſionem tali deceptioni & errori, modò non intendat illum.] Hoc Poncii argumentum à fortiori procedit: nam mulier, ut bene ipſe deſinit, non poteſt deſiderare, ut qui ſe videt concupiſcat; & tamen utens oratione ancipiti, modò ipſe illam in ſenſu vero uſurpet, poteſt ut audientes in falſo illam capiant, deſiderare, ut in ſequenti concluſione oſtendetur.

An, & quando ſe comere & ornare poſſit fœmina, etſi cognoſcat ſe inordinatè concupiſcendam?

Octava. *Quando oratio duplicem ſenſum habet, verum & falſum, poteſt quis illam proferre in ſenſu vero, & ſimul intendere poſitivè & directè ut audientes eam intelligant in ſenſu falſo; modò audientes ſic illam intelligentes non peccent.* Conſidera illam limitationem, quam in fine addidi, nam

Aliud eſt proximum decipere, & aliud deſiderare ut ſe ipſum ille decipiat, modò in hoc ille (nempe ſe ipſum decipiendo) non peccet.

Digitized by Google

nam ſine illa traditur à P.Poncio, & non bene defenditur: *tomo* enim *quarto in 3. diſt.38.qu.unic.pag.607.a.num.61.* ſic ſcribit. *Dico ſeptimo poſſe quem ob legitimam cauſam uti oratione æquivoca habente ex ſe ſenſum verum cum falſo, ne alius intelligat ſenſum verum iſtius orationis, ſed potius, ut intelligat ſenſum falſum*: ubi illud *ne* ſignificat intentionem loquentis, qui ideò utitur oratione illa ambigua, ut ſua audientes culpa decipiantur. Cæterum, ſi illa inveſtigandi veritatem negligentia in illis ſit peccaminoſa, aut culpæ committendæ occaſio, ſtatuo non poſſe aliquem illam intendere; nemini enim licet intendere alterius peccatum: bene tamen qualemcumq; alterius actum, ſibi utilem, quem poſſit alter elicere ſine peccato.

An decipere proximum ſit Theologicè malum?

Pōcius, quia generaliùs loquitur, *pag.608 a.nu.65.§.Confirmatur primò*; probat ſuam Aſſertionem dicens. [Non poteſt oſtendi, quod decipere alium ſit intrinſecè malum. Ergo in caſu, quo eſſet medium ad impediendum majus malum, poſſet quis eo licitè uti; præſertim, ſi non ſit præceptum aliquod particulare id impediens.] Conſonat ſibi alibi; nam *pag.595.a. num.16.* dicebat. [Non oſtenditur ſufficienter, cur non poſſit quis habere animum decipiendi abſque peccato, Deo diſpenſante: immò de facto, ſæpe abſque peccato habetur talis animus ſecundum communem ſententiam. Nam, qui in bello utuntur ſtratagematibus, habent ſine dubio animum decipiendi, & tamen non peccant, quia utuntur æquivocationibus &c.] Ego autē vela tantiſper contraho, & Poncii verba, & præcedentes ab illo productas probationes meæ concluſioni attempero, & ſic inquam. [Aliud eſt *decipere alium*, & aliud *præbere occaſionem ut ipſe ſe ſuâ culpâ decipiat, temerè procedendo, & circumſtantias non conſiderando*. Porrò decipit proximum, qui mentiendo præſtat, ut fidem præbeat falſitati. Præbet occaſionem, ut ipſe ſe decipiat (ut Concl.5.diximus) qui loquitur Veritatem incredulo. Item, qui in ſenſu vero profert Orationem amphibolam, quando percipit talia eſſe in mentibus audientium præjudicia, ut ſint illam (Orationem) in ſenſu falſo uſurpaturi. Profectò, decipere proximum, eſt Theologicè malum; vel ut alii loqui ſolent, intrinſecè. At præbere occaſionem, ex qua ipſe ſe decipiat, ſi velit, & non ſe decipiat, ſi nolit, eſt uti jure ſuo, & tantum concurrere ad proximi deceptionem per accidens. Denique in tali caſu, vel proximus peccat, ſe decipiendo, vel non peccat. Si primum, non poteſt quis directè intendere deceptionem ipſius: ſi ſecundum, poteſt.] Et hæc omnia dilucidat exemplū in ſeptima concluſione productum, nam Abraham dicens de Sara, *Eſt ſoror mea*; non eſt mentitus. Neminem decepit: neminem enim decipit, qui verum dicit. Præbuit tamen occaſionem, ut illi ſe ipſos deciperent, amphibolon ſermonem pronuncians. Si hæc illorum deceptio eſſet peccaminoſa, non poterat illam intendere: at ſibi erat utilis, & in illis carebat peccato. Ergo licitè deſideravit, & intendit, quod Geratienſes in acceptione vocis *ſoror* adlucinarentur, & errarent. Hanc doctrinam dilucidant etiam Stratagemata, de quibus Art.IV. in Haplote uberiùs diſſeruimus; qui enim illis utitur, non mentitur, nec concurrit ad aliquod hoſtium peccatum, ſed dat occaſionem, ut illi ſemetipſos decipiant.

An etiam præbere occaſionem ut aliquis ſua ſponte decipiat, malum ſit?

Nemo poteſt intendere aut deſiderare, ut alius peccet.

Reponitur, & iterum perpenditur biſſemia Abrahæ.

ARTICVLVS III.

P. Ioannis Poncii Sententia examinatur.

An Poncius ſeverus Scotiſta ſit?

Multa contra præcedentem doctrinam P. Poncius aſſeruiſſe videtur: & ideò nam eſt vir ingenioſus, & doctus, proderit ejus verba proponere, & perpendere; licet enim nobiſcum quoad ſubſtantiam conveniat, Scoto, Scholarchæ ſuo, non ſemper benè adhæret; & à poſteriori, cum à priori efficaciter poſſet, leviter argumentatur.

SECTIO I.

Ejuſdem verba ipſa præmittuntur.

IN Magiſtrum, Scotumque copioſè, & eruditè ſcripſit, & *tom.4.in 3. ſent. diſt. 38.quæſt. unic. pag.605.a. num.55.* ſic ſcribit.

[Cum

An, uti æquivoco poſſimus cum hoſtibus publicis?

[Cum convenitur cum ipſiſmet hoſtibus, ſaltem publicis, non poſſumus æquivocatione uti, ergo multò minus cum aliis. Antecedens patet; quia aliàs non poſſet relinqui locus ſedandi controverſias & bella publica, quia quævis pars meritò poſſet ſemper timere de fraude, mediante æquivocatione, & hinc meritò malè feciſſe ab omnibus æſtimati ſunt, qui in hujuſmodi conventionibus æquivocatione ſunt uſi, ut exempli gratia, Cleomenes ille, de quò Plutarchus *in Apophthegmatibus*, qui triginta dierum cum hoſte pactus inducias, noctu hoſtiliter ſe gerebat, non noctium, ſed dierum pactas inducias aſſerens; cum tamen hoſtes noctes etiam comprehenſas intelligerent. Plura alia exempla recenſet Molanus *libr. 1. de fide hereticis ſervanda*, & Serarius *in c. nonum Ioſue h. 5.*

An Cleomeni licuerit æquivocum contractum inire?

Dixi autem in confirmatione, *ſaltem cum hoſtibus publicis*. Nam de hoſte privato, & latrone res non eſt tam certa. Nam Molanus *ſupra*, Navarrus *in ſumma cap. 2. num. 14* Lopeſ. 1. *p. inſtructorii cap. 42* Angelus *verb. Iuramentum num.* 8. Sylveſter *verb. Iuramentum qu. 7. §. 2. Emonerius cap. 4. num.* 16. exiſtimant poſse quem æquivocatione uti cum latrone; ſi enim non dimitteret, quos caperet, niſi promiſsa magna mercede, poſsent promittere oratione æquivoca, quæ in uno ſenſu præſeferret promiſſionem, in alio verò ſenſu nõ, & poſteà nihil ſolvere, & rationem aſſignant, quod ex deceptione tali latronis non ſequerentur illa incommoda, quæ ſequerentur ex deceptione hoſtium publicorum in publicis conventionibus; & quod ulterius ille non habebat jus obligandi illos ad promittendum: nec conſequenter ad promittendum, ſine æquivocatione. Ego tamen exiſtimo Reſolutionem hanc non eſse tam facilem, quàm videri poſset prima facie, nam graviſſima etiam incommoda, & ad quæ vitanda quilibet particularis meritò teneri poſset, ſequi potuiſsent ex deceptione tali hoſtium privatorum, ſeu latronum; nam ſi ſemel dubitarent tales de hujuſmodi licentia æquivocandi ſecum, nunquam veriſimiliter convenirent, ſed vel interficerent, vel detinerent apud ſe omnes, quotquot caperent, quod ſanè cederet in magnum viatorum & Reipublicæ detrimentum. Sed quidquid ſit de hoc, ſaltem in aliis præmiſſis caſibus certum eſt non licere uti æquivocatione, quando oratio æquivoca eſset communiter accipienda in ſenſu, in quo eſset falſa.

Quid de latronibus & privatis hoſtibus dicendum ſit?

De promiſſione æquivoca An, & quomodo adimplenda ſit?

An graviſſima inconvenientia emergant, ſi hoſti, etiam privato, fides promiſſa non ſervetur?

Unde proveniat non æquivocandi obligatio?

An verò obligatio non utendi æquivocatione, procedat in illis caſibus ex veracitatis virtute, vel ex aliquibus aliis, non multum refert, ſufficit enim, quod ſit illa obligatio ex aliquo capite quantum ad praxim, quantum autem ad ſpeculationẽ attinet, certum eſt illam obligationem procedere ex Iuſtitia in Iudice & contrahentibus, ſed etiam ſatis probabile puto quod prætereà oriatur ex Veracitate, quia ſi obligatio hujus Virtutis poſſit unquam habere locum, maximè in caſibus prædictis, & omnibus, in quibus gravia ſequerentur incommoda, ſi non obſervaretur Veritas in dictis, & factis. Et ita tenuit expreſsè Author *Splendoris veritatis cap. 4. n. 20.* & conſequens eſt ad alia noſtra principia.

An ſola ex Iuſtitia, an etiam ex Veracitate?

Dico adhuc nunquam etiam extra caſus prædictos licere uti ſermone æquivoco, aut mentaliter reſtricto, quando cognoſceretur eſſe intelligendum ab eo, cum quo eſſet loquendum in ſenſu falſo, abſque legitima aliqua cauſa. Hæc aſſertio eſt etiam communis; quia, ſi poſſet quis abſque peccato uti ſimili ſermone abſque rationabili cauſa, nunquam deberemus credere ulli etiam honeſtiſſimo, & ſanctiſſimo, niſi in caſibus prædictis. Nam ſanctiſſimus quiſque poſſet uti æquivocatione quoties non eſſet peccatum ea uti, nec refert, quod ipſe diceret *ſe non uſurum æquivocatione*, quia etiam hoc dicendo poſſet uti æquivocatione: & deinde abſurdiſſimũ eſſet eò converſationem omnem reduci, ut non eſſet ulli credendum niſi diceret ſe non æquivocare; quod ſi ſemel tolleretur fides dictis, jam uſus præcipuus ſermonis, & converſationis inter homines conſequenter tolleretur, quod graviſſimum ſanè detrimentum eſt & tale, quod ſub pœna peccati eſſet cuilibet vitandum. Ergo æquivocatio ſine legitima cauſa ſub peccato eſt vitanda.

An Æquivocatio, ac quando liceat, & aliquando non liceat?

An in his ipſis verbis, Ego nõ utor æquivocatione, eſſe poſſit æquivocatio?

Confirmatur: quia etiam ex hoc capite omnes fatentur mendacium eſſe peccatũ, quod ſi liceret tolleretur converſatio humana, & quod omnes meritò fugiunt mẽtientium converſationem, nec etiam vera loquentibus credunt, niſi aliundè conſtet verum eſſe, quod dicunt; juxtà illud S. Hieronymi ad Iulianum Diaconum *Antiquus ſermo eſt: Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus credatur*. Sed certè tam eſset fugienda æquivocatorum converſatio, & tam non eſset credendum ipſis, etiam cum non æquivocarent, niſi alias conſtaret, quod verum dicerent: Ergo æquivocare abſque legitima cauſa erit peccatum.

An eadem abſurda ex æquivocandi, ac ex mentiendi licentia ſequerentur?

An æquè decredendũ ſit mendacibus, ac æquivocantibus?

Hæc ſunt, quæ communiter in hac materia pro certo habentur, nunc ad controverſiam veniendum eſt &c.] Sic Poncius de æquivocatione diſcurrit.

SECTIO II.

Eadem Poncii verba recognoſcuntur, & examinantur.

LEgiſti attentè, quæ Vir doctus ſcribit, modò etiam audire proderit, quid ego de ejus verbis, & ſententiis definiam. Manebo in linea; quoniam, ſi placeret hac & illac diſcutere, multa alia poſſem dicere, à quibus loci, & temporis ratio me ſubducit.

De §. *Cum convenitur*.

Quid nomen Æquivocatio importet?

CVM *publicis hoſtibus*, ait Poncius, *non poſſumus æquivocatione uti*. Et hic *æquivocationis* nomine omnem indefinitã (univerſalem, genericam, aut ſpecificam) ſignificationem, quæ duobus aut pluribus modis poſſit adimpleri, comprehendit.

Quid ſit poſſe?

Quomodo potentia à poteſtate diſtinguatur?

Ego autem, in ipſo verbo *poſſumus* æquivocationem reperio: debemus enim poteſtatem à potentia diſtinguere. Latiùs, profectò patet, quàm poteſtas, potentia; quoniam ad univerſa, quæ realiter poſſumus, dicimur habere potentiam: ad illa autem, quæ poſſumus jure, poteſtatem. Ergo hîc duplex quæſtio prodire poterit: Altera, *An poſſibilis ſit contractus incertus & amphibolus*? Altera, *An is licitus ſit?* Priorem aſſertivè poſterior jam deciſam ſupponit: de illis enim, quæ ſunt impoſſibilia verè & realiter, nemo prudens, An ſint licita? inquirit. Sit igitur

An æquivocus contractus ſit poſſibilis?

PRIMA CONCLVSIO. *Legatorum conſiderata perſpicacia vix videtur poſſibile, ut contractus aliquis à Rege A cum Rege B, inimico ſuo initus ſit æquivocus*. Patet; quia hujuſmodi contractus concipiuntur clariſſimis & certiſſimis verbis, de quorum ſignificatione non debet ſecundus contractus iniri, nam debent in vulgari acceptione uſurpari. Vnde tametſi Cleomenem Nos, cum Poncio & communi ſententia condemnemus, & illum perfidiæ crimen commiſiſſe dicamus; errare Poncium in aſſignando actu perfidiæ dicimus, aſſeveramus enim non malè feciſſe Cleomenẽ, quia æquivocatione in contractu fuit uſus; ſed, quia violavit pactum in quo nulla erat æquivocatio; ut inferiùs dicemus, & ratione manifeſta probabimus.

Cui imputandum, ſi æquivocus contractus pat?

Conſultò poſui illud *vix*; quia poſſunt interdum tales circumſtantiæ intercedere, ut in aliqua major claritas deſideretur. Et, ſi pars, cujus intereſt, aut difficultatem nõ percipit, aut illam explicari non poſtulat, ſibi imputet; & alteram deceptionis non arguat.

An contractus æquivocus licitus ſit?

SECVNDA CONCLVSIO. *Licitè inire cum hoſtibus, etiam publicis, poteſt, in quo æquivocatio aliqua ſit*. Patet; quia in tali pacto nulla ſe intermiſcet deceptio: & qui contrahit genericè cenſetur determinationem in arbitrio debitoris relinquere. Pono exemplum. Paciſceris cum Sacellano de Sacro legendo diebus feſtis. Si non deſignes locum; pactum eſt genericum de Sacro celebrando alicubi, & loci reſtrictionem & determinationem Iuri Pontificio, & voluntati Sacerdotis relinquis. Sanè Canones jubent, ut Miſſæ non niſi in locis ab Ordinario approbatis dicantur: at, quia in omni Eccleſia (quæ non ſit interdicta) illæ leguntur, Sacellani erit locum determinare. At in pacto, ais, deſignavi Parochialem Eccleſiam. Eſto. Et aſſero eſſe genericum adhuc contractum; quia tametſi Canones & conſuetudo à meridie, uſque ad auroram diei ſequentis Miſſas legi interdicant, manent octo vel plures horæ, de quibus Presbyter illæſo arbitretur cõtractu.

Vter habeat authoritatem reſtringendi contractum æquivocum & indeterminatum?

An contractus æquivoci ſint disjunctivi?

Porrò omnes Generici, & Æquivoci contractus coincidunt cum Disjunctivis, qui liciti ſunt, & ad debitoris favorem explicantur. Profectò idem eſt dicere, *Ex pacto Petrus decem amphoras vini debet Aurelio dare*, ac dicere, *ex pacto Petrus decem amphoras albi, vel rubri vini debet Aurelio dare*. Et uter (Petrus ne, an Aurelius) indeterminatum hunc contractum reſtringet? uter dubium determinabit. In Sexto Regula LXX. reſpondet Bonifacius VIII. *In alternativis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri*. Vide Laymanum *lib. 4. tr. 4. ſect. 5. cap. 5. num. 5.* & *libr. 4. tr. 4. cap. 8. num. 3. pag 647* nec non Me *in Theolog. Fundam. fundam. 35. in fin.* Et Regulæ hujus ratio à privilegio Poſſeſſionis deſumitur: nã Debitor poſſidet, & in omni dubio pro Poſſeſſore judicatur.

Cur in dubiis, & alternativis, aut disjunctivis penes debitorem ſit controverſiam reſolvere?

Verba illa *multò minùs* laborant adlucinatione ut inferiùs probabimus.

An externè cõſtare poſſit, an verba, quæ dicuntur, ambigua & æquivoca ſint?

Sanè non licere uti æquivocationibus in contractibus quæ ineuntur cum hoſtibus, probabat Poncius, Quia aliàs non relinqueretur locus ſedandi controverſias & bella publica. Et, quia agit de æquivocationibus quas tollunt & determinant Reſtrictiones Mentales, bene loquitur; ſemper enim de occulta mente alterius dubitare poſſemus. At ſtando veræ doctrinæ, quæ tales Reſtrictiones ab Schola & Eccleſia proſcribit & ad externas circumſtantias, quæ ſenſu percipiuntur, recurrit, ceſſat timoris cauſa; & non habet locum illa ratio.

Præterea, quidquid ſit de adductæ rationis efficacia, cùm ad illam aut alias ſi-

ſimiles

Digitized by Google

An ſecundum Scotiſtica Scholæ fundamenta argumentetur Poncius?

miles recurrit Poncius, non loquitur ut Scotiſta. Ratio enim Theologici peccati (nam Philoſophica, quæ neceſſariò admitti debent, non concernunt conſcientias) in Divinæ Legis violatione conſiſtit; quoniam, ut ait Apoſtolus, *Vbi non eſt lex, non eſt prævaricatio*. Ergo fruſtra ad inconvenientia recurrit Poncius, cùm ad legem Divinam ex ſuæ Scholæ præſcripto & ſuppoſitione deberet. Poncii argumentum erat.

Poncii Syllogiſmus proponitur.

Illud, ex quo ſequuntur abſurda & inconvenientia, eſt peccatum Theologicum.

At ex Oratione æquivoca abſurda & inconvenientia ſequuntur.

Ergo Oratio æquivoca eſt peccatum Theologicum.

Et Syllogiſmum eſse bonum, reſpondeo. Minoremque eſse de ſubjecto non ſupponente, aut aliàs eſse falſam ſubjungo. Et quidem, non agimus de abſurdis aut inconvenientibus, quæ ſequuntur, per accidens, nam ob hæc honeſti actus, qui illa minimè intendunt, à nullo prudente incuſantur. Per ſe nulla poſsunt ab Æquivocatione provenire: nam à Bonifacii VIII. illa Regula, *In alternativis.* &c. omnis tollitur æquivocatio. Ergo Minor eſt falſa, aut veriùs de non ſupponente ſubjecto. Sed condonemus hanc Minorem. An ideò Poncius, Theologus Scotiſta, deberet Conſequentiam concedere? Minimè: non enim poſset Majorem clauſis oculis admittere, ſed illam deberet abſolutè negare: quoniam actus humanus quem Deus interdicit, etſi nulla abſurda & inconvenientia ſequantur, eſt peccatum Theologicum: & actus, quem Deus non interdicit, nec interdicti eſt cauſa, etſi ex ipſo abſurda & inconvenientia ſequantur, non eſt peccatum Theologicum; agens enim contra obmurmuratores; *Vtor mea libertate, Vtor meo jure*, prudentiſſimè opponit. Hæc eſt doctrina Scotiſtarum, quam bene ſciebat Poncius, & quam anno 1643. in Provincialibus PP. Franciſcanorum Comitiis ſub P. Antonio Oudenhoven vidi Lovanii propugnari. Numero enim ſexto, hæc Concluſio Diſputationi publicæ exponebatur. *Etſi verò implices hominem cum uſu liberi arbitrii creari, quin præfixam ſibi habeat Legem Naturalem, ſi tamen per impoſſibile Deus non præcepiſſet ea, quæ ſunt Legis Naturalis, nullum committeretur peccatum* (nempe, Theologicum) *in materia talis legis, licet ſciret quis* [N.B.] *ſe agere contra Naturalem Honeſtatem*. Et hæc dixerim, ut admoneatur Poncius, ſe minimè Scoti fundamentis inſiſtere: ut admoneantur cæteri, ſi qui Poncii uti argumento velint, de Philoſophico peccato controverſiam non eſſe, & Theologicum non poſse hac ratione probari. Debebat ergo Poncius argumentari ſic.

An, & cur in oratione bene examinata non poſſit relinqui æquivocatio?

In disjunctivis à Pontifice lata Regula tollitur æquivocatio.

Libertas eſt in poſſeſſione. illa frui poterit unuſquiſque, quamdiu non conſtet certò de præcepto inhibente.

Vide noſtram Theologiam Fundamentalẽ: Fundamento XII. ibi enim fusè ediſſeritur hæc Scoti Sententia.

Gritts.

Hoc, & non alio uti argumento Scotiſta deberet.

Omnis humanus actus, qui à Deo interdictus, Theologicum peccatum eſt.

Sed Æquivocæ Propoſitiones divinitùs ſunt interdictæ.

Ergo Æquivocæ Propoſitiones peccata Theologica ſunt.

Tunc enim dicerem, formam eſse hujus Syllogiſmi legitimam: Majorem certam: & à Poncio debere Minorem probari.

De §. *Dixi autem.*

An cum hoſtibus (publicis, aut privatis) æquivocè paciſci liceat?

DVas Poncius Aſsertiones componit, Altera eſt, *Non licet cum hoſtibus publicis æquivocum contractum inire.* Altera, *Sed nec licet cum hoſte privato*. Et ait, hanc ſecundam eſse minus certam, quàm aliam. Ergo falſum eſt, multò minùs licere agere æquivocè cum hoſtibus privatis quàm publicis, ut paragrapho præcedenti dicebat Poncius: nam hinc oppoſitum clarè colligitur. Ego autem ut paulò antè dicebam, in phyſica & reali potentia, difficultatem, non autem in morali reperio. Interim majoris eruditionis gratia illum, aut illos, quos citat, audiamus.

De promiſſione æquivoca.

Illi (inquiunt) qui detinentur à latrone, poſsent promittere oratione æquivoca, quæ in uno ſenſu præ ſe ferret promiſſionis ſpeciem, & in alio non eſset promiſſio. Sed inquiunt: Ego enim talem orationem æquivocam videre vellem: præſcindendo enim à Reſtrictionibus Mentalibus, talis oratio non occurrit: nam quæcumque dicatur à circumſtantiis reſtringetur: aut aliàs, tam erit patens æquivocatio, ut à latrone percipiatur.

De §. *An verò.*

An ſcire debeamus cauſã obligationis?

SI de obligatione conſtet, non eſt neceſsarium in praxi ſcire, unde procedat obligatio. Interim, quia rarò, aut nunquam, de obligatione conſtat, quin de ratione obligationis etiam conſtet, ut & hanc adſequamur, ponantur adhuc Concluſiones ſequentes.

De Cauſis, quæ per ſe & per accidens ad effectum concurrunt.

TERTIA. *Ex una re alia ſequi ſolent per ſe, alia per accidens*. Patet; nam rebus bonis multi viri mali abutuntur. Si enim ad S. Laurentium convertas ex. gr. oculos videbis & Sancti confeſſionem & Tyranni ſententiam. Ex illa prodiit hæc, ſed per accidens: unde enim ædificari Tyrannus debuit, inſaniendi & injuſtè judicandi occaſionem deſumpſit. Ex ſenten-

tia autem per ſe proceſſit exſequutio: nam miniſtri ſunt morali. Inſtrumenta,quę per ſe cum Cauſa principali concurrunt.

Veri imputabūtur effectus?

QVARTA. *Agenti, quæ ſequuntur per ſe imputantur; quæ per accidens, non imputantur.* Non enim Sancto Laurentio Iudicis imputatur crudelitas; & tamen Iudici, quæ carnifices fecerunt, imputantur.

De publicis & privatis contractibus.

QVINTA. *Fruſtra contractus publici cum privatis componuntur à Poncio:* Contractus enim ille, ex quo gravia mala oboriuntur per ſe, ſit privatus aut publicus, erit illicitus: & licitus, ſi ſequantur per accidens. Nec hic ulla eſt Scholarum diſſenſio; jubemur enim divinitùs, amare proximum; adeoque nihil omninò facere, quod proximo per ſe præjudicet. [Et nota illud *per ſe*,& hoc *præjudicet*: ad ea enim, quæ ſequuntur per accidens, ut dicebam, ex Iuſtitia non teneor; & ubi proximi juri non præjudico, poſſum abſoluiè procedere.]

De peccato mortali.

SEXTA. *Fruſtra ab eodem inquiritur, ex utris majora inconvenientia proveniant.* Quoniam ad peccatum mortale non requiritur hæc eſſe illis majora, ſed requiritur, & ſufficit, hæc eſſe magna.

An contractus æquivocus poſſibilis ſit?

SEPTIMA. *Si eſſet poſſibilis contractus æquivocus, ex quo per ſe gravia damna imminerent Reipublicæ, nemo illum inire poſſet ſine culpa mortali.* Conſtat evidenter ex Quarta.

An mendaciū contineat?

OCTAVA. *Qui talem contractum iniret, non peccaret contra Veritatem*: Demonſtratur. Quia Veracitati opponitur Mendacium. At æquivocatio non eſt mendacium. Non ergo Veracitati opponitur Æquivocatio.

Duobus peccari modis contra Veracitatem poteſt.

Dices, bifariam peccari contra Veracitatem: poſitivè videlicet, & negativè (contrariè, & contradictoriè) poſitivè mentiendo, negativè tacendo veritatem in caſu quo debebat dici. Et ex Poncio ſubjungis, [Si obligatio hujus Virtutis (Veracitatis) poſſit unquam habere locùm, maximè in caſibus prædictis,& omnibus, in quibus gravia ſequerentur incommoda, ſi non obſervaretur Veracitas in dictis & factis.] Ergo, qui æquivocè loquitur ſiquid in Veritatem poſitivè & diſtinctè non explicat; ſi non poſitivè,ſaltem negativè Veracitatis legem violat.

An verum dicat, qui reſpondet æquivocè?

Nihil probas; nam ſi Iudex me interroget, & ego habeam reſpondendi obligationem; & tamen in reſponſione oratione utar ancipite, quæ duos habeat ſenſus (verum, falſum) certum eſt me reſpondere; & certum, me quoque verum dicere. Ergo & certum, me Veracitati ſatiſfacere.

D. §. *Dico adhuc*.

QVæ ibi dicuntur, quatenus impugnant Reſtrictiones Mentales, vera ſunt: at nihil evincunt contra Propoſitiones æquivocas; quæ independenter à Reſtrictione aliqua Mentali habent duplicem ſenſum: videlicet verum & falſum.

Intellectuales Reſtrictiones, ſi eſſent licitæ, humanam omnem ſocietatem deſtruerent.

Inquit Poncius, [Abſurdiſſimum eſſe eò humanam converſationē reduci, ut nō eſſet ulli credendum, niſi diceret, ſe non æquivocare.] Et ajo, ſi ſemel admitterentur Reſtrictiones Mentales, eò humanam converſationem perventuram,ut nulli etiam ſanctiſſimo prudenter crederetur, etiam, ſi diceret, aut etiam juraret, ſe non æquivocare. Et addo priorem hujus mei Dicti partem ſuaderi bene à Poncio; quoniam, ſi Reſtrictiones Mentales eſſent licitæ, illis poſſent uti etiam Viri Sanctiſſimi. Poſteriorem autem, videlicet nulli credendum eſſe, etſi juraret ſe æquivocatione non uti, demonſtratur clariſſimè.

Et ſtando eidē ſuppoſitioni,nulli etſi ſanctiſſimo credendum eſſet.

Quia, ſi oratio reſtricta non eſt mendaciū, ſi jure jurando firmetur, non erit perjurium. Quam ob rem, ſi ego, qui vidi Petrum poſſum dicere, *Non vidi Petrum*, ſubintelligendo,*ut dicam tibi*:ſimiliter ego, qui æquivoco, potero dicere, *Non æquivoco*, ſubintelligendo, *ut dicam tibi*. Et hoc eodem Poncio teſte Mentalium Reſtrictionum Aſſertores admittunt: quoniam *loco citato.pag.*628.*b num.* 145. *Ad hæc* ſic ſcribit. [Tenentes licere uſum Reſtrictionum Mentalium, quoties cumq; eſt urgens cauſa iis utendi, dicunt, quod quamvis, quis juraret, ſe non æquivocaturum, poſſit tamen æquivocare; unde vidi cujuſdam Viri Doctiſſimi Concluſionem, qua aſſeruit, *Iuratus non æquivocare, æquivoca* &c.] id eſt, hoc ipſum de non æquivocando juramento cum æquivocatione & Mentali Reſtrictione pronuncia.

Hoc jusjurandum, Iuro per Deum me loqui ſine æquivocatione, aut reſtrictione, *neminem reddere ſecurum poſſet, nam in hoc ipſo Aſſerto eſſe poſſet reſtrictio, ſeu æquivocatio.*

De §. *Confirmatur*:

An Poncius ſubtilem Doctorem ſequatur?

HIc iterum non loquitur Poncius ut Scotiſta. Ratio enim, ob quam Mendacium eſt peccatum Theologicum in Schola ſubtilium, à Divina interdictione deſumitur: quoniam omnes rationes, quæ præſcindendo à lege Divina adducuntur,ob oculos ponunt malitiam Philoſophicam tantùm; quæ, ſi Deus diſpenſaret in Tabula Secunda Decalogi, ſine peccato adhuc reperiretur.

Quid tandem conſequantur mendaces?

Et illa Hieronymi verba, vera ſunt: quoniam deceptus à mendacibus pluries,

Credendo falſis dediſco credere veris.

AR-

ARTICVLVS IV.

De Reſtrictionibus Tranſſcendentalibus. *An ritè dividantur in Privatas & Publicas? De libero arbitrio Angelorum, & Hominum. An, & quomodo ſit reſtringenda ejus communis definitio? De Privata & Publica, Interrogatione, Petitione & Promiſſione. De Reſponſione, Conceſſione, & Acceptatione. An, & quo ipſa modo à conſignificantibus circumſtantiis ad determinatam ſignificationem reſtringantur?*

CONCEPTVS Tranſſcendentalis ille eſt, qui de omni formalitate prædicatur: & quia id dupliciter poteſt contingere, determinatè & indeterminatè, hic Tranſſcendentalis conceptus eſt; Abſtractus nimirùm & Contractus: Ille eſt generaliſſimus, qui de omni Formalitate dicitur, & ſex modis exprimitur, qui per dictionum capita (quæ, *raſe thebath* Rabbini nominant) in voce REVBAV, quæ exponitur *Res, Ens, Verũ, Bonũ, Aliquid, Vnũ*, reperitur. Quidquid enim in rerum natura concipitur aut invenitur, ens; hoc eſt, res una & aliqua, vera & bona, à Metaphyſicis vocari ſolet. Contractus autem conceptus eſt, qui in una rerum ſerie omnia tranſſcendit, ut in Syſtemate Angelico, Spiritualitas; ſubſtantia enim Angelica eſt ſpiritualis, Accidentia omnia Angelica ſunt ſpiritualia, & Modi omnes intrinſeci (Duratio, Vbicatio, & Relationes univerſæ) ſunt ſpirituales. Et, ut bene percalleas Tranſſcendentiæ leges, ſequentes Concluſiones ſcribo. Et erit

Raſe thebath, Capita dictionum: quæ ſint?

Quid Reubau ſignificet in Metaphyſica?

De attributis Angelicis. Qualia ipſa ſint?

PRIMA.

TErmini Tranſſcendentes, quia ſemper ſubintelliguntur, rarò aut nunquam expreſsè ponuntur. Quam ob rem, quia *Ens finitum, Creatum ex nihilo, Dependens à Deo, Habens in ſua duratione principium*, & ſimiles alii, ſunt Termini in Creato Syſtemate Tranſſcendentales & Eſſentiales, in omni Definitione omittuntur: interroganti enim, *Quid ſit homo?* reſpondemus, *Homo eſt animal rationale*; & de illius finitudine, creatione, dependentia, & duratione nihil dicimus.

An termini tranſſcendentales debeant exprimi?

SECVNDA.

NEmini ſit injuria, ſi Tranſſcendentales Termini, qui ſemper ſubintelliguntur, aliquando exprimantur. Immò id interdum conducit, ut res obſcuræ meliùs intelligantur. Et hoc exemplo opportuno dilucido: Omnia, quæ à Scotiſtis & aliis contra Phyſicas à Thomiſtis aſſertas Prædeterminationes objiciuntur, videntur aliquo præjudicio ex Liberi Arbitrii male intellecta definitione ſumpto ſuccollari. Dicunt enim

An ſaltem poſſint?

De phyſicis prædeterminationibus.

Actus liber eſt, qui elicitur cum Indifferentia.

Indifferentia eſt quædam Indeterminatio.

Atqui Determinatio (& à fortiori Prædeterminatio) opponitur Indeterminationi.

Ergo ſimiliter Indifferentiæ & Libero Arbitrio opponetur.

Repugnat igitur liberam Hominum aut Angelorum Voluntatem determinari aut prædeterminari divinitùs.

An creata libertas poſſit divinitùs prædeterminari?

Probant autem Majorem producendo communem Agentis Liberi definitionem: *Eſt enim Agens liberum, quod poſitis omnibus ad operandum requiſitis, quando operatur, poteſt non operari.* Et illud *poteſt* importat potentiam activam & intrinſecam. Ignis enim quando operatur, poteſt non operari, ab extrinſeco enim & paſſivè poteſt impediri aut extingui: interim, quia non habet ab intrinſeco activam non operandi facultatem, non eſt liber. Et rem bene conſidera. *Operari* & *Non operari* ſunt termini contradictorii; ad eos tamen datur in Homine *Simultas potentiæ*, non autem *Potentia ſimultatis*. Datur, inquam, in Homine (& idem de Angelo dicendum eſt) ſimultas potentiæ; hoc eſt, ſimul ſunt duæ ad oppoſitos terminos (ad operandum & non operandum) potentiæ: non

Quid Liberum Arbitrium ſit?

De potentia activa & paſſiva: hoc eſt, intrinſeca & extrinſeca.

Cur Ignis non ſit Agens liberum?

De Simultate Potentiæ, & Potentia ſimultatis. *Quid ſint & quomodo inter ſe diſtinguantur?*

autem

autem Potentia ad ſimultatem, hoc eſt, ad ſimul operationem & non operationem componendum.

Dependentia à Deo eſt attributum creaturas univerſas tranſcendens.

Ego autem, ut reſpondeam, definitionem ipſam recognoſcam, eamdemque reponam, addendo unicum Terminum Tranſcendentalem. Sic inquam. Nulla eſt in rerum ex nihilo productarum Syſtemate Realitas aut Formalitas, quam non pervadat & permeet *dependentia à Deo* prædicatum. Quæ tam eſt conſpicua & clara Veritas, ut innotuerit etiam Ethnicis. Ovidius libr. 4. Triſt. Eleg. 8.

Nil ita ſublime eſt, ſupraque piacula tendit,
Non ſit ut inferius, ſuppoſitumque Deo.

Ergo juxta Secundam Concluſionem nemini injuria fiet, ſi hæc ipſa dependentia, quæ in ſingulis formalitatibus debet intelligi, in ſingulis expreſsè ponatur. Recognoſcamus igitur definitionem Libertatis creatæ, illamque uno aut altero interjecto verbulo dilucidemus. Ergo dicamus ſic.

Corrigitur definitio Libertatis creatæ.

Agens liberum eſt res aliqua dependens à Deo; quæ poſitis dependenter à Deo omnibus ad operandum prærequiſitis, quando operatur dependenter à Deo, tunc dependenter à Deo poteſt non operari.

Et hac definitione præmiſſa ad ſingulas Argumenti ab Adverſariis concinnati Propoſitiones ſic reſpondeo.

Actus liber (agimus de Humano aut Angelico) *eſt, qui elicitur cum indifferentia.* Diſtinguo illud *elicitur*; & diſtinguo etiam illud *cum indifferentia.* Actum enim Agentis creati liberi eſſe, qui elicitur cum dependentia à Deo, concedo: qui elicitur ſine hac dependentia, nego. Et præterea, Indifferentiam, quæ in actu libero invenitur, eſſe in genere Neceſſitatis, concedo; eſſe autem in genere Infallibilitatis, nego. Neceſſitatem autem ab infallibilitate ſic diſtinguo. Erunt, inquam, in inſtanti D. neceſſariò, omnia illa, quæ non poterunt in illo non eſſe. Erunt autem infallibiliter, quæ tametſi tunc poſſint non eſſe, nihilominùs certiſſimè erunt. Sic illa Petri, Chriſto prædicta negatio, infallibilis & certiſſima erat, & tamen neceſſaria non erat.

De Neceſſitate & Infallibilitate. Quo modo diſtinguantur?

De Petri negatione. Infallibilis fuit; & tamen neceſſaria non fuit.

Indifferentia eſt quædam Indeterminatio. Diſtinguo. Eſt quædam Indeterminatio dependens à Deo, concedo; eſt non dependens, nego.

Quid ſit indifferentia?

Atqui Determinatio (& à fortiori Prædeterminatio) opponitur Indeterminationi. Diſtinguo. Si determinatio & indeterminatio ſint in eodē genere; concedo: ſi in diverſo, nego. Poſſe enim unam & eamdem rem eſſe ſimul determinatam & indeterminatam in diverſis generibus demonſtratur clariſſimè. Nam in rectilineo Rectangulo, anguli crucibus oppoſiti ſunt determinati ut ſint acuti, ſunt ut ſimul ſumpti gradus 90. contineant; & hanc ob rem ſecundus eſt determinatus ut primi complementum ſit. At neuter eſt determinatus ut primus ſit. Et, qui jubetur eſſe primus, adhuc ſeorſim ſumptus, eſt indeterminatus ut ſit tantus, aut tantus. Dico igitur Agens creatum liberum per dependentiam, quam habet à Deo eſſe prædeterminatum in genere Infallibilitatis, non autem in genere Neceſſitatis.

An, & quo modo eadem res eſſe poſſit ſimul determinata & indeterminata?

Ergo ſimiliter Indifferentia & Libero Arbitrio opponetur. Diſtinguo. Si ageretur de Determinatione neceſſitante, concederem. At, quia agitur de infallibilitante, nego.

N. B.
Futura omnia libera & contingētia, prout ſubſunt decretis Providentiæ Divinæ, ſunt infallibiliter, non autē neceſſariò futura.

Repugnat igitur liberam Hominum aut Angelorum Voluntatem determinari aut prædeterminari divinitùs. Diſtinguo. Si agatur de determinatione neceſſitante, concedo: ſi de infallibilitante, nego. Et hac Reſponſione præmiſſa ſubſumo. [Omnes Creaturarum actiones & operationes dependent à Deo. Ergo, vel per modum Infallibilitatis, vel per modum Neceſſitatis. At liberi Hominum & Angelorum actus per modum Neceſſitatis à Deo dependere non poſſunt. Dependent igitur per modum Infallibilitatis.]

TERTIA.

SVnt quidam Termini Tranſcendentales, qui Orationem reſtringunt; & in omni ſemper Interrogatione & Reſponſione; & in omni ſimiliter Petitione & Conceſſione, Promiſſione & Acceptatione, privata ſit aut publica, inter Viros probos & ingenuos ſemper ſupponuntur, & tacitè ſemper ſubintelliguntur. Demonſtratur clariſſimè: ſemper enim per Interrogationem reſtringitur Reſponſio; per Petitionem Conceſſio, & per Promiſſionem Acceptatio: &c. Sicut enim in Grammatica generum caſuum, & temporum determinatio (*a*) ab Interrogatione dependet: ſic in Ethica, & quæ latè etiam patet, Politica, ab Interrogationis ſenſu Reſponſionis ſenſus (& idem de Petitione & Conceſſione; nec non de Promiſſione & Acceptatione: & aliis Contractibus ſimilibus dicito) determinatur. (*b*) Concluſio hæc universìm traditur à Poeta Antiquo, qui cecinit

De circumſtantiis aut terminis tranſcēdentalibus, qui in omni Oratione ſubintelligi debent.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines

nempe, *in rebus*, hoc eſt, in interrogatione, præcepto, petitione, promiſſione, &c.

De finibus, intra quos omnia ingenuorum conſilia continentur.

Et

Digitized by Google

Et ſunt *fines*, intra quos interrogantem, præcipientem, petentem, promittentem ſe continere, ſupponere & cenſere debemus. Sed qui ſunt iſti termini? Concluſio ſequens illos proponet, & exponet.

Quo modo apud Grammaticos Interrogatio Reſponſionem determinet?

a] Grammatici requirunt Canones, ut ab Interrogatione, quoad genus, numerum, caſum, & tempus, prædeterminetor Reſponſio; quærenti enim, *Cujus coloris Iulii Cæſaris triumphantis veſtis fuit?* Nemo *purpurea*, aut *purpureorum*, aut *erit* poterit; ſed *purpurea*, ſubintelligendo *fuit* reſpondere debebit. Ergo tunc in hac voce *Purpurei* (nam id Interrogatio præſtat) tota hæc Oratio; *Triumphantis Iulii Cæſaris veſtis fuit coloris purpurei*, ſubaudietur.

An, quando, & quomodo à poſterior i impræſentiarùm poſſumus ratiocinari?

b] Nec à Reſponſione Interrogatio, nec à Conceſſione Petitio, nec ab Acceptatione Promiſſio reſtringitur aot determinatur, unde, ſi de Interrogatione, Petitione, aot Promiſſione conſtiterit, quo Reſponſio, quo Conceſſio, quo denique Acceptatio ſenſu intelligenda ſit, dubitari non poterit. Et hoc præcipuè eſt verum, quoad perſonas, qui contractum ineunt: nam, qui cum extrinſecùs conſideramus, ſi fortè aliquas Interrogationis, Petitionis, aut Promiſſionis circumſtantias neſcimus, à Reſponſione, Conceſſione, & Acceptatione, ſi nobis notiores ipſæ ſint, quæ in Interrogatione, Petitione, & Promiſſione circumſtantiæ præfuerint, ſecurè indagare poterimus.

QVARTA.

De Circumſtantiis Tranſſcendentalibus, quæ ſuccurrunt in omni colloquio aut contractu privato.

C*Ircumſtantiæ, quæ omnem privatam Interrogationem, & Reſponſionem, Petitionem & Conceſſionem, Promiſſionem & Acceptationem, Donationem & Acceptionem; quæ omnem Legem, Præceptum, Contractum, &c. tranſcendunt, & in ſingulis, etſi non exprimantur, ſemper ſubintelligi debent, iſtæ ſunt* [I. Si fieri poſſit. II. Si liceat. III. Si expediat.] *ad has enim cætera, quæ cogitari, aut adſignari poſſent, reducuntur*. Demonſtratur clariſſimè: Quoniam ille, qui privatim me interrogat, aut à me aliquid poſtulat, aut mihi aliquid pollicetur, amicus meus eſt, & cenſendus eſt, ut amicus procedere, nec à me petere, quæ non poſſit amicè verus amicus ab amico.

dist. 22. quæſt. 5. De forma.

In Pontificio Iure adducitur Epiſcopi Philiberti Epiſtola, quæ expreſsè hanc noſtram Reſolutionem repræſentat. Conſidera lineas ſequentes. *Qui Domino ſuo fidelitatem jurat, ſex ſemper in memoria debet habere; Incolume, Tutum, Honeſtum, Vtile, Facile, Poſſibile*. Et in ipſis duo Lectorē meum moneo. Alterum, doctrinam iſtam ad Dominum & Famulū reſtrictam, eſſe generalem, & in omni pacto aut contractu, inter homines celebrato, debere intelligi. Alterum, iſtas ſex Circumſtantias eſſe illas tres ipſas, quas in Reſolutione propoſui. *Poſſibile* enim dicitur, quod fieri poteſt: & *Honeſtum*, quod licet: *Facile* autem, *Vtile*, *Tutum*, & *Incolume*, &c. quod expedit. Et eodem prorſus modo, quo unam ipſe Circumſtantiam (videlicet, Honeſtatem) dilucidat, cæteras potuiſſet explicare. Erit, inquit *Honeſtum* (nempe, officium præſtitum Domino) *ſi non ſit ei in damnum de ſua Iuſtitia, vel de aliis cauſis, quæ ad Honeſtatem ejus pertinere videntur*. Ergo erit ſimiliter Facile, Vtile, Tutū, & Incolume, ſi dum Domino (Amico &c.) placere & ſervire deſiderat, in difficultates, damna, pericula, & irreparabiles miſerias non inducatur. Et Fundamentum Philiberti eſt certiſſimum; nec enim ab inferiori ſuperior, nec à ſuperiori inferior, nec ab æquali æqualis poſtulare aut extorquere debet, quæ à ſe peti non vellet. Et quia Naturalis & Divini Iuris eſt Regula, *Quod tibi non vis, non facies alii*. Itemque, *Omnis eſſe bonus* (probus) *præſumitur, niſi probetur eſſe malus* (& improbus) teneor ſemper benè judicare de proximo. Ergo, ſive aliquid interroget ſive jubeat, ſive promittat, ſive poſtulet, eum debebo cenſere (&, ut utar termino Iuriſtarum, præſumere) illum inter Poſſibilitatis, Honeſtatis, & Indemnitatis terminos interrogare, jubere, poſtulare, aut promittere.

Quænam à Philiberto Epiſcopo adſignentur?

An eum illis, quæ à nobis adſignantur coincidant?

An, & cur ſemper debeam de proximo benè præſumere?

De ſuſpicioſis & malitioſis hominibus. Qui, & quales ſint?

Sunt homines, qui omnia referunt in malam partem, & in eis aliquando Ingenium, nunquam Pietas laudatur. Et illorum fuit inter Ethnicos Cornelius Tacitus, qui etiam in actibus optimis reſtrictiones & ſecundas intentiones rimatur. At hujuſcemodi homines improbi ſunt; quoniam ut ait Hiſpanus, *De las hechas nacen las ſoſpechas*; & omnes ſimiles Cornelio Tacito, de quo hæc ſub annum 122. Genebrardus ſcribit. [Cornelius Tacitus Hiſtoriam annorū LVI. ſcribit ſæpè ἐπιχθρίζων, ut eum *lib.* 14. ſine cura Deûm evenire multa ait. Suetonius ann. 144. id eſt, duodecim Cæſarum. Lucius Florus. 700. Ipſe *lib.* 1.] Cornelium ſatis feliciter Ioannes Barclajus imitatur: &, ne conſcientiæ obeſſet, & ſuis ſuſpicionibus injuriam inferret aliquibus, Cogitatam Hiſtoriam (Fabulam aut Novellam) de Argenide & Polyarcho concinnavit. Et talis eſt me Iudice, Liber ille, ſi careat Clavi: quoniam ſi hæc ſubminiſtretur, & nomina anagrammate clauſa aperiantur, eſt Satyricus & calumnioſus, de Romano Pontifice & Hiſpaniarum Rege, & aliis non paucis Principibus mendacia manifeſta protrudens. Sanè Cornelii Taciti, ſi nō elegātiā, malitiā certè ſuā imitantur hodiè ſatis multi, quorum genium ingeniumq; S. Gregorius *lib.* 15. *Moral.* coloribus iſtis depingit *Sunt aliqui*, ſcribit S. Pontifex, *qui de omnibus male judicant; dicunt enim, ſi quis ſtudet & vacat Humilitati, hypocrita eſt: ſi recreationi, guloſus eſt: ſi Patientiæ, timidus eſt: ſi Iuſtitiæ, impatiens eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi Prudentiæ, malitioſus eſt: ſi Maturitati,*

De Cornelio Tacito. Qualis fuerit?

De Barclaji Argenide. Qualis ſit ſine clavi: & qualis, ſi reſeratur, ſit?

Quales ſint Diſcipuli Cornelii Taciti?

Digitized by Google

Inter duo extrema, quæ Vitia tenēt, ſunt tres Virtutes, una in medio, & duæ adhærentes hinc inde. Vt inter Auaritiam & Prodigalitatē, præter Virtutem, quæ conſiſtit in medio, eſt Liberalitas & Parcimonia; & illam Prodigalitatem, & hanc Auaritiā Detractores appellant.

tati, phlegmaticus eſt: ſi Iucunditati, diſſolutus eſt: ſi Religioni, ſingularis eſt: ſi Societati, ſæcularis eſt: ſi ſilentio & Paci, diſſimulator eſt: ſi alierum Correptioni, præſumptuoſus eſt: ſi inſtat vigiliis & orationibus, indiſcretus eſt: ſi dormitioni, ſomnolentus eſt: ſi prædicationi & aliorum ſaluti, appetitor laudis eſt: ſi deſiſtat, negligens eſt: ſi habet hominum gratiam, adulator eſt: & ſi adulari renuit, dicitur, quod ſuperbus eſt. Et qui talibus cenſuris proximos ſuos perſtringunt, improbos ego & temerarios voco, & ab illorum claſſe meum Candidū Lectorem ſubduco.

Qualis fuerit Papa Innocentius III.

Firmat hanc doctrinam Innocentius III. Pontifex doctiſſimus, & prudentiſſimus, qui *in cap. Magna 7. §. Et quidem* tria *de voto & voti redemptione* aſſerit in omnibus humanis rebus (verbis, actibus) conſiderandum eſſe, *Quid liceat ſecundum æquitatem, Quid deceat ſecundum honeſtatem, Quid expediat ſecundum utilitatem,* Quod eſt dicere, Transſcendentales Quæſtiones, quæ in omnem actum ſe inſinuant eſſe, *An liceat? An deceat?* & *An expediat?*

Noſtra Doctrina ejus autoritate roboratur.

An hi Termini quos Transſcēdentales voc. etiam in actibus Divinis locum habeant?

Et hanc tam certam & indubitatam eſſe doctrinam Dn. Petrus Rodriguez Cortés, ut ad Divinos actus eam extenderit: nam in ingenioſo, & curioſo ſyntagmate, quod *Diſcurſo Iuridico ſobre la Concepcion* inſcribitur, Sanctiſſimam Virginem Matrem fuiſſe ſine labe conceptam, ex his fundamentis deducit: ſupponit enim, *non poſſe prudenter negari, ad ſuæ Matris honorem & autoritatem, quod potuit, quod licuit, quod decuit, & quod expedivit, Verbum æternam præſtitiſſe.* Legi quidem Liber integer poterit; eſt enim brevis & lectione digniſſimus: ego enim, nam brevitatem amo, totius Libelli ſpecimen ex verbis, quæ ponuntur in Præludio deſumam. Ibi enim inquit Autor. *Eſte Diſcurſo ſe ha de reducir brevemente a tres Puntos principales: en los quales ſe procurara fundar por Reglas de Derecho y Raçones Naturales, que Chriſto nueſtro Señor preſervo a Maria Santiſſima, ſu Madre, y Señora nueſtra, de el contagio de la culpa original, en el Primer Punto ſe fundara*, ſuppueſto que lo pudo hazer (*como de cierto*) *que ſe preſume la libro con effecto. En el ſegundo ſe fundara,* que por diverſas y efficaces raçones convino a Chriſto hazerlo. *En el Tercero punto ſe fundara,* que a nueſtro modo de entender le eſtuvo bien a Chriſto preſervar a ſu Santiſſima Madre. *&c.* Et ex his fundamentis fuiſſe Deiparam ab omni originaria macula præſervatam deducit. Et eſt hoc communiſſimum, & accedente pia affectione fortiſſimum Scotiſtarū Fundamentum, de quo *in noſtra Metalogica libr. 10.*

De Immaculata Virginis Matris Cōceptione.

Præſervare illam Deus,

Et potuit:

Et decuit:

Et expedivit.

quæ inſcribitur, Severa argumentandi methodus, *par. 3. ſub fin.* uberius diſputavi. Ergo (& hic attende Amice Lector) ſi hi termini *Si licet, Si decet, Si expedit,* tam ſunt univerſales, ut etiam ipſimet Divini Actus ad illos exigantur & conſiderentur, non videbor nimius, ſi ad illos exigam, & examinem omnes actus humanos.

Commune in hac materia, Scoti, & ejus Diſcipulorum argumentum.

Ergo quando, vel tibi ſuperior aliquid præcipit, vel amicus promittit, aut etiam à te dici, aut præſtari poſtulat, quod certò malum ſit, ceſſat quæſtio: nam contra Deum, nec obſequia acceptare, nec præſtare debemus. Cæterùm, ſi promittatur tibi, quod poteſt fieri male & bene, in dubio ſub terminis habilibus (quos vocant) fieri promiſſionem intelliges &, ſi à te poſtuletur, quod dicas, facias-ve rem aliquā, quæ poſſit præſtari male & bene, bene de poſtulante judica, eumdemque ſuam petitionem ad terminos habiles reſtrinxiſſe ſuppone, nolleque ut dicas, facias-ve, quod petebat, ſi non poſſit, ſi non liceat, aut ſi non expediat illud fieri, vel dici. Vel, ſi adhuc dubitas, audi S. Auguſtinum *contra Manichæos libr. 2.* expoſiturus illam Chriſti Domini legem, *Nolite judicare,* ſic ſcribit. *Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi, ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt,* A fructibus eorum cognoſcetis eos; *de manifeſtis dictum eſt;* [*] *quæ non poſſunt bono animo fieri. Sunt autem quædam facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia in malo & bono poſſunt fieri, de quibus temerarium judicare, maximè eſt, ut condemnemus.* Stat igitur, te inferre injuriam proximo, & in omni dubio te de ipſo temerè judicare, ſi exiſtimes tibi ab illo juberi, promitti, poſtulari &c. quod non poteſt, non licet, aut expedit dici, vel fieri.

Omnes petitiones, promiſſiones, præcepta in terminis habilibus intelligēda ſunt.

*) Notetur pro Dialexi de non Certitudine. Eſt enim Petrus v. gr. in poſſeſſione ſui honoris; ergo, niſi manifeſtæ ſint cauſæ & rationes, non poterit ab illa poſſeſſione detrudi.

Hanc doctrinam de Conditionibus Transſcendentalibus, quam multi adfirmāt Canones, exponit Gloſſæ author, qui 2. *qu. 2. cap Beatus Paulus,* ſic ſcribit. [Et eſt argumentum hic, quod in omni voto vel Sacramento intelligantur hujuſmodi generales conditiones, *Si Deus voluerit, Si vixero, Si potuero.* Et infra etiam *qu. 2. cap. nequis*, & 27. *qu. 2. §. cum ergo.* & D. *qui ſat. cog. leg. ult.* Et etiam hæc, *Si marito placuerit.* nimirum 33. *qu. 5. cap. noluit.*] Et additur in margine 23. *qu 4. cap. ſi non licet.* & *extravag. de divort. cap. gaudeamus.* &c. Vbi ut conſpicis aliis verbis circumſtantiæ à nobis adſignatæ reponuntur: qui enim dicit *Si poſſim,* ait, *Si vixero*; & qui dicit, *Si liceat,* ait, *Si Deus velit*; & qui dicit, *Si expediat,* ait Si (*commodè*) *potero.* Et quia uxor in omnibus marito ſubeſt, ubi dicit

Gloſſa admittit & diluciдat has transſcendentales circūſtantias.

Quid ſubintelligi debeat in omni uxorum promiſſione.

Si

Digitized by Google

Si maritus voluerit, ut debet, ut licet, & ut expedit loquitur.

Exponuntur Transcendentales Circumſtantiæ.

His præmiſſis, ad majorem Concluſionis poſitæ intelligentiam proderit has eaſdem Circumſtantias recognoſcere, & ſingulatim explicare.

An Deus, an homo poſſit jubere impoſſibilia?

SI POTEST.] De reali ut plurimùm poſſibilitate intelligitur hæc Circumſtantia; quæ enim realiter impoſſibilia ſunt, nec præcipi, nec peti, nec promitti unquam poſſunt. Et id tam certum eſt, ut hujus ævi hæretici, etſi cum multis priſcis & decrepitis Heterodoxis, poſſe Deū homini impoſſibilia jubere, afferant, negant rotundè id poſſe homines: hi enim, ſicut nec polliceri, ſic nec petere nec promittere poſſunt, quæ humanitùs non poſſunt fieri.

An-ne poſtulare, aut promittere?

Concilium Tridentinum *Deus impoſſibilia non jubet, ſed jubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adjuvat ut poſſis.*

Hoc ultimum admittunt univerſi. Plautus *in Moſt.*

Vna opera ebur atramento candefacere poſtulas.

Sic & alii Scriptores, quibus conſonans præceptum de re impoſſibili, ſibi impoſitum, rejicit Novitius quidam Author his verbis

Æthiopem emaculare jubes: mandato recuſo
In lucem tenebras vertere nemo poteſt.

Non ſunt unquam petenda impoſſibilia.

Sicut Deus non præcipit hominibus impoſſibilia, ſic nec vult à ſe humanitùs impoſſibilia implorari. Hinc Veritatem optimè percallebat Cambyſſes, qui nefarium committi ſacrilegium dicebat, ſi qui equitare nequit. victoriam à Diis petat in equeſtri certamine, ſi inter ſagittarios, qui arcum movere tim t, ſi inter Poetas, & Oratores, qui non ſolùm ſyllabarum quantitates, Tropoſque & F guras vocabulorum neſcit, ſed ἀναλφάβητος prorſus, valorem characterum ignorat Ex Xenophonte Bruſonius *lib.5.cap.27.* id ſcripſit: & ex Bruſonio Langius.

Quænam ſint licita?
An illicita impoſſibilibus debeant adnumerari?

SI LICET.] Licent omnia, quæ legibus (Divinis, Humanis-ve) non ſunt interdicta. Et inter probos & ingenuos homines, illicita (quæ ſine Dei aut Superiorum injuria fieri nequeunt) impoſſibilia judicantur. Quicumque imperat, aut obedit; interrogat, aut reſpondet; petit, aut dat; promittit aut acceptat, ſemper cenſetur dicere, Μέχρι τῦ βωμῦ φίλος εἰμι: *Vſque ad aras amicus ſum.* Non enim ab amico poſtulari poſſunt inhoneſta & illicita. Sic reſpondit apud Plutarchum *in Apophth.* Agellium *libr.1. cap.3.* Bruſ. & alios pericles, ſic Phocion, ſic alii Viri, quos debeремus imitari. Chriſtiani. Scitè & doctè Ceites.

Græcum Adagium apud Agellium.

Auguſtinus hanc doctrinam ediſſerit, nam *libr.de mend.cap.17.* ſic inquit. *Faciat homo, etiam pro temporali hominum ſalute, quod poteſt; cum autem ad hunc articulum ventū fuerit, ut tali ſaluti conſulere, niſi peccando, non poſſit, jam ſe exiſtimet, non habere quod faciat.* Ergo judicet, ſe perveniſſe ad metam, in qua Catholica Prudentia inſcripſit, NON PLVS VLTRA. Hæc Doctrina lumine ipſo Naturali innoteſcit, ait enim de Amic. Cicero. *Hæc igitur prima Lex in Amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati.* Omnes igitur, ab amicis ſcriptæ, aut dictæ petitiones, intra æquitatis terminos debent exponi; quod ſi hanc interpretationem non ſuſtineant, ab inimicis propoſitæ cenſendæ ſunt.

Habet Amicitia terminos ultra quos homines tranſire non poſſunt.

Qui non eſt Amicus, ut imperet, interroget, poſtulet, aut promittat, ineptus e t. Qui autem non eſt Veritatis amator, vetus amicus eſſe nequit. Quoniam *epiſt. 78.* inquit S. Bernardus. *Tunc demum erunt veræ Amicitiæ, ſi veritatis fuerint fœderata conſortio.* Oportet igitur, ut veritatem amet, qui imperando, interrogando, petendo, aut promittendo, mecum agere velit. Et quis eſt, quæſo, Veritatis Amicus, Reſpondebit Gregorius, *Amicus Veritatis eſt rectæ amator actionis.* Et quia Tu amicos omnes tuos amare Veritatem ſupponis, neminem eorum in ſe, aut in te obliquam & improbam actionem amare judicare debebis.

Quis eſt tuus Amicus eſſe debet Veritatis Amator.

Gregorius lib. 2. Moral. cap. 8.

Platoni, Philoſopho Divino, conſentiens & adhærens Ficinus *in Lyſid. arg.* eſſe Amicitiam ait, honeſtam perpetuæ voluntatis communionem: niſi enim Honeſtate fundetur, ſocietas quædam iniqua & abominabilis eſt. Et conſultò poſuit illud *perpetua*, nam amicitia eſt ex genere ſolennium contractuum, qui neque diem, neque conditionem tolerare (*) dicuntur: Amicitia enim ad tempus, aut ſub contingente conditione contracta, non eſt vera. Et ideò amicitia, quæ in felicitate conſtituitur, eſt fallax. Dicebat aliquando Ovidius

Quæ & qualis Vera amicitia ſit?

*) Regula L. *Actus legitimi conditionem nō recipiunt, neque diem.*

Cum fueris felix multos numerabis amicos;
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

An vera Amicitia poſſit ad felicitatem, aut ad tantum tēpus reſtringi?

At iſti non ſunt amici veri; amici enim certi in re incerta cernuntur: & certus & verus amicus eſſe volebat ille, qui tempore non metiebatur Amicitias, ſed abſolutè & ſincerè dicebat

Sum tibi Marce ſemel, nec ero bis, credito, amicus:
Nam cui Marce ſemel[*] ſemper amicus ero.

*) Ioannes Ovvenus Poeta Anglus, hác eamdem ſententiam etiam expreſſit uno Diſticho; ſed errat in voce *ſemel*, cujus primam prod ducit.

Suam olim colebat & docebat Theologiā

Google

Moralem Cicero, cujus Fundamenta diverſis in locis proponit. *Nulla eſt* (ut ſcribit *in Lælio*) *excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaveris.* Et rationem *libr. 3. de offic.* exponit, *Quoniam, ſi omnia facienda ſint, quæ* (contra Deum Rationemq;) *Amici velint, non amicitiæ tales, ſed conjurationes putandæ ſunt.* Et ideò ſuę dilectiſſimę Spōſæ Protoplaſtus hominum debuit non obedire; & quia obedivit, peccavit, fuitque ex Voluptatis Paradiſo proſcriptus. *Non quidem carnis victus concupiſcentia, quam nondum ſenſerat in reſiſtente lege membrorum legi Dei ſed amicabili quadam benevolentia* (*qua plerumque fit ut offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus*) *quod eum facere non debuiſſe, Divinæ Sententiæ juſtus exitus indicavit;* ut habet Auguſtinus *de Geneſ. ad liter. libr. 11. cap. 42.*

Gracchus occœpit delaniare Rempublicam. Ejus dividuntur Amici: alii deſerunt illū, ne Reip. noceant; alii deſerunt hanc ne Graccho officiant.

Et huc pertinet nota, & à multis dilucidata Gracchi hiſtoria: cujus amici ſecti in partes; alii enim ab illo defecerunt, aliique permanſerunt conſtantes; & ex his Boſſium fuiſſe ſcimus, Tuberonem ex illis: cum tamen Cicero in hoc laudando, & illo vituperando multus ſit. Quia ubi Gracchus occœpit vexare Rempublicam, hujus ſalutem præpoſuit Graccho Tubero, & Boſſius, erga amicum, qui erat Patriæ infidelis, fidelitatem improba contumacia obſervabat. Quas hiſtorias (Divinas, & Humanas) Auguſtinus *epiſt. 162.* accuratè perpendens, hoc Monitum Generale deducit. Ergo *Amicitias hominum, quæ in judicio Dei nihil proderunt, pro evitandis ſempiternis pœnis, ne timeatis offendere.*

Vera Amicitia non eſt conſervanda mendaciis.

Quid Mendacio Officioſo inter peccata levius? Et tamen non eo perveniunt Benevolentiæ jura, ut propter amicum Veritati parcendum ſit. S. Iſidorus *in Synon.* audiri poterit. *Omne Mendacii genus ſummopere fuge, nec caſu, nec ſtudio, loquaris falſum; nec, ut præſtes, mentiri ſtudeas; nec qualibet fallacia vitam alienjus defendas.* Conſonat Hipponenſi Pontifici, qui *libr. contr. mendac. cap. 6.* pronunciaverat, *Si quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo poſſit à morte liberari, non es mentiturus.*

Veracitas majoris eſt habenda quàm vita.

Quid faciendū ſi petatur, aut jubeantur injuſta?

Debemus non obedire, ſi imperentur injuſta; & ſi injuſta petantur, non adnuere. Ad rem ſanè Heſiodus *in operibus.*

Ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι
πίθηται.

*Bonus quidem ille eſt, qui rectè indicenti
paret.*

Ergo etiam ille, *qui rectè petenti adnuit,*

Et etiam ille, *qui rectè promiſſa acceptat.*

Nam ut bene nos docet Sanctus Hieronymus, *Si Dominus jubeat* (poſtulet, polliceatur) *quæ non ſunt adverſa Sacris Scripturis, ſubjiciatur Domino ſervus* (obediat, adnuat, & acceptet.) *ſi verò contraria præcipit, magis obediat ſpiritus, quàm corpus Domino.* Corporis enim homo eſſe poteſt Dominus, ſpiritus autem ſolus ille eſt Dominus, qui animam poteſt in ignem æternum immittere.

Corporis Principes, non autem ſunt Animæ domini. Hanc adnihilare poteſt ſolus Deus.

Cum vel officia vendunt, vel (*b*) munera à Miniſtris ſibi porrigi volunt Proreges, (loquor de improbis; probos enim & integros veneror & ſuſpicio) tacitè eis jubent *Furantor*. Et, ſi feſtivè vellent loqui, poſſent expreſsè ſua vota exponere, & per parodiam obtorquere Homericum carmen, & dicere.

ἡμᾶς οὖν ἐρανίαζε, δ᾽ Ἕκτορος ἔχεο
χεῖραν. (*)

Nos quidem dona ſtipe; ſed Hectoris teneas manum.

*) Homerus poſuerat τοὺς ἄλλους *alios*. Sed maluimus cum Diogene dicere ἡμᾶς οὖν *Nos quidem*.

Et dicti feſtivitas in eo eſt, quod ubi Homerus dixit, ἐνάριζε, *ſpolia, fureris, rapias*, ibi ſubſtituit Prorex, ἐρανίαζε, *da ſtipem* (a) *honorarium contribue*; ut modum, quo debent hæc dona præparari, doceat inferiores Miniſtros, in quorum aures: ubi ille ἐρανιάζετε, *contribuite, donate*, inſonat, ἐναρίζετε *furemini* muſſat & ſuccIamat Homerus.

An vendere Officia, & munera extorquere & recipere, Proreges & Miniſtri Superiores poſſint? An, & cur, eū dicunt Danto, confundi ſint dixiſſe Furantor?

Et Diogeni hic debetur ingenioſus conceptus, nam illa Homerici verſus parodia ἐρανάρχην (Eleemoſynarium) interpellavit: & ut exiſtimo, latratu cynico, illum eſſe furem innuens, & ita debere furari ſuggerens, ut aliquid egenis relinqueret. Vide Laertium *lib. 6.* Et Diogenem nuper Centurio Rochus imitabatur Francandaliæ, Miniſtris enim Regiis obloquebatur dicens. *Non ego veſtrarum Dominationum furta incriminor, ſed exceſſum. Furentur, & adhuc furentur; per me ſtat; modo non rapiant omnia, ſed ſaltem nobis, qui ſanguinis pretio ſtipendia lucramur, aliqua ex Pietate relinquant.*

An Miniſtri militum ſtipēdia ſubripiant?

D. Rochus ridendo, ita rem perduxit, ut illud Conſilium, quod *Reganeim* vocabatur, tandē delecum ſit.

N O T Æ.

a] *Stips* eſt pecunia gratuita, quæ per capita colligebatur; quo nomine non ſolum veniunt eleemoſynæ erogatæ pauperibus, ſed etiam dona extorta à Principibus. Suetonius in Auguſto cap. 91. *Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, cavam manum aſſes porrigentibus præbens.* Et in Caligula cap. 42. *Stetit in veſtibulo ædium Calend. Ianuarii ad captandas ſtipes.*

Quid ſtips ſignificat?

An, non ſolūm pauperes, ſed etiam Principes ſtipem poſtulent?

b] Die 24. Sept. 1665. Alexander VII. nonnullas ſcandaloſas Propoſitiones condem-

Google

An Iudices recipere poſſint pecunias pro ferenda ſententia favorabili.

demnavit, & inter alias n. 26. hanc. *Quando litigantes habent pro ſe opiniones aquè probabiles, poteſt Iudex pecunias accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.* Ergo condemnavit etiam hanc, *Quando Candidati (qui ad aliquod Officium adſpirant) habent æqualia merita, poteſt Prorex pecunias accipere pro electione, aut denominatione in favorem unius præ alio.* Patet; quia eædem rationes, quæ priorem, etiam poſteriorem falſam eſſe perſuadent: & majora inconvenientia & abſurda ex ſecunda quàm ex prima ſequuntur. Hanc autem ipſam conſequentiam, quam ex Vigeſima ſexta condemnata deducebam, poſſem etiam ex Vigeſima-ſecunda deducere, ibi enim Pontifex condemnavit dicentes, *Non eſt contra Iuſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia Collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur*

An Patroni pro electione & denominatione Capellanorum recipere poſſint pecunias.

Et hæc inſinuaſſe ſufficiat; non enim locus permittit, ut uberiùs Quæſtio hæc ediſſeratur.

An Reges, aut etiam Proreges Officia Militaria, aut Senatoria poſſint vendere,

Ago conſultò de Proregibus, quoniam Supremi interdum Principes licitè aliqua Officia vendunt; nimirùm, quando (1) Emptores, non niſi Viri Optimi, & digniſſimi ſunt: & (2) hæc ipſa venditio non præbet Emptoribus occaſionem furandi, & (3) pecunia ipſa impenditur ad utilitatem Reipublicæ. Quia autem Proreges non curant utilitatem publicam, nunquam poterunt à peccato excuſari.

Quid in omni Petitione ſubintelligatur?

SI EXPEDIT.] Si videlicet: ſine gravi jactura aut moleſtia fieri poſſit. Qui enim ſocium in moleſtias & pericula ſine cauſa ordinis ſuperioris inducit, non eſt bonus Amicus. [Conſultò dico *ordinis ſuperioris*, ut enim vitam tuam conſerves tui Amici divitias prudentiſſimè expones, non autem ejus vitam ut conſerves divitias.] Tibi enim dicit Comicus,

Πειρῶ φίλοισι μὴ κακὸς εἶναι φίλος.

Conare amicis eſſe amicus non malus.

Et eris non malus, ſi illum ames ut debes. Et Amicum diliges & amabis ut debes, ſi illum diligas, ſicut te ipſum. Non ergo, ſi ſis bonus amicus, à me poteris petere, ut cum magno incommodo tibi dem, quod cum parvo emolumento nanciſcaris: quoniam,

Qui cum alterius damno vult proficere, non eſt bonus amicus.

Ζητῶν τι κρεῖττον ὧν ἔχεις ζητεῖ κακά.

Is, melius aliquid ſi petis, male petis.

Quæ, & qualia poſſit à ſuo Amico verus Amicus poſtulare?

Ergo, quia non eſt præſumendum amicum noſtrum eſſe malum aut improbum, jubet Prudentia, ut ſupponamus Amicum, nec rem à nobis malam petere, nec bonam malè petere: tunc enim, ut *libr. 8. Ethic. cap. 1.* nos docet Ariſtoteles, *vocandi* (invocandi) *ſunt Amici, cùm levi* (non ergo magna) *moleſtia alicui profuturi ſunt plurimùm.* Ergo te, quem inter veros & bonos meos Amicos numero, id à me poſtulare ſupponam, quod ego ſine gravi moleſtia poſſim facere, & tibi plurimùm ſit profuturum. Ergo & ſupponam hanc ipſam circumſtantiam (videlicet, *ſi expedit*: hoc eſt, *ſi ſine magno damno aut moleſtia dare poſſis, aut facere*) eſſe tranſcendentalem, & in omni omni tua petitione inveniri.

Quæ ſit tranſcendentalis circumſtantia?

De duobus amicis Alexandri. Perſonam alter, alter Dignitatem amabat.

Et huc ſpectare videtur pulchrum illud & à multis adductum Apophthegma, quod in Regum dictis ingenioſis Plutarchus aliquando recenſet: nam cùm Alexander duos amicos (Craterum, Ephæſtionemque) præcipuè coleret, non erant æquali loco in ejus gratia; quoniam ut longa experientia didicerat, Craterus erat φιλοβασιλεύς, & φιλαλέξανδρος Ephæſtion. Hodie plurimi ſunt Dignitatis, & fortunarum amatores, pauci perſonæ; at omnes ſe non morari divitias, ſed ſolam perſonam amare ſeriò ingeminant; Ergo ſi à me petierint aliquid, puta his verbis. *Dona centum aureos Franciſco* aſſeverabo hæc ipſa verba per amicitiæ fidem, & ingeminatam eorum aſſeverationem teſtuta, æquivalere his, *Dona, ſi commodè & ſine magno damno poſſis Franciſco centum aureos.* Interim ubi amicus in altiori rerum ordine periclitatur, (puta, ſi agatur de ejuſdem honore, vel vita) tunc expedit, ut alter ei etiam cum gravi damno fortunarum ſubveniat.

Crateri in aula hodie ſunt plurimi, Ephæſtionis perpauci.

Mea minoris ordinis bona, debeo Amici bonis, quæ ſunt altioris ordinis anteferre.

ARTICVLVS V.

DE Μετασημασίᾳ. *An Reſponſionem, quæ non eſt ad rem, propria ſignificatione Interrogatio ſeria exſpoliet, & ſua inveſtiat?*

Quid ſit Metaſemaſia?

EX propoſitione μετὰ *trans*, & σημεῖον *ſignum* oritur nomen Μετασημασία quod à Latinis *Tranſſignificatio* dici poteſt, & Orationi convenit, qua exſuitur propria ſignificatione, ut alienam & differentem nanciſcantur. Et hæc Figura eſt Politica, & in Reſponſione exorbitante reperitur: videlicet quando interroganti de Petro aliquis reſpondet de Paulo. Qui tali modo reſpondet apud Hiſpanos dicitur *Reſponder a lo Epheſio*, hoc eſt, *Epheſiorum more reſpondere*; quod illi, cùm objecta crimina non auderent negare, & ſine pudore & confuſione non poſſent illa confiteri quæſierint ſubterfugia nolueruntque Apoſtolo reſpondere directè. Et quia ſunt multi, qui privatim, aut etiam interrogati publicè, ut Epheſique reſpondere videntur, quam vim & ſignificationem habeat talis Reſponſio, qua brevitate potero dilucidabo. Et, ut clariùs procedam, exemplum, quod *libr. de Mendacio, cap.* 18. proponit Auguſtinus, producam.

An, & quomodo directè reſpondere cenſendus ſit, qui ſeria interrogatus, aut tacet, aut non vult reſpondere directè?

Erat jam morti proximus Titius, cujus dilectiſſimus filius (dictus fuerit Eutropius) ante paucas horas jã perierat. Eſt ſolicitus de ſalute Eutropii moribundus. Et quia ſupponit ſuos famulos non poſſe Veritatem neſcire, eos interrogat dicens, *Eſt-ne meus filius mortuus?* Reſpondet Primus, *Gaudeo, quod te non ita torqueat hodie dolor capitis, & quod extractus ſanguis ſpem recuperandæ valetudinis præbeat*. Secundus dicit. *Pueri in platea etſi jam admoniti, vociferantur; ſed adhibebo remedium*. Tertius tacet omninò. Et ægrotus, eſt enim prudens Vir, ex circumloquiis duorum, & ex ſilentio tertii colligit, obiiſſe Eutropium. Ergo verba illa Primi, tametſi aliò tendere viſa, æquipollent his, *Obiit Eutropius*. Ergo verba Secundi etſi à verbis Primi videantur toto cælo diverſa, idem prorſus ſignificant, & æquivalent his, *Obiit Eutropius*. Ergo & Tertii Silentium, tacitè ait, *Obiit Eutropius*. Apud Prudentes igitur nulla reſponſio eſt magna reſponſio, & qui non vult reſpondere directe, cenſendus eſt per Metaſemaſiam reſpondiſſe directè. Modo ergo hac Doctrina præmiſſa Auguſtinum audiamus.

Quid ſentiat D. Auguſtinus.

Gravi morbo, ait, *periclitatur* (Titius) *ægrotus: cujus jam vires ferre non poſſint, ſi ei mortuus* (Eutropius) *unicus & chariſſimus filius nuncietur. Si à te quærat*, An vivat? *quem vitam finiiſſe tu noſti, quidquid* (circumloquendo) *aliud dixeris præter unum è tribus, aut* Mortuus eſt, *aut* Vivit, *aut* Neſcio, *nihil aliud credit ille quàm* mortuum, *quod te intelligit timere dicere, & nolle mentiri. Tantumdem valet etiam, ſi omni modo tacueris*.

Propoſitæ Quæſtionis Diſſolutio.

Ergo (& id attentè lege) quando aliquis interrogatus & examinatus, aut tacet, aut non reſpondet ad rem, tunc (ut paulò antè dicebam) maximè reſpondet ad rem. Et cur? Quia ejus ſilentium, aut circũloquia tranſſignificationem ab Interrogatione recipiunt.

Objectio.

Exornatur Capvt, Paſtoralis. *Et, ut exponatur, quo Innocentius III. ſenſu dixerit, Ordinarium Delegati ſententiam, etiam injuſtam, debere exſequi, agitur de Probabilitate, decerniturque, quid facturi ſint ſubditi, ubi certò, quid ubi tantùm probabiliter conſtat de injuſtitia præcepti?*

Prodiit Libellus iſte eruditiſſimus Ticini Regii hoc anno 1676.

COntra præcedentem doctrinam, Iudicium, qui ab Apoſtolica ſede deputantur, irreſiſtibilis authoritas, & obſequendi neceſſitas, quæ Ordinarium, ſi requiratur, afficit, militare videntur: Quoniam P. Raymundus Nidus Soneinas *in Tract. de Conſervatoribus Regularium, cap. 8. partic. 2. pag. 162. num. 5.* tantam illis authoritatem concedit, ut aſſerat debere Epiſcopos eorum mandata exſequi, etſi præcipiant, quæ non liceant. Ejus verba ſunt hæc.

[Iſte

Digitized by Google

An Epiſcopus exſequi debeat Delegati ſententiam?

[Iſte (Epiſcopus) habet debitum dandi exſequutionem ſententiæ Conſervatoris. *Cap. Paſtoralis.* §. *quia verò. De offic. de leg.* ubi decernitur, quòd Ordinarius Delegato mandante ſententiæ ſuæ exſequutionem, exſequi faciat, etiam ſi ſciat eam injuſtam eſſe. Audiamus Innocentium III. Epiſcopo Helienſi ita ſcribentem. *Quia verò ſæpe contingit, quod exſequutio ſententiæ Ordinario demandatur. Sedem dixiſti Apoſtolicam conſulendam.* Verùm, ſi Ordinarium ipſam injuſtam eſſe cognoverit, debeat eam exſequutioni demandare; an ſit ei potiùs ſubſiſtendum? *Attendentes itaque, quòd non cognitio, ſed exſequutio tantùm demandatur eidem, Inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum, quòd cùm Ordinarius teneatur obſequi, etſi ſciat illam ſententiam injuſtam, exſequi nihilominùs tenetur eamdem, niſi apud Iudicem efficere poſſit, ut ab hoc onere ipſum abſolvat.* Se ſubſcribunt Covarrubias *li. 1. Variar. cap. 1. num.* 4. Anguianus *de legib. libr. 1. cap. 5. num.* 44. Petrus Gregorius *libr. 5. partit. titul. 5. cap.* 4. Moneta *de commut. cap. 5. num.* 54 a. Salgadus *de Protect. Reg. part. 4. cap. 7. nu.* 15. & alii plures, quos refert & ſequitur Gonzalez *ad dict. cap. Paſtoralis.* §. *Præterea. num.* 1. Quare non video, quomodo aliqui dicant, quòd Conſervatori ſeu Iudici Delegato poſſit ab Ordinario reſiſti, ſi aliquod injuſtum præceperit. Poterit equidem Ordinarius apud Conſervatorem ſeu Delegatum precibus inſtare, ut ipſum ab onere exſequendi ſententiam, quæ ſibi injuſta videtur, liberet, ac petere ut in cauſæ exſequutione ſuperſedeat, donec Veritas innoteſcat. Emanuel Gonzalez *num.* 7. tamen, ſi ille exſequutionem jubeat, Ordinarius Conſervatori reſiſtere nequit. Moneta *cap. 9. n.* 87. Paſſerinus *num.* 240. &c.]

Et quid, ſi illã injuſtam judicet?

NOTA. Oportet bene intelligere hæc Pontificis Verba; nam, ſi crudè accipiantur, perturbabunt naturale judiciũ, Ethnicus enim fuit Heſiodus, & tamen ſolo lumine Naturæ ductus cecinit;

Bonus autem & ille eſt, qui rectè jubenti paret.

Non ergo qui malè, & injuſte jubenti.

Quanam ſit admittenda Canonis Interpretatio, quando illaſo ſenſu & congruentia Grammatica plures poſſunt proponi?

Reſpondeo Innocentii III. textum, ejuſque à P. Raymundo Nido, & cæteris Doctoribus traditam expoſitionem, ita eſſe exponenda ut dici nequeat Innocentius, aut *quod non potuit*, aut *quod non licuit*, aut *quod non expedivit*, Helienſi Epiſcopo præſcripſiſſe. Verba ergo illa *noverit* & *ſciat* non ſunt accipienda in rigore Grammatico, ſed in ſenſu civili, vulgò enim noſcere & ſcire dicimus, quæ probabiliter tantùm cognoſcimus. Cicero in Bruto. *Quàm multa de Iure Civili, quæ quidem peritè & ſcienter, tum ita breviter & preſsè, & ſatis ornatè & eleganter diceret.* Ergo idem eſt civiliter ſcire ac peritè & prudenter cognoſcere. Præterea, Objectio ipſa firmat præcedentem doctrinam. Si enim Exſequutor, cujus non eſt rem examinare, teneretur dare exſequutioni ſententiam, quam eſſe iniquam ſciat, tam Carnifices, qui trucidarunt Martyres, quàm Milites, qui crucifixerunt Chriſtum, eſſent non ſolùm excuſandi, ſed ob obedientiam collaudandi, quoniam erant meri Exſequutores, & non licebat illis diſputare de æquitate ſententiæ. At peccarunt. Exſequutor ergo non poteſt adimplere ſententiam, quam certò ſcit injuſtam eſſe. Probat Babylonica fornax; miniſtri enim, qui tres pueros ex. gr. in illam projecerunt, non erant Iudices, non poterant cauſam examinare, ſed erant meri Exſequutores; & tamen, quia exſequuti ſunt ſententiam, quam ſciebant eſſe injuſtam, à flammis ipſis extincti & devorati ſunt. Ergo dicendum eſt, inter multas, quæ cogitari poſſunt expoſitiones illam tantùm admittendam eſſe, qua poſita Innocentius III. *quod potuit*, *quod licuit*, & *quod expedivit* Conſulenti reſpondit: adeò ſummum præcepiſſe Pontificem, ut Ordinarius ſuis Delegatis obediat, quando *quæ poſſunt*, *quæ licent*, & *quæ expediunt*, præcipiunt, etſi ipſimet (Ordinario) eſſe injuſta videantur. Procedamus per partes, & Concluſiones aliquas ſubjiciamus, & dilucidemus. Sit

Peccarunt Carnifices, qui Sanctos Martyres trucidarunt. Item, qui Chriſtum Dominum crucifixerunt.

Daniel. cap. 3.

Quando Superioribus eſt obediendum?

PRIMA. *Quando Summi Pontificis Delegatus jubet, quod non poteſt Ordinarius nõ debet obedire.* Et in duobus caſibus habere locum poteſt hæc concluſio: videlicet, quando non habet poteſtatem (dignitatem & qualitatem) Delegati, quam præ ſe fert: vel etiam, quando revera eſt Delegatus, ſed excedit terminos Delegationis. Et uterque caſus accidere poteſt duobus modis: nam vel eſt certum, vel eſt tantùm probabile, eum præcepiſſe, *quod non poteſt*.

Aliud eſt Superiorem habere authoritatem probabilem, & aliud habere quidem authoritatem certam & præcipere eã, quæ probabiliter injuſta ſit.

SECVNDA. *Quando certum eſt Delegatum jubere, quod non poteſt (quia non habet poteſtatem, quam aſſerit) eſt certum, quod ſubditus non tenetur obtemperare.* Eſt indubitata. Alias enim, quicumque poſſet fingere, ſe eſſe talem, vel talem; & Hierarchia, tam Eccleſiaſtica, quàm Politica perturbaretur. Et illam nos docet Gloſſa prædicti Capitis *Paſtoralis*: poſtquam enim inter merum Exſequutorem, & eum qui judicandi, & exſequendi mixtam habet authoritatem diſtinxerat, adhuc merũ Exſequutorem in caſu noſtræ Concluſionis ab onere obtemperandi liberat, inquit enim: (Illam (ſententiam Delegati legitimi) debet tantùm ſimpliciter mandare exſequutioni; ſecus, ſi ſciat illam eſſe) nullam: ut, ſi eſſet lata authoritate falſarum literarum. *infr. de falſ. cap. ſuper eo.* unde Iudex Delegatus non habuit juriſdictionem: vel per falſa inſtrumenta, vel per dolum adverſarii: &, ſi iſta objiciantur coram

De Superiore tenere illegitimo An obediendũ illi ſit?

Omnia ejus mandata & decreta ſunt nulla.

Ex-

Exſequutore iſto, ſuperſedere debet exſequutioni, dummodò malitioſè vel calumnioſè hujuſmodi non proponantur, &c.] At, quia concluſio agit de re certa, locum in ea malitia, & calumnia non habent.

De Superiore probabiliter legitimo.

Tertia. *Quando hoc ipſum eſt merè probabile, tunc ſubditum non obligari certũ eſt.* P. Andreas Mendus in prælegendo illo Diſcurſu, qui præmittitur Opinionum certò Probabilium epitomæ, num. 22. *Si ſit dubium, an ſit legitimus ſuperior, is, qui præcipit, & utraque pars ſit probabilis, poteſt ſubditus obedire, ſed non tenetur; nam jus æquum eſt pro utroque, & ſuperiori non favet poſſeſſio præcipiendi: quare dubitatur de poteſtate abſoluta præcipiendi, & prætereà* (lego, *propterèò*) *de re præcepta, ut ab illa oritur.*

An illi obedire debeant ſubditi?

An ex Probabili Certitudo infertur?

Dices, non ſequi hanc concluſionem eſſe certam, ſed merè probabilem, quia ex Antecedenti merè probabili non poteſt ulla conſequentiæ certitudo deduci.

Quando ſimplex eſt incerta aut contingẽs, ſi incertitudinis aut contingẽtiæ modo afficiatur, in neceſſariam & certam convertitur.

Reſpondeo, hanc Objectionem adlucinatione aliqua obnubilari; & ideò nubes intercurrentes diſſipo. Attende. Hæc Propoſitio, *Cras pluet*, eſt incerta & contingens: at hæc *Incertum & contingens eſt, an cras pluat* eſt certa. Hæc *Turca ſedet*, eſt dubia: hæc autem *Dubium eſt, an Turca ſedeat*, eſt certa. Et hæc *Triangulus habet quatuor lineas*, eſt certò falſa: hæc verò, *Falſum eſt Triangulum habere quatuor lineas*, eſt certa. Sic etiam, *Non eſt inobedientia gravis legere de Sancto, cum de Feria deberes*, eſt certò probabilis; verum hæc, *Probabile eſt non eſſe inobedientiam gravem mutare Officium de Feria in Officium de Sancto.* Eſt certò certa. Oportet igitur Propoſitiones ſimplices (de ineſſe) à Modalibus accuratè diſtinguere. His præmiſſis mea argumentatio conſideretur.

Mutare Officium pro Officio quale peccatum ſit?

Licitum eſt adhærere Opinioni certà probabili. Eſt certa.

Nolo in illam Quæſtionem impræſentiarũ ingredi, quæ interrogat, An tuta conſcientia doctrinæ probabiliter probabili adhærere poſſimus, & deò expreſsè de certo probabili hic diſputo.

Sed ea, quæ docet, non eſſe obligatoria præcepta Superioris, qui habet poteſtatem & authoritatem merè probabilem, eſt certò probabilis. Eſt etiam certa.

Ergo licitum eſt adhærere Opinioni, quæ docet, non eſſe obligatoria præcepta Superioris, qui habet poteſtatem & authoritatem merè probabilem. Eſt ſimiliter certa.

An priori noſtra demonſtretur ſententia?

Et ut Majorem benè intelligas, unam aut alteram periodum ex P. Mendo *loc. cit.* ſubjiciam. Duobus enim Demonſtrationibus (altera à priori, & altera à poſteriori) hanc doctrinam propugnat. Præmittit illam, quoniam ſub initium Diſcurſus Prælegendi ſic inquit. In hac Epitome præter Certas (Sententias) præfiguntur Opiniones certò Probabiles: has enim qui ſequitur, tutò operatur: nam, ſi certum eſt Opinionem eſſe probabilem, certum eſt inniti tali fundamento, quod ſufficiens ſit ad aſſenſum præbendum. Quod ſi prudenter quis poteſt adhærere, & aſſentiri alicui Opinioni, ac ut veram (*) amplecti, ea certò poteſt prudenter uti; nam quidquid prudenter exiſtimat licitum eſſe, poteſt licitè facere; unde, ſi certum ſit, ſe prudenter agere, cum eam Opinionem veram (*) reputat, & licitum illud eſſe, cum intellectus voluntati præluceat; ſanè certus eſt ſe prudenter agere, cum eam ad praxim reducit.] Sic ille à priori diſcurrit: & *num.* 4. ratiocinando à poſteriori alteram Demonſtrationem concinnat; inquit enim. [Sanè ad operandum licitè ſufficit Opinio certò probabilis, nec requiritur Veritas certa: aliter, nec vivere nec agere poſſemus; ceſſarent Scholæ, Fora, & Senatus, nec non & Authores inveſtigantes rectum modũ operandi: ſi enim ſeponantur Veritates Fidei, & aliquæ Demonſtrationes Geometricæ, & aliqua certa, nihil ferè reſtat (::) quod limites Probabilitatis tranſcendat; paucæ quippe ſunt, quæ homines indubitatâ notione comprehendant &c.]

*) Loquitur Mendus cum communi Sententia: At Intellectus nunquam eſſe veram putat aut judicat Sententiam, quam ſcit non eſſe veram, ſed probabilem; verũ in praxi illam eſſe verâ ſupponit, ac ſi velis ſic loqui, eſſe veram ſperat.

Demonſtratur eadem noſtra Sententia à poſteriori.

::) Et in margine, hanc eſſe ſententiam plurimorum à ſe ſupra relatorũ affirmat.

Qvarta. *Pontifex non poteſt jubere, ut obediamus illi, qui certò non eſt Delegatus.* Patet; quia in hoc præcepto includerentur duo contradictoria: quoniam tunc ille eſſet Delegatus, & non eſſet, quia certum eſſe, quòd ille talem authoritatem non habeat, Caſus ipſe ſupponit. Eſſet, quia, ſi juberet Pontifex, ut illi obediremus, eo illum ipſo faceret Delegatum. Et huc Bonifacius VIII. reſpiciens pronunciavit, *Ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine non eſt geſtum.* Regul. IX.

Nõ poteſt Pontifex præcepta contradictoria imponere.

De Prælato probabili.

Quid de illo ſtatuere poſſit, aut ſtatuerit Summus Pontifex?

Qvinta. *Pontifex poteſt jubere, ut obediamus illi, quem probabile eſt non eſſe Delegatum: ſed hoc ipſum non juſſit.* Poſterior Concluſionis pars eſt certa; non enim in toto Iure Pontificio tale præceptum reperitur: probatur prior; nam tale Pontificis præceptũ eſſet de re probabili: & hic numero homo, qui eſt Pontifex, eſt in poſſeſſione præcipiendi. Et communis ſententia docet Superiori certo, probabilia præcipienti, ſubditum debere obedire. Pontificem autem in noſtræ Concluſionis caſu rem ſatis probabilem præcipere oſtendo, verba P. Antonii Cotonii producens, qui *in Diana Summa verbo. Opinio probabilis num.* 10. ſic inquit. [Docet Palaus *tom. 1. diſp. 2. punct. 6. num.* 7. quòd, ſi eſt Opinio probabilis, quòd Superior non ſit legitimus; quia non eſt electus, &c. ſubditus non tenetur obedire, quia de ejus poſſeſſione probabiliter dubitat.

Superiori probabili obedire poſſumus, ſed non tenemur.

bitat. Contrarium docet Sãchez *in ſumm. tom.2.libr.6.cap.3. num.* 29. Sed utraque Opinio eſt probabilis. Ita Diana *part.2. tract.* 13 *reſol.*10.& *part.4.tract.4. reſol.3.*]

Duæ doctrinæ, quæ fortè viderentur oppoſitæ, componuntur.

Dices hæc ipſa quæ hic dicimus,& illa, quæ nuper in Concluſione III. dicebamus, eſſe contradictoria: ibi enim certum eſſe diximus, quod hic docemus tantùm eſſe probabile.

Vbi non eſt certum dari præceptum, eſt certum non dari obligationem.

Reſpondeo, ut bene intelligantur Authores debere in obligatione actum primum ab actu ſecundo diſtingui: obligatio enim, in actu primo ſumpta, conſiſtit in præcepto, & altera (obligatio, quæ eſt in actu ſecundo) à præcepti certitudine reſultat. Vnde hæ Propoſitiones debent conſiderari. *Deus præcipit, ut obediamus Superiori probabili. Ergo peccabit, qui non obediat Superiori probabili.* Prima eſt merè probabilis. Si eſſet certa, etiam ſecunda eſſet certa. Ergo, quia prima non eſt certa,& ad peccatum præcepti certitudo requiritur, ſecundam eſſe certò falſam pronuncio: & ſic nullam eſſe in his doctrinis contradictionem eſſe oſtendi.

Et hæc de perſona Iudicis, ſeu Delegati,& circumſtantia *Si poteſt præcipere* adnotaſſe ſufficiat; ad aliam circumſtantiam *Si licet*, hoc eſt, ad rei præceptæ conſiderationem veniamus.

Nulla eſt in Mundo creata authoritas, quæ poſſit præcipere contra Decalogum.

Sexta. *Quando Delegatus jubet rem certò injuſtam,(hoc eſt,rem* , quæ non licet) *ſi ſit contra Decalogum, nemo illi poteſt obedire.* Patet, quia oportet obedire Deo potiùs, quàm hominibus: nulla enim eſt in Mundo Poteſtas aut Authoritas, quæ præcipere poſſit, ut Dei legibus non obediamus. Audiunto S. Auguſtinum, qui *libr.2.Confeſſ.* [& habetur *diſt.*8.*can. Quæ contra.*] ſic inquit. *Imperatores, ſi in errore eſſent (quod abſit) & pro errore ſuo contra Veritatem leges darent, per quas juſti probarentur & coronarentur, non tamen faciendum eſt, quod illi jubent, quia Deus prohibet; ſicut juſſerat Nabuchodonoſor, ut aurea Statua adoraretur, quod, qui facere noluerunt, Deo alia*(lego *talia*) *prohibenti, placuerunt.* Conſonat S. Hieronymus, nam in Epiſt.ad Epheſ. (& habetur 11. quæſt.3.) ſic ſcribit. *Si Dominus jubeat, quæ non ſunt adverſa ſacris Scripturis, ſubjiciatur Domino ſervus, ſi verò contraria præcipit:magis obediat Spiritus, quàm corpus Domino.* Vbi illud *magis* & illud *corpus* adnotare debebis. Sumitur enim adverſativè & non comparativè illud *magis*. Et ſervi in Iure Civili σώματα,*corpora*, nominantur: ſunt enim ſecundum corpus ſuis dominis ſubditi,& non debent contra ſpiritum (contra conſcientiam ſeu legem Divinam) illis obtemperare. Quoniam in tali caſu dicere debet ſervus cum Auguſtino, *Da veniam, ò Imperator; tu carcerem* (quo corpus ad tempus detinetur) *ille gehennam* (quæ animam cruciat in æternum) *minatur.* (habetur 11.quæſt. 3.can.Ita corporis. §. Qui reſiſtit.) Vnde idem Sanctus Doctor hoc Theologicum Monitum ſcribit, *Non ſemper malum eſt, non obedire præcepto; cùm Dominus jubet ea, quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt.* Et huc reſpiciebat Author Gloſſæ citatæ cùm dixit, [Item nota, quòd non ſemper obediendum eſt Iudici,ſi evidenter iniquum eſt mandatum ipſius ſive contra Ius.23 *quæſt.1. cap. quod culpat.*& 11.*quæſt.*3 *c. non ſemper, & duobus c.ſe.*50.*diſt.c.ſiquis præpoſtera.* &c.]

Si interroges, An Deus contra Decalogũ poſſit præcipere? Ochamus, & cum eo Nominales aſſertivè reſpondent; negant Iuniores multi; S. Bernardus diſtinguit: negat enim poſſe Deum in prima Tabula concedere diſpẽſationem, in ſecũda concedit. Alii autem, licèt diſpenſationẽ contrariam in prima Tabula non admittãt, in contradictoria non reperiunt difficultatẽ: aliud enim eſt dicere, *Præcipio, ut me odio, habeas*, & aliud, *Quod me amare ſolas, non præcipio.*

De Delegati ſententia, quæ cõtra Canones ſit, an illi debeamus obedire?

Septima. *Quando Delegatus jubet rem certò injuſtam,* (quæ non licet) *ſi ſit tantùm contra Ius Pontificium, pars læſa poterit appellare, & exſequutionem appellando ſuſpendere.* Eſt communis, & aſſerta & dilucidata ab Angelo *in ſumm.verb. judicare.num.*8. qui citat Alexandrum de Ales *in 3.part.Summæ de quinto præcept.* & Richardum *in quodlib.4.quæſt.* 25 & ait, quòd ſi ſententia continet manifeſtum errorem, & eſt certò injuſta (nempe,contra Ius Naturale, vel Gentium) mortaliter peccaret, qui obediret. Admittitur etiam à P. Raymundo Nido Soncinate *tract. de Conſervatoribus Regularium cap.9. per totam partic.*3.dicente: [Partem, quæ gravamen habere exiſtimat à ſententia Conſervatoris, ab ea appellare poſſe, docent Moneta *de conſerv. cap 9.nu.*136. Barboſa *de offic.Epiſc. alleg* 106 *num.*13 Lezana *part.*2.*cap.* 10.*nu.*75. Peyrino *ad conſtit. v. Gregor.*15.*nu.*61. Tuſcus *v. Conſervatores, concl.*760. *num.* 6. Anchar. *conſ.*72. *nu.* p. Candidus, Brugnolus *in ſpec.Cleric.trac.*4. *cap.*19.*nu.*32. Paſſerinus *num.*215. & alij plures.

An pars, quæ gravatam ſe ſentit, ab illa poſſit appellare?

Etiamſi Conſervator de ſolis notoriis, & manifeſtis cognoſcat. Quandoquidem Conſervator in cauſis notoriis, in quibus pœna eſt arbitraria, aut probatio aliqua expoſcitur poteſt excedere modum unde ſicuti ob hanc rationem præcedenti in particula edocuimus. Conſervatorem recuſari poſſe, tanquam ſuſpectum, ita concedendum eſt eidem beneficium appellationis. In Civilibus, de quibus dumtaxat Conſervator Regularium cognoſcit, non videtur aliquid determinatum,ſed totum arbitrarium,

An in cauſis notoriis poſſit interponi appellatio?

An, & quando poſſit Conſervator recuſari?

An debeat audiri criminoſus notorius?

Et quia poſſes ſtatim objicere eſſe plurima Iura quæ in notoriis omnem inhibent appellationem, ne illa cum ignoraſſe putares illa proponit, & enumerat Appellatam enim in re notoria excludit ſententia quampiurium docentrum, Conſerva-

Digitized by Google

ſervatorem datum juxta *cem.o.s.aup.p.* & *fin.de offi.deleg. in ſexto*; nimirùm, ad cognoſcendum ſolummodò de manifeſtis injuriis, ac violentiis: & ideò habere privilegium, ut ab ipſo appellare pars nequeat. Monet, ubi ſupra *nu.* 171.& ferè omnes in principio relati; eo quod in notoriis non datur appellatio; Et hanc amplexus eſt opinionem Fagnanus *in cap. veſtra, de cohab. Cleric. nu.* 104. ſcribens, Iura dicere, notorium criminoſum appellantem non audiri, *Cap. Cum ſit Romana* §. *Praetereà*, & *Cap. pervenit, de Appellat.*, ibi. *Si verò publicus eſt, & notorius appellationis obtentu non praetermittas, quin eos excommunicatos denuncies. Item Cap. conſuluit, primo, & Quid, ſi aliqui, quos manifeſtum ſit, & notorium, uxorem alterius detinere, aut injeciſſe manus violentas in Clericum, appellaverint, eorum appellationi non eſt aliquatenus deferendum. Item Cap. propoſuit in fi. & cap. Cum Speciali* §. *Porrò ibi. Commonitio ad appellationis obſtaculum convolante, ſi ejus exceſſus evidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimo fuerit manifeſtus (cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed ad praeſidium innocentiae inſtitutum) non eſt provocationi hujuſmodi deferendum. Item. Et c. Romana,* § *ſi autem, de Apell. in ſexto.* Pro eadem opinione plures allegat Farinacius *qu.* 21 *crim.* nu. 117. quos etiam ſequitur.

De notoriis adulteris, & percuſſoribus.

Cur inſtituta fuerit appellatio?

Exponitur, quid dicatur Notorium.

Quia autem à praeconcepta Reſolutione diſcedere non vult, & tantorum hominum authoritati obvertere frontem non juvat, prudenti uſus conſilio, omnes Authores conciliat; Opinioneſque, quae oppoſitae viſae, ad concordiam reducit: docens cum Paſſerino, à *nu.* 214 bifariam nos poſſe loqui de notorio, videlicet de notorio tam Populo, quàm Iudici per evidentiam facti; & de notorio, quod quidem in ſe tale eſt, ſed à reo negatur. In notorio priori modo locum non habet appellatio, quia in illo Iudicis probatio propriè non eſt ſententia, ſed quaedam Iuris executio. Innoc. *in cap. ex parte, & p. de verb. ſignif.* Dec *in ca. Cum ſpeciali*, §. *Porrò de Appell.*, & nos *ſupra in cap.* 6. *partis* 3. niſi forſan Iudex ſententiet, & ſententiando non exprimat, quod damnat reum, tanquam de crimine notorio, ſed ſimpliciter pronunciet: in quo caſu reum poſſe appellare, tradit Farin. *qu.* 21. *num.* 126., vel niſi Iudex excedat in poena, cum ab exceſſu detur appellatio. Paſſer. *nu.* 214. At in notorio poſteriori, quando ſcilicet notorietas probata eſt, ſed à reo negatur, locum habet appellatio, eo quod tale notorium non eſt propriè notorium Iudici, ſed ſolum per probationem. Lancell. *de attent. cap.* 12. *limit.* 9. *nu.* 22. & idem dicit de notorio per famam. Farin. *nu.* 125. Scriptores etiam plures, apud eundem Farin., *nu.* 118., inquiunt, quod ſi in appellatione exprimeretur cauſa aliqua, per quam notorium offuſcaretur, puta in cõfeſſo, qui in appellatione dicit, confeſſionem, vel erroneam, vel metu tormentorum emanatam, locum haberet appellatio, & Iudex, à quo, juriſdictionem ſuſpendere deberet, itaut ſententiam exequi non poſſet.

Eſt duplex: alterum quoad populum, & alterum quoad Tribunal & Iudicem.

De notorietate, quae vel à Reo negatur, vel à Iudice in ipſa ſententia non exprimitur.

Octava, *Quando Delegatus per definitivam ſententiam jubet rem certò injuſtam* (quae non licet *ſi ſit tantùm contra Ius Pontificium utrumvè contra Canones, conſiderare oportebit, quales ſint iſti Canones; alii enim ob bonum publicum & commune, & alii ob privatum & particulare pronunciantur.* Sanè, ſi priori generis ſint Canones, per Delegati ſententiam temerati, (*pars laeſa appellationem interpoſuerit, aut non*) *nemo obedire poterit hujuſmodi Deputati Sententiae.* Caeterùm, ſi poſterioris generis Canones ſint, & *pars laeſa opportuno tempore non appellaverit, cenſetur illa ſuo ceſſiſſe jure, ac propterea Ordinarius à Delegato requiſitus debet ad exſequutionem procedere.* Et haec Concluſio, ut bene intelligatur, poſtulat, ut ſcias leges omnes (Eccleſiaſticas, & Politicas) revocari ad duas claſſes: aliae enim ob publicum, & aliae ob bonum privatum ſunt latae: Et licèt hae, ſi jure per illas adquiſito cedamus, ceſſant, & obligare non poſſunt; illae, quia à voluntate aut ceſſione privatorum hominum non dependent, ſemper obligant. Pono exemplum. Nam leges humanae & Divinae praecipiunt ut depoſitum depoſitori, & uxor marito reddatur: at quia prior eſt ob privatum bonum lata, ſi ſuo jure depoſitor cedere velit, rem depoſitam retinere poterit Depoſitarius: & quia poſterior eſt ob bonum commune, etſi maritus dicat ſuo ſe jure cedere, ceſſio erit invalida, & adulter non poterit uxorem alienam retinere. Et hinc conſtat in his diverſis caſibus diverſo modo procedere Principes, nam ratione diverſa diriguntur P. Mendus *in Epitome, verbo, Lex num.* 33. [Princeps nequit tollere cuiquam quod ſuum eſt: at quia id poteſt mutari in bonum commune, & ad id ſunt bona ſubditorum ſub poteſtate Principis poteſt ea bona tollere. At quia non ſic ſunt corpora ſub poteſtate illius, nequit uxores ab eis tollere.] Nam, ſi domus Petri ſit neceſſaria, ut fortalitium ad defendendam civitatem fiat, poteſt illam Princeps auferre, & debito modo munire: at nunquam erit neceſſarium ad bonum com-

An ſententia injuſta per appellationis omiſſionem convertatur in juſtam?

Legum omnium diviſio. Alia ob bonum commune, & alia ob privatum ſunt lata.

Depoſitore permittente poteſt retinere Depoſitum Depoſitarius: at non Uxorem adulter marito permittente.

An, & quando, & cur, particularium bona ſubſint Principi?

An & cur Matrimonia perpetua ſint?

commune, quòd uxor Petri detur Paulo; nam ob bonum commune eſſe matrimonia perpetua juſſit Dominus.

De Matrimonio contracto cum impedimento dirimẽte.

Et hinc ad Delegatum denominatum à Summo Pontifice veniamus. Titius, & Catharina impetrarunt à Sede Apoſtolica diſpenſationem, ut licet eſſent in tertio gradu conſanguinei matrimonium contraherent, & tamen ſecundi gradus impedimento laborabant. Et Ioannes nec denominatus à Patrono, nec approbatus ab Epiſcopo, invaſit beneficium, & Romæ confirmationem obtinuit.

De Beneficiato intruſo.

Apud Summum Pontificem tam Titius & Catharina, quàm Ioannes accuſantur. Et pro prima cauſa Decanum Pontifex, & pro ſecunda Archidiaconum deputat. Sedent pro tribunali; & ille validum eſſe matrimonium, & hic Ioannem legitimè beneficium poſſidere pronunciat: & uterque exſequutionem ſuæ ſententiæ poſtulat ab Ordinario. Quid autem eſt facturus Epiſcopus?

Si impedimentum dirimens certum ſit, & tamen Delegatus Matrimonium approbet, Epiſcopus debet reſiſtere.

Si certò ſcit Ioannem & Catharinam eſſe in ſecundo gradu, debet Delegato reſiſtere, nam Matrimonii impedimenta ob bonum ſunt publicum inſtituta, nec per contrahentium ceſſionem ceſſare poſſunt. Ergo quidquid Decani ſententia pronunciaverit, non poterit permittere, ut illi agant vitam matrimonialem.

Qui non appellat, cùm poteſt, ſuo cedere jure cenſetur.

In alio caſu minor eſt difficultas, nam Canones, qui favent Patrono & Epiſcopo, lati ſunt ob utilitatem privatam; & hanc ob rem à ceſſione partis læſæ dependent. Patronus igitur poterit appellare à ſententia Archidiaconi, poterit & Epiſcopus. Si autem neuter appellare voluerit, cenſebitur uterque jure ceſſiſſe ſuo, & tenebitur Epiſcopus ad exſequi prædictam ſententiam, Ioannemque in poſſeſſionem immittere, immiſſumq; manutenere.

Sententia civiliter injuſta, ſi acceptetur à parte, quæ appellare ab illa poteſt, & non vult, per ipſam appellationis omiſſionem tranſit in juſtam.

Et hæc eſt ſententia Gloſſæ, dicit enim [Licet non ſit obediendum iniquo præcepto Iudicis, ut dicunt Iura hic proximè ſignata, hoc præceptum jam non dicitur iniquum, immò juſtum eſt, t. de rigore juris indictum, & ideò eſt exequendum: nam ex quo ſententia lata eſt, licet injuſta, & contra Ius litigatoris, à qua non eſt appellatum elapſo decennio de juris rigore mandanda eſt executioni, *arg. C. ut lit. pe. l. ult.* ſpontanea enim appellationis omiſſio, turpitudinem purgat, quæ ſententiæ inerat. *ar. ff. de cond. ob. tur. cau. l. ſi ob turpem.* vel ſi appellavit ſecundò, & ſuccubuit: & hoc etiam de rigore Iuris introductum eſt; nec litem debet refricare ſententia lata, ut aliquis ſit litium finis. *j. de dol. & contu. c. finem* & *cap. venerabilis*. ſi per injuriam Iudicis ſit damnatus, conqueratur de ipſo *j. de empt. & ven. c. ſi vendi. C. de evict. l. fundi* Grites.

ff. de evict. l. ſi per imprudentiam, & inſt. de ob. quæ ex quaſi delicto in prin.]

De Superiore certo, qui rem præcipit probabiliter illicitam.

Nona. *Quando Delegatus (aut quicumque verus ſuperior) decernit id* (quod probabiliter non licet) *quod merè probabiliter injuſtum eſt (ſive Humano, ſive Divino Iure probabilius hæc injuſtitia opponatur) obedire debemus.* Eſt doctrina communis, & à Gloſſa admiſſa: nam exceptio firmat Regulam in contrarium: & hanc ob rem, quæ dixit, *Nota, quòd non ſemper obediendum eſt Iudici, ſi evidenter iniquum eſt mandatum ipſius*, cenſenda eſt conſequenter dixiſſe, *Nota quod ſemper obediendum eſt Iudici, ſi mandatum ipſius non eſt evidenter iniquum.* Et ratio eſt, nam eſt in poſſeſſione præcipiendi ſuperior; & in omni probabilitate, aut dubio manutenendus eſt, qui poſſidet. Conſonat P. Mendus, qui *loc. cit. num. 28.* ſic ſtatuit. [Si Superior præcipiat id quod juxta opinionem probabilem eſt licitum (a) aut non excedit ejus poteſtatem tenetur ſubditus obedire, etiam ſi oppoſitum ſit probabilius: quia poteſt ſubditus conformare ſuum judicium opinioni ſuperioris; & hic juſtè præcipit, ac eſt in poſſeſſion præcipiendi; nec ſubditus contra ſuam conſcientiam agit, cum poſſit & debeat ultimum dictam in practicum elicere, quod licitum ſit ei hic & nunc obedire.] Conſonat his, quæ dixerat *in Statera. diſp. 13. q. 15. §. 4.* & pro hac doctrina Molinam, Antonium Perez, Caſpenſem, Vaſquez, Salas, Thomam Sanchez, Dianam, Breſſetum, & alios Doctores adlegat.

a) Superiorem ſe in legitimum, qui ſuæ juriſdictionis terminos probabiliter excedit, P. Mendus ad Nonam hanc concluſionem reducit: ſed quid, ſi ad Tertiam nos reduceremus, & diceremus agi, non jam de re præcepta, ſed de authoritate præcipientis, quæ in poſſeſſione, quoad illum exceſſum, non eſt.

Quod, ſi res, quæ non expediat, præcipiatur?

Decima. *Quando Delegatus (aut quicumque legitimus & verus ſuperior) præcipit, quod* poteſt *&* licet, *ſed* non expedit *quod ſine magno aliquorum damno aut injuria non poteſt fieri (etſi mandatum aliàs tolerabile ſit) poſſunt ſubditi non obedire.* Et oſtenditur: omnis enim lex, aut juſſio, debet habere qualitates quas S. Iſidorus *libr. 3. etymol. cap. 3.* (qui refertur *in cap. conſuet. 1. diſt.* & à S. Thoma 1. 2. *qu. 95. art. 3.* admittitur & dilucidatur) & alii Doctores adſignant. *Eſſe enim debet lex honeſta, juſta, poſſibilis* (*) *ſecundum naturam, & juxta Patria conſuetudinem, loco & tempore conveniens, utilis, neceſſaria; manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captionem contineat; nullo privato commodo ſed pro communi civium utilitate conſcripta.* Vnde lex, quæ ab exercitu militum meretrices arceret, etſi rem poſſibilem & licitam imperaret, non tamen ideò eſſet manutenenda, quoniam ætatis juvenilis fervore & improbis militum moribus conſideratis, *non expediret talis lex*; in multis enim civitatibus, ne ſordidiore juvenes Venere

*) Acacius tom. 2. Reſol. 180. pag. 385. b. *En las coſas morales lo que es muy dificil, ſe juzga por impoſſible.*

De lupanaribus.

An illa permittere expediat?

D com-

An, & quando poſſit mi... malu permitti?

communiculentur, fœminas proſtare, permittunt prudentiſsimi Legislatores; ex duobus enim malis, ubi utrumq; vitari non poteſt, minus eſt permittendum.

NOTA I.

Hujus Articuli Doctrinam Authoritate, & ratione confirmat. An Promittere *&* Dicere *differant inter ſe? An omnis Promiſſio ſit conditionata & tranſcendentales aliquas circumſtantias neceſſariè ſupponat?*

PLacet Reſolutiones præcedentes authoritate roborare. Proponam itaque unum, verè eximium ex antiqua Hiſtoria Teſtimonium, illudq; poſteà Novitiorum Theologorum ſuffragio confirmabo. Attende.

Violatæ fidei arguebat Lyſias (vocetur ſic) Ageſilaum Lacedæmoniorum integerrimum Regem. Vrgebat acriter, ut tandem rem promiſſam præſtaret. Et illi Rex, *Rectè ſanè*, inquit, *ſiquidem injuſtum eſt quod petis; non promiſi, ſed dixi*. Et Lyſias inſtitit, *At Reges decet præſtare, quidquid vel capite annuerint*. Et Ageſilaus contra. *Ergo & eos, qui Reges adeunt, decet ea petere, quæ poſſibilia, honeſta & juſta ſint, ſpectantes ſimul opportunitatem & quid Regibus conveniat & Reipublicæ expediat.* Plutarchus. Ergo hæreamus tantiſper, & ab his ultimis verbis incipiamus. Lyſiæ, ut video, ſic reſpondebat Rex. *Non eſt cur exponantur verba, quæ in omni Petitione debent ſubaudiri & ſubintelligi. Et, quia, qui Reges adeunt, ſi probi ſint, quod fieri poſſit, liceat & expediat, poſtulare tenentur, ego te probum judicans, rem quæ fieri poſſit, liceat & expediat, poſtulare ſupponens, ſub iiſdem terminis eamdem promiſi. Modò ſenſum obtorques. Et reponis mea verba. Fateor: illa ipſe dixi: at ea dicendo id, quod tu verborum materiam retinendo, & inflectendo ſenſum, impræſentiarum extorquere conaris, non promiſi*. Ergo ad Ageſilai mentem, verba bifariam poſſunt conſiderari; nempe realiter, & civiliter. Petentis verba, ſi ſint ex.gr. *Fac hoc, Da hoc* &c. realiter conſiderata politicè important modos illos civiles. *Fac hoc* (vel *da*) *ſi poſſit, liceat & expediat id fieri*. Ergo ſine iſtis conditionibus, dicuntur, ſed vim petitionis non habent. Reſponſio autem, quæ huic petitioni correſpondet, eſt *Faciam, Dabo*; adeoque per ipſammet petitionem contrahitur. Et, ſi verba à modis reſtringentibus abſtrahas, etſi dicantur, habere nequeunt promiſsionis virtutem: quoniam ut *libr. 1. de offic.* inquit Cicero, *Semper in fide, quid ſenſeris, & non quid dixeris, cogitandum eſt*. Quæ verba ſic ... Bonifacius VIII. in ſexto. Regula LXXXVIII. quæ eſt ultima dicens. *Certum eſt, quod committit* (peccat) *in legem, qui verba legis complectens, contra legis* (Legislatoris) *nititur* (obnititur) *voluntatem*. Ergo, ſi egiſſet de re noſtra, dixiſſet, *Certum eſt, quod peccat in promiſſionis fidem, qui verba nuda promiſſionis complectens, contra promittentis obnititur mentem & voluntatem*. Verba enim per cæteras circumſtantias reſtricta promittentis mentem, & voluntatem (*) repræſentant.

Qualis eſſe debeat Petitio?

Ageſilai verba dilucidantur.

Potiùs mens, quàm verba, debet conſiderari.

Duplex eſt verborum expoſitio: materialis & formalis. Vtra præferri debeat?

*) Sicut hæc Iuris Regula ad Promiſſionem, ſic ad Acceptationem: & ſic etiã ad Petitionem & Conceſſionem per rationis analogiam poterit propagari.

SANE ſententiam hanc, quam ab Ageſilao docebamur, paucis profectò notam, & univerſis neceſſariam apud Patrem Ioannem Poncium *tom. 4. in ſententiarum Magiſtri librum tertium diſt. 38. qu. unic. pag. 626. a. b. n. 135.* expreſsè aſſertam & dilucidatam reperio. Supponit enim, ut rem indubitatam conditionem illam; *ſi realiter fieri poſſit* ſubintelligi neceſſariò debere; & tranſiens ad ſecundam (videlicet *ſi liceat*) ſic ſcribit (Quando aliquis abſolutè & ſimpliciter quærit aliquid, niſi determinet in interrogatione, ſive peccando, ſive non, intelligendum eſſe eum ſic, ut non velit illud ſcire, ſi non poteſt id ſcire abſque peccato, quia univerſaliter præſumendum eſt, quod homines non ſint mali nec operentur malè, niſi ſufficienter appareat, quod ſint tales, aut quod taliter operentur. Vnde, ſi aliquis peteret à me, ut irem cum ipſo quocumque vellet, poſſem abſolutè & ſimpliciter id promittere, ſed ſi poſteà ſignificaret ſe velle, ut irem ad domum peſtis, aut meretricis, non deberem ire, nec ullus me exiſtimaret propter ea violare promiſſionem, quia promiſſio ab omnibus intelligeretur prudentibus cum limitatione ad res, quæ poſſent fieri abſq; peccato; (aut ſine manifeſto vitæ, aut rerum nobiliorum periculo.) Prætereà, ſi aliquis interrogaret abſolutè, & ſimpliciter an cognoſcerem aliquid ex eadem ratione omnes prudenter intelligerent, quod non vellet illud ſcire cum magno aliquo reſpondentis detrimento; ſed quod intenderet illud ſcire, ita ut non tenderet in tale detrimentum, unde, & reſponſio ſic etiam intelligenda veniret, ita nimirùm, ut ſi negaret interrogatus, ſe tale quid ſcire, abſolutè & ſimpliciter omnes prudentes exiſtimarent, quod id non ſciret, ita ut illud poſſit dicere abſque gravi detrimento, niſi aliud ex aliquibus circumſtantiis conſtaret) ſic ille, & ſtatim tradens generalem doctrinam ſubjungit (Ex his patet, quod univerſaliter quoties peccaret quis interrogatus ſimpliciter reſpondendo, ſine reſtric-

Poncii Sententia.

Quo debeat ſenſu intelligi qualibet Petitio?

Promiſſio reſtringitur per Petitionem.

Quo etiam ſenſu debeat intelligi qualibet Interrogatio.

Reſtringitur per Interrogationem Reſponſio.

Generalis doctrina.

ſtrictione, aut quoties incurreret magnum detrimentum, liceat ipſi uti oratione reſtricta, & quod Reſtrictio ſignificetur ſufficienter ex circumſtantiis Interrogationis, quæ debet haberi de Interrogante, niſi aliud conſtet, atque adeoquod talis Reſtrictio non præjudicet noſtræ concluſioni, & juxta hoc intelligendum puto eſſe Coninckum *diſp.* 10. *de actibus ſupernaturalibus dub.* 3. *num.* 51. & 52.] Et tu nota illa verba; *quoties peccaret*. &c. *quoties incurreret magnum detrimentum*. &c. *Quod reſtrictio ſignificetur ſufficienter*. &c. Nam in primis includitur Reſtrictio *ſi liceat*, in alteris Reſtrictio *ſi expediat*; in ultimis tertia noſtra concluſio; reſtringitur enim per interrogationem Reſponſio, & per conſignificantes circumſtantias interrogatio.

Oſtendimus totam noſtrã Sententiam à Ioanne Pôcio tradi & dilucidari.

COnfirmo hanc doctrinam Illuſtriſſimi D. Acacii March de Velaſco S. Th. Doctoris & Profeſſoris, & poſtea Epiſcopi vigilantiſſimi, authoritate, qui *tom.* 1. *reſol.* 197. *pag.* 393. agit de audiendi confeſſiones facultate, quæ Religioſis ab Epiſcopo concedi ſolet. Ergo Petitionem audiamus. *Concedat V. Dominatio*, inquit ſupplicans, *ut confeſſiones audiam*. Et in hac petitione includi illas ipſas circumſtantias, *Si poteſt*, *Si licet*, *Si expedit*; ex ipſomet Acacio demonſtrabo.

Sententia Acacii.

Proponitur & examinatur formula Petitionis.

Et quæro primò, an petat facultatem audiendi confeſſiones extra diœceſim? & reſpondetur negativè: quia illam Epiſcopus dare non poteſt. Ergo non petit ſupplicans, quod concedi non poteſt. In petitione igitur, quibuſcumque illa verbis concipiatur & proferatur, ſubauditur & ſubintelligitur illa conditio, *Si fieri poteſt*.

Approbatus in una diœceſi nõ poteſt audire confeſſiones in alia.

Adouit Epiſcopus: & in ſua diœceſi Facultatem audiendi confeſſiones indulget. At in ſe ſeductus ſupplicans non obſtante hac impetrata facultate adhuc dubitat, an revera illam habeat? & an ſibi Epiſcopus validè illam potuerit facultatem concedere? Et quidem dubitandi ratio, non ſe tenet ex parte Epiſcopi [ſcimus enim poſſe illum eligere, qui intra ſuæ diœceſeos terminos Fidelium poſſit confeſſiones excipere:] ſed ſe tenet ex parte Supplicantis: eſt enim Religioſus, & tamen nolebat ſuus Prælatus, ut hujuſmodi gratiam conſequeretur. Reſpondeo verba illa. Epiſcopi, *Concedo tibi facultatem*. &c. æquivalere his, *Ego, ſi poſſum concedere; tibi, ſi potes acceptare, facultatem concedo*. &c. Et in caſu propoſito ex parte utriuſque (tam Epiſcopi, quàm Religioſi) impotentiam (ſed ſubordinatam) reperio. Sanè ex parte Epiſcopi; nam eſſet delirium

Quo ſenſu verba Epiſcopi ſint intelligenda?

An Religioſus approbatus ad audiendas confeſſiones poſſit ſine licentia Superioris?

Crites.

hujuſmodi licentiam concedere: unde Acacius ait. *Muy probable es, que el Obiſpo no puede approbar a los Religioſos ſin conſentimiento de ſu Prelado, por lo menos interpretativo: porque, quando el Papa concede a los Religioſos, que puedan confeſſar con approbacion del Ordinario, les pone eſta limitacion* [*] *y es cierto, que ſino declaran al Obiſpo, que ſe preſentan ſin licencia de ſus Prelados, que la licencia es ſubrepticia, y no vale nada: porque es impoſſible, que ningun Obiſpo fueſſe tan inconſiderado, que dieſſe tal licencia, ſi llegaſſe a ſu noticia*. Conſidera illud *es impoſſible*. Ergo ex parte Epiſcopi ſubintelligitur ſemper *Si concedere poſſum*. Ex parte autem Supplicantis ſubintelligitur eadem circumſtantia *Si acceptare potes*. Et ratio eſt, nam Prælatus poteſt privare Religioſum impetrata ab Epiſcopo audiẽdi confeſſiones licẽtia: Ergo poteſt illum reddere inhabilem, ut talem licentiam recipiat. Conſequentia à fortiori procedit. Antecedens probatur, nam Acacius ſic ſcribit *Advierte Villalobos* 1. part. tract. 9. de Sacram. Pœnit diffic 50. n. 5. *que aſſi en el preſente caſo como en otros, quando el Religioſo eſta legitimamente preſentado y approbado para Confeſſor, le puede mandar el Superior de ſu Religion, que no confieſſe, aunque ſea por virtud de la Bula de la Santa Cruzada; y no obedeciendo, le puede caſtigar. Porque el ſubdito no tiene querer, ni no querer. Y trahe el P. Fr. Manuel* dub. 7. § 9. num. 10. *un privilegio de Iulio III. concedido a la Orden de Predicadores, en que revoca todas las licencias y immunitades concedidas a los Religioſos de la miſma Orden para eligir Confeſſores y oir de Confeſſion*. &c. Et tunc Confeſſiones, quas Religioſus privatus à ſuo Prælato facultate conceſſa ab Epiſcopo, exciperet, ex P. Ludovico Lopez *tom.* 2. *c.* 8. Sylveſtro 2. *Confeſſ.* §. 11 fore invalidas aſſerit, *Porque el Derecho requiere perſonas idoneas*. Et veniens ad illas conditiones *Si licet*, & *Si expedit*. dico, nec licere, nec expedire, ut Epiſcopus (etſi per impoſſibile putet *ſe poſſe*) contra Superioris voluntatem talem facultatem, concedat, & oculos ad Prælatum convertens, ſtatuo nec poſſe, nec licere, nec expedire, ut ſine cauſa Religioſus licentia ab Epiſcopo impetrata privetur: unde ait Acacius. *Si lo hizieſſe ſordo, o fueſſe loco, o vivieſſe mal, dando mal exemplo, no ſe puede dudar ſino que el Prelado la puede quitar la licencia de confeſſar. Pero ſi lo hizieſſe ſin cauſa legitima ſeria* in fraudem legis, *como dize Sylveſtro en el lugar citado*.

*) Clement. Dudum. de ſepult. cap. ſtatuimus.

Nota illud es impoſſible.

Quæ ex parte Concedentis conditio, quæ ex parte Petentis ſubaudiantur?

Prælatus Religioſum ſuum ſubditum, licentia audiendi confeſſiones conceſſa ab Epiſcopo, privare poteſt.

Qui ſint ad audiendas confeſſiones inhabiles?

An ſine cauſa Prælatus ſubditum privare poſſit?

NOTA II.

De Petitione, Promiſſione, Iuſſione, Interrogatione; *nec non* de Conceſſione, Exſequutione, Obeditione, Reſponſione ſeu Declaratione.

An in ipſis hæ Circumſtantiæ Tranſſcendentales (videlicet, ſi poſſit, ſi liceat, ſi expediat*) ſemper intelligantur?*

De Dubiorum Reſolutione.

Eadem conditiones ſemper debent conſiderari.

HÆ EAEDEM Tranſſcendentales conditiones in Dubiis & Incertis controverſiis nos juvant. Sive enim Florus petiviſſe, promiſiſſe, dediſſe, aut juſſiſſe dicatur; conſiderare oportet, an potuerit, an licuerit, & an denique expedierit rem talem fuiſſe poſtulatam, promiſſam, donatam aut præceptam; & ex inventis rationibus & Perſonæ, de qua differitur, qualitate, prudentem conſequentiam deducere. De ſingulis aliquid in particulari diſputemus.

Agitur de Petitione Dubia.

DVBITAS, *An Titius petierit à Livio talem rem puta, mille aureos?* Reſcire Veritatem deſideras: & quo illam modo pertingere poſſis, interrogas, Dabo Modum, Attende. Suppono Titium eſſe virum prudentem; non enim hic agimus de actionibus hominum ἀλόγοις, quas *accedades*, aut *deſpropoſitos* in Hiſpania vocamus.

Agitur de prudente & pio viro.

Et ſuppono eſſe probum, de quo non debeant facta impia & ſcelerata præſumi. Et veniendo ad petitionem ipſam, ſi Titius dives ſit, nec tali pecunia indiguerit, moralem impoſſibilitatem in aſſerta petitione reperio: & ſi Livius ſit pauper, in eo proſpectò impotentiam realem. Debet enim Petitio illius, à quo favor petitur, viribus attemperari: nam ſi plus petieris, quàm poſſim, candidè reſpondebo

An, qui petit, indigeat?

An alter poſſit dare?

An ſaltem in exceſſu peccetur?

Ovidius libr. 1 de Pont. Eleg. 9.

Abſurdum eſt, quod Amicè petis; moderatiùs opta:

Et vera, quaſo, contrahe vela tui.

Ecce clariſſimè in Petitione relucet circumſtantia *Si poteſt*: alias duas (*Si licet, Si expedit*) *in Amph.* connexuit Plautus, inquit enim.

An liceat, & expediat?

Iuſtam rem & facilem eſſe oratam à vobis volo:

Nam juſtè à juſtis juſtus ſum orator datus.

Inquiram igitur an Titius petierit à Livio *juſtam rem?* Nam, ſi ſit Regularis, & non habeat Superiorum licentiam, reſultat ſacrilegium, quod non poteſt de Viro Religioſo præſumi. Et denique An petierit *rem facilem*, quæ ſine nimio damno, aut incommodo præſtari poſſit? An neceſſaria aut valde utilis petenti ſit? quoniam, ſi talis ſit, ut Titio carere potiùs, quàm gravitet ex [illegible] iam argumenta ſuccurrent, hujuſmodi Petitionem factam fuiſſe negandi,

De Promiſſione Dubia.

DVBITAS adhuc, *An Cornelius rem talem Polycarpo promiſerit?* Et quid, ſi nihil eſſe examinandum dicat aliquis, quoniam *Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt?* (Ovidius 1. de Art.) nam ut *libr.* 38. inquit Dion *Fit, ut ſæpenumero promptiores in promittendo homines ſint, quàm in exſequendo*. Et ideò, ut Græcorum inculcat Adagium, ſæpe ſolent χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι. *Aureos montes promittere*. Examinandum eſſe, inquam ego: quoniam Viri prudentes debent prudenter agere, & an poſſit, an liceat, & an expediat ante omnem promiſſionem diſpicere. Conſiderabo igitur quæ promiſſa à Cornelio aſſeruntur, ipſaque, ut dicitur μεδίμνῳ ἀπιμετρῶ, *modio* (aut modo) *dimetiar*; & ideò inquiram PRIMO, *An, quæ promiſiſſe dicitur, potuerit Cornelius præſtare?* ſupponam enim audiviſſe, ſuis Diſcipulis inculcantem Pythagoram, *Res præclaras præſtanto, nihil magnifici* (quod vires veſtras reales aut civiles ſuperet) *promittunto*. Et inquiram SECVNDÒ, *An illa ipſa res promiſſa ſit licita?* Philippica enim octava inquit Cicero, *Scelerum promiſſio, & iis qui exſpectant, perniciosa eſt, & iis qui promittunt*, & in Sexto Bonifacius VIII. *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum*. Et iterum. *In malis promiſſis fidem non expedit obſervari*. Ergo, ſi illicita ſit res promiſſa, & Cornelius ſit vir probus & bonus; eumdem rem malam; adeoque ſibi & Polycarpo perniciosam promiſiſſe, non audebo præſumere. Et præmiſſo circumſtantiarum præcedentium examine, inquiram TANDEM, *An illud ipſum promiſiſſe expedierit*, legi enim in eodem Cicerone tria valde conſideranda: primum, non vi aut dolo extorquendam eſſe promiſſionem: alterum, rem promiſſam eſſe debere utilem promiſſario: & tertium, hanc eamdem promiſſarii utilitatem non debere eſſe cum majori damno promittentis conjunctam. Inquit enim (Offic. 1.) *Illis promiſſis ſtandum* (*) *non eſt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit*. Et iterum (Offic. 3.) *Pacta ſemper & promiſſa ſervanda ſunt quæ nec vi nec dolo malo facta ſunt*, Et ſtatim. *Illa ſervanda non ſunt quæ non ſunt iis ipſis utilia, quibus illa promiſeris*. Et adhuc clariùs (Offic. 1.) *Promiſſa non ſunt ſervanda iis, quibus promiſeris, inutilia ſi ſint; nec, ſi tibi plus noceant, quàm illis proſint, cui promiſeris*.

Principum hodie Genius eſt, multa promittere; pauca aut nulla præſtare

Modus promittendi ex Pythagora.

Stob. ſerm. de Virtute.

Cicero.

Regula Iuris LVIII. & LXIX.

Valida Promiſſionis qualitates.

*) Metus ex natura rei Promiſſionem nō dirimit, præbet autem cauſam, ut qui illum incuſſit, condemnetur,

De Brevi Pōtificio Dubio.

DVBITAS tertiò, *Cur Vrbanus VIII. per literas in forma Brevis, quas offert Barboſa in voto deciſivè. 3. in fin. declaraverit nullam*

An quando impedimentū conſiſtit in duobus gradibus debeat exponi etiam proximior?

lum fuiſſe Matrimonium duorum, qui ſolùm petierant & obtinuerant diſpenſationem pro tertio gradu conſanguinitatis, cùm tamen ipſi eſſent conjuncti in ſecundo cum tertio? Et dubium ſub his terminis à Tamburino *lib. 8. de Matrim. tract. 2. de Diſpenſ. cap. 3. §. 7. num. 9 pag. 293.* & ab aliis Viris doctis, proponitur. Et ratio dubitandi eſt; quia communis Sententia docet validam eſſe diſpenſationem, in qua remotior gradus exprimitur, etſi proximior ſubticeatur.

Circa literas Vrbani VIII.

Reſpondet *loc. cit.* Barboſa, ſe fateri candidè, hujus Difficultatis ſolutionem neſcire. Ita etiam quidam Vir doctus à Tamburino interrogatus. Quid autem reſpondet Tamburinus? Dabo ejus verba. [Profectò, cùm non ſit credibile Vrbanum VIII. per literas privatas dictum Generale Decretum (*) mihi videtur putandum in memoratis privatis literis aliquem irrepſiſſe errorem à Miniſtris commiſſum.]

*) Agit de Decreto Pii V. revocantis Decretum Pii IV. qui ſub irritatem clauſula præcipiebat quecumq; gradum proximiorem eſſe proponendum Pontifici. Vide Poncium libr. 8. cap. 17. nu. 17.

Ego autem reſpondeo Primò, has literas, ut ut veræ ſint, non conſtituere legem totam Eccleſiam obligantem: quoniam Apoſtolicæ leges ſolenniter debent publicari, & toti Chriſtiano Orbi proponi. Ergo Pii V. Decretum, quod vim legis habet, privatæ hæc Vrbani VIII. literæ nullo modo poterunt revocare.

Quomodo leges promulgentur, & revocentur?

Reſpondeò Secundò, non bene à Barboſa & Tamburino Difficultatem hanc proponi. Quærunt, *Quo Vrbani VIII. literæ modo ſint intelligendæ?* cùm deberent quærere, *An reverà dentur tales literæ?* Vnde Ego Vrbanum VIII. literas, de quibus agimus, nunquam ſcripſiſſe pronuncio: nimirùm; quia *non potuit*; quia *non licuit*; quia *non expedit*. Nec mira videri alicui debet hæc noſtra Reſolutio; quoniam, ſicut multæ Declarationes Cardinalium ſic & hæ literæ, ob privatam alicuius utilitatem fuerunt fictæ. Stabit ergo Tamburini ſententia, donec majorem claritatem conſequamur.

Sententia Authoris.

An Matrimonium diſſolubile ſit?

Non poteſt Summus Pontifex dirimere Matrimonium legitimè contractum, & conſummatum: hoc eſt non poteſt facere ut qui hodie reverà conjuges ſunt, cras ſint ſoluti, & poſſint cum aliis contrahere. Conſtat ex præcepto Divino, nam Matth. 19. 6. monuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω *Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.* At illi duo, de quibus igitur, ante literas Vrbani VIII. erant reverà copulati. Ergo eorum ille matrimonium non potuit irritare & dirimere. Probatur Minor. Nam eorum matrimonium juxta Pii V. Decretum fuerat celebratum.

συνέζευξεν provenit à συζεύγνυμι.

Non licet Summo Pontifici, quæ velit matrimonia dirimere: &, ſi fecerit peccabit mortaliter. Et quidem de matrimonio conſummato jam diximus: eſt indiſſolubile: nec dari cauſa poteſt, ob quam humanitùs dirimi valeat. De rato major eſt difficultas, conveniunt Authores in doctrina, quæ docet, in eo Summum Pontificem ſine cauſa diſpenſare non poſſe. Data autem gravi cauſa dividuntur in claſſes. Ergo ut certum relinquitur, Pontificem, qui conjuges poſt ratum matrimonium ſine cauſa diſſolveret, peccaturum mortaliter: & nil prorſus præſtare validè: nam illi adhuc manebunt obſtricti vinculo matrimonii.

De licita & illicita, valida & invalida Matrimonii diſpenſatione

Non expedit, ut Pontifex aut aliquis homo talem habeat poteſtatem & authoritatem. Nam, ſi expediret, Chriſtus proculdubio illam Petro, & ejus Succeſſoribus communicaſſet. Et quidem, non expedire talem eſſe authoritatem apud homines, demonſtratur clariſſimè, quia omnia conturbarentur Elementa Reipublicæ, ſi rite celebrata matrimonia ad voluntatem alicujus Principis dirimerentur. Et quidem omnia auſus fuit in Senatum & in Populum Romanum Sulla, & tamen matrimonia non tetigit. Vnde canebat, neſcio quis.

An expediret reſidere apud homines diſpēſandi in Matrimoniis legitimis authoritatem?

Sulla quidem leges figit pretioque refigit,
Id populo patiente jugum; ſponſalia verò
Ipſe licèt præceps non audet tangere Iura,
Perturbaret enim populum, connubia fida
Figere ſi pretio pretioque refigere vellent.

Ergo colligendo iſta tria: ſi Vrbanus non potuit, ſi Vrbano non licuit, ſi Orbi Chriſtiano non expedit, vinculum talis matrimonii diſſolvi, non eſt credibile (ut utar Tamburini verbo) literas illas ſcripſiſſe. Non ergo de illarum expoſitione eſt diſſerendum, donec in authentica forma producantur.

Tametſi cætera omnia everterit illaſa Sulla Matrimonia reliquit.

NOTA III.

An, Cur omnis Interrogatio ſit Enunciatio?

HAbent id ſpeciale Interrogationes, quod & Affirmationes ſimul ſint, & illæſa interrogativa ſignificatione aliquid aſſeverent, & hoc præter Interrogantis voluntatem. Eſt Naturale Dogma. *Ex abundantia cordis os loquitur.* Quod Ovidius his Numeris dilucidavit.

An, qui interrogat, aliquid etiam vel invitus affirmet?

Na-

De qua re libenter unuſquiſque loquatur?

Navita de ventis, de bobus (a) narrat Arator.
Enumerat Miles vulnera, Paſtor oves.

Ergo ex argumento & materia, de qua unuſquiſque diſcurrit, cognoſcitur ejus Profeſſio. Sicut enim non diſputat de coloribus cœcus, ſic nec de furtis liberalis, nec de adulteriis caſtus. &c.

Res omnes cal loquuntur.
Quid ægri, & quid laſcivi ſoleant facere?

Doctrinam hanc profundè percallebat S. Ioannes Chryſoſtomus: nam Homilia XXXII. qua undevigeſimum Matthæi Caput dilucidat, ſic ſcribit. *Quemadmodum, ſi videas hominem aſſiduè amicitias Medicorum colentem, ipſa re* (res ego teſte hoc Eximio Doctore loquuntur) *ſtatim intelligis, quia infirmus eſt: ſic & cùm videas, ſive virum, ſive mulierem, de dimittendis uxoribus aut viris legem interrogantes, cognoſce, quia vir ille laſcivus eſt, & mulier illa meretrix.*

De Bovis nomine.
Eſt æquivocum & habet quatuor ſignificationes differentes.

a) Occaſione hujus Diſtichi aliquid ſum dicturus de Bove. Sanè nomen Lat. *Bos*. & Græc. Βȣ̃ς vel Βῶς, eſt æquivocum. PRIMÒ enim ſonat terreſtrem animantem, ſatis notam. Cicero de ſenect. *Olympia per ſtadium ingreſſus eſſe Milo, dicitur, cùm humeris ſuſtineret bovem vivum.* SECVNDÒ eſt nomen piſcis, de quo Ariſtoteles *in hiſt. Animal.* Strabo *libr.* 17 Oppianus *libr. Halieut.* 2. Plinius *libr. 9. cap.* 24 & alii diſputant. TERTIÒ lorum ſignificat; nam ex bubulo coreo lora fiũt. Plautus *in Moſtel. ſcen.* 1 *act.* 1. ad hanc rem. *Vbi vivos homines mortui incurſant boves.* Et hinc ortum Adagium Ἐκ τȣ̃ βοὸς τȣ̀ς ἱμάντας λαμβάνειν *Ex ipſo bove lora ſumere.* QVARTO eſt nomen nũmi; nam Servius Rex primus omnium monetam bovis effigie ſigillavit. Quo reſpiciebat Plautus quando *in Perſâ* dicebat. *Boves bini adhuc ſunt in crumenâ.* Hinc lucem aliqua Proverbia naneiſcuntur. Vnum aut alterum ſubſcribam.

Quis primus monetam Bovis effigie deſignavit?

Quid ſit bovẽ in faucibus, aut in lingua portare
De angina Demoſthenis.

Βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει. *Bovem in faucibus portat.* In eum eadem proferri, aſſerunt Zenodorus & Suidas; at poſſet de ſubornato Oratore dici, qui, ne loquatur, habet nummos in faucibus. In quem etiam dicitur Βȣ̃ς ἐπὶ γλώττης. *Bos in linguâ.* Simili enim anginâ laborabat Demoſthenes, ubi præoccupatus Oratorum muneribus, non dixit Expoſtulationem, quam ſummo ſtudio præparatat.

De Dativo & Ablativo Bobus.
An expungi debeat, & loco ejus poni cautis vel bubus?

Bos in plur. dativo & ablativo habet *Bobus*, Aliqui dicunt *Bubus*, ſed tunc videntur in nominativo *Bus* Græco more poſuiſſe. Columella libr. 2. *Nil dubium quin equis melius, quam bubus res conficiatur.* Cicero 2. de nat. Deor. *Quid de bubus loquar.* Hinc nonnulli Critici corrigi verſum illum juſſerunt, & *de tauris*, non autem *de bobus* dixeront, alii legi volunt de *bûbus*, nam in *bobus* primam corripi putant. Ovidius in Epiſt.

Narrat & æripedes Martis araſſe boves.

In bovis prima eſt brevis.

Et libr. 2. Tibullus.

Fortis arat valido ruſticus arva bove.

At dicimus in *Bobus* primam protrahi; ſive enim per ſyncopem, ut Calepinus & Paſſeratius aſſerunt; ſive per Craſin, ut mavult Ricciolius, è *Bovibus* formatur *Bobus*, & duæ priores ſyllabæ in unam tranſeunt.

In bobus longa, & cur?

NOTA IV.

De Promiſſione de futuro. *An, & quibus Circumſtantiis ſubjaceat?*

IN *omni Promiſſione de futuro (prudenter enim debet fieri) ſemper ſubintelliguntur hæ Circumſtantiæ.* Si vivam, ſi Deus velit. *Et, ſi res talis ſit, ut ad valorem poſtulet diſpenſationem, ſubintelliguntur hæ.* Quantum eſt ex me, *ſi agatur de præſenti; & ſi de futuro*, Si conſentiat aut diſpenſet Superior. *Quæ tamen circumſtantiæ non ſunt novæ & diverſæ, ſed ad tres illas, quas Concluſio præcedens exhibuit, reducuntur.*

Quænam in omni promiſſione ſubintelliguntur?

Prima circumſtantia eſt, Si vivam.

Primæ circumſtantiæ conditionis aut reſtrictionis habemus exemplum luculẽtum in Geneſi. Quoniam ille Angelus, qui ſub humana ſpecie Abrahamo apparuit, more humano loquutus, dixit ei. *Revertens revertar ad te tempore iſto* (*) *vita comite; & habebis filium Sara uxor tua.* &c. Et iterum: *Iuxta condictum revertar ad te, hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.* &c. Et ab Angelo inſtituti PP. Hieronymus Prado & Ioannes Baptiſta Villalpandus in Apparatu Vrbis & Templi tom. 1. Ezechielis Caput XXIII. dilucidantes, pag. 291. de modo accumbendi menſæ diſputant, & de hoc argumento Tractatum copioſum pollicentur dicentes *Vberiorem Commentarium aliquando, ſi Deo volente vita ſuperſtites fuerit, edemus.* Monemus igitur, has ipſas circumſtantias, quæ olim ab Angelo, & nuper ab his eruditis Doctoribus expreſsè poſita, in omni humana promiſſione ſubintelligi debere: nemo enim ſe hoc vel illud facturum, etſi priùs moriatur, pollicetur. Ergo hæc circumſtantia, *ſi vivam*, comprehenditur in hac, *ſi id facere realiter poſſim.* Et hanc ob rem, nec eſt cenſendus D. Paulus, aut mendacem, aut falſam Poſitionem dixiſſe, quando multis ſe iterum reverſurum pollicetur, &

Geneſ. 18. 10. & 14.

*) Si in vere quis loquatur, & Hiſpanicè dicat, *Volveré por eſte miſmo tiempo, vere anni ſequentis* ſe reverſurum aſſeverat.

Circumſtantiæ Si vivam, ad Si poſſim reducitur.

tamen

tamen non ad omnes redit, nam illa Reſtrictio, *ſi vivam*, ſubintelligebatur; & à Nerone occiſus, quod promiſerat, adimplere non potuit.

Altera, Si Deo velit.

Secunda circumſtantia, *ſi Deus velit*, etiam ad potentiam realem pertinet; nam ſine Deo nihil poſſumus facere. Græcus inquit Σὺν τῷ Θεῷ. *Cum Deo*. Latinè, *Deo auſpice*. Hinc prodiit Adagium Σὺν τῷ Θεῷ, πᾶς καὶ γελᾷ, καὶ ὀδύρεται. *Cum Deo quiſque gaudet & flet*, hoc eſt, *agit & patitur; fortuna fruitur, aut infortuniis agitatur, omnia enim ab ejus voluntate dependent*. Qui aliquid ſub hac circumſtantia pollicetur, cum intentione faciendi, ſi poſſit, etſi poſteà ab extrinſeco impeditus præſtare non poſſit, quæ promiſit, non eſt cenſendus mendax, aut datæ fidei prævaricator, ſuadet id manifeſtè S. Paulus, qui Epheſo diſceſſurus, ut Act. 18. 21. recenſetur, dicebat, Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Θεοῦ θέλοντος, καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου. *Oportet me omninò* dicebat Paulus, *feſtivitatem venientem facere in Hieroſolymis. Iterum autem revertar ad vos, Deo volente: Et profectus (eſt) ab Epheſo*. Non tamen poſtea Epheſum rediit, illud enim τοῦ Θεοῦ θέλοντος, *Dei volentis*, in genitivo abſoluto, (Hiſpanicè, *ſi quiſiere Dios*, reddit conditionatam orationem; Deus autem propter alia ſua judicia noluit, ut Epheſum reverteretur.

Hiſtoria D. Pauli.

Tertia, Quantum eſt ex me.

Illa etiam circumſtantia, quæ tertio loco ponebatur; videlicet, *Quantum eſt ex me*, etiam ad idem caput pertinet; nam, ſi petitur res, quam præſtare non poſſum, & tamen polliceri cogor, cenſendus ſum dixiſſe tacitè, *Quantum eſt ex me*. Ita Scotus *in 4. diſt. 29. quæſt. unic. liter.* E. Interrogat enim, [An, qui ſcit ſe laborare impedimento dirimente (dirimens eſt metus gravis injuſtè incuſſus) juſſus Liviam in uxorem ducere, poſſit ſine mendacio dicere *Accipio te in meam*?] Videretur, quòd non: quia ſcit ſe non poſſe contrahere validè. Videretur, quod ſic: quia ipſe quantum ex ſe vult illam ducere, & circumſtantia *Si poſſim. Si Deus permittat. Si Papa diſpenſet*, cùm tranſcendentales ſint ſemper, aut omnes, aut illæ, quæ ad rem pertinent, debent intelligi. Ita P. Ioannes Poncius *in 4. diſt. 38. quæſt. unic pag. 620. a. num.* 110. ſic enim ſcribit. [Quod autem ſciat, non poſſe ſe accipere verè illam, non facit quòd mentiatur, quia illa ejus verba ex ſe tantum ſignificant, *quod ipſe eam accipit quantum eſt ex ſe*, & hoc eſt verum abſque ulla Reſtrictione

An, & quando, poſſit quis, Accipio te in meam dicere, ſi ſciat ſe impedimento dirimente præoccupari, & nil valide facere?

Mentali, ſi haberet talem animum, qualem dicit Scotus eum debere habere. Qui etiam optimè addit, non eſſe neceſſe, ut ipſe addat externè illam clauſulam, *ſi Dominus Deus permiſerit*, quia talis clauſula in omni conventione intelligenda eſt univerſaliter ad veritatem conventionis. Quando enim convenimus cum aliis de aliqua re, certum eſt nos non poſſe convenire, niſi cum ſubordinatione ad voluntatem Dei, unde illa univerſaliter intelligitur. Deinde, quando promittimus aliquid, certum eſt, quòd non intelligimus alio modo promittere, quàm quantum eſt ex parte noſtra: unde quamdiu verum eſt, quod facimus quantum eſt ex parte noſtra, promiſſio abſolutè & ſimpliciter eſt vera.]

Clauſula, qua ſubordinari Deo creaturā exprimitur, eſt univerſalis & tranſcendentalis: & ideò poni expreſsè non debet.

Et poſtea omnium cauſarum ſecundarum operationes à Deo eſſentialiter dependere ſupponens, in omni propoſitione, quæ de cauſæ ſecundæ operatione ſit, ſubintelligi jubet, *Quantum eſt ex ſe*, &c. *Stando curſui ordinario rerum*, &c. *Niſi fiat miraculum* &c. *Niſi Dominus de abſoluta potentia id impediat*. &c. Et ideò *nu.* 112. ex occaſione verborum, quę ex Adamo Goddam *in 3. diſt. 14. qu. 5. diffic. 3.* Emonerius exſcripſerat; ſic inquit. [Si diceret Chriſtus, *Ignis comburet domum*, illa locutio deberet intelligi naturaliter, itaut deberet eſſe vera, niſi poneretur aliqua conditio quę naturaliter non adeſſet, v. gr. *niſi fiat miraculum*, quia autem abſolutè Deus poſſet facere miraculum, propterea propoſitio illa eſſet contingens, & poſſet non eſſe vera, nec tamen Chriſtus mentiretur, quia ipſe non intendebat dicere, quod ignis combureret abſolutè, ſed quod combureret quantum ad naturalem rerum curſum. Nec etiam uteretur oratione (*) reſtricta, de qua modò agimus; quia illa ſubintellectio, quam haberet *quantum ad naturalē rerum curſum* ſignificatur ſufficienter ex natura locutionis. Quando enim dicimus aliqua eſſe futura, ut ſi diceremus, *Ignis applicatus calefaciet*, omnes intelligere deberent, quod loqueremur juxta naturalem ordinem cauſarum; niſi contrarium ſpecialiter ſignificaremus. &c.] Hucuſque Poncius: ex cujus & Scoti doctrina ſolvi poterit Quæſtio, quam propono.

*) Nota illud, *de qua modò*. non enim nos uti poſſe oratione mentaliter reſtricta, negat Poncius.

Propoſitionum de futuro veritas Divina Omnipotentia non præjudicat.

Caſus proponitur.

Putabat Titius ſuam eſſe uxorem vivam, quæ revera erat mortua: & tamen ſecundam duxit de facto. Et tu inquiris, An eam duxerit validè?

De Impedimento Ligaminis. An præter Veritatem, etiam, cognitionem requirat?

Sanè duo hic ſunt conſideranda: alterū ex parte Eccleſiæ, & alterum reſpectu Titii. Nam quæri primò poterit, An in caſu permaneat impedimentum dirimens, quod impoſitum eſt ab Eccleſia, & vocatur

tur

Digitized by Google

tur *Ligaminis*? & ſecundò, an habeat veram & ſeriam intentionem Titius hujuſmodi connubium celebrandi.

Supponunt Coninchius *de Sacram. diſp.* 24. *dub.* 6. *num.* 53. & Sanchez *tom.* 1. *libr.* 2, *diſp.* 33. *num.* 2. impedimentum ceſſaviſſe Canonicum: hoc enim, non ab opinione aut notitia, ſed à veritate dependet. Et de intentione Titii agendo differunt inter ſe. Quoniam Coninch Matrimonium hoc invalidum eſſe pronunciat, quia non habuit Titius intentionem legitimam, cum non poſſit ſeriò intendere, quod exiſtimat eſſe impoſſibile. Sanchez, nuper ex Scoto poſitæ adhærendo doctrinæ, pro valore matrimonii pronunciat: nam Titius eſt perſona libera, nullo Canonico impedimento præpedita: & habet intentionem legitimam, videlicet, quantum eſt ex ſe validũ contractum celebrandi. Et ſuam probat Reſolutionem, quia infidelis, qui Baptiſmum à Deo eſſe inſtitutum, & habere vim emaculandi ab originali labe animam, non exiſtimat; & tamen vult facere, quod intendit Eccleſia, verè baptizat. Ergo eodem modo de Titio philoſophandum eſt. Pater Baſilius Poncius *lib.* 4. *cap.* 23. *nu.* 1. conator has duas conciliare opiniones, & tamen caſum alterare videtur: nam ſi Titius dicat, *Scio me non poſſe; ſed per fas & nefas illud facere volo*; nihil validè faciet: quia tametſi habeat intentionem proferendi illa materialia verba, *Accipio te in meam*, non habet intentionem validum celebrandi contractum, quem ſupponit impoſſibilem eſſe: & ſub his terminis eſſe veram Coninchii opinionem exiſtimat: alteram verò (nempe, Sanchezii ſententiam) tunc eſſe veram ait, quando Titii intentio ſit hæc. *Quamvis putem me non poſſe, ſi tamen poſſum, in uxorem te duco.* Conditio enim, quæ ponitur, eſt de præſenti, & revera purificatur. Vide Dianam *p.* 5. *tr.* 4. *reſol* 293. Colonium *in ſumm. verb. impedimenta. nu* 15. Nec multum abeſt à Poncio Pater Mendus, qui *in ſua epitome. verb. Matrimonium. num.* 33. Caſum hunc proponit, & decidit his verbis. [Siquis contrahat cum fœmina (*) judicans per errorem ejus maritum vivere, cum eſſet mortuus, verè non contrahit; quia conſenſus fuit ad quid impoſſibile: niſi ita diceret; *Contrahimus, quocumque modo poſſumus.*] Et citat Gobar. *tr.* 9. *num.* 126. & Baſilium. Nota in Mendo illa verba, *Contrahimus, quocumque modo poſſumus*, in Baſilio illa, *Si tamen poſſumus, in uxorem te duco*, in Sanchezio illa, *Quantum eſt ex me volo.* &c. & illa Poncii & Scoti, *Quantum eſt ex me te accipio in meam.* &c. Sunt enim æquipollentia & coincidunt; & ad horum Authorum mentem ſemper ſubaudiuntur & ſubintelliguntur. Relege etiam illa Poncii verba: *Etiam optimè addit, non eſſe neceſſe, ut ille addat externè illam clauſulam &c. quia talis clauſula in omni conventione intelligenda eſt univerſaliter ad veritatem conventionis.* Et vide per illam eamdem clauſulam, quæ ex extrinſecis circumſtantiis colligitur independenter ab omni purè interno Mentis actu, vocalem Orationẽ reſtringi.

An seriò poſſit quis intendere, quod exiſtimat eſſe impoſſibile?

An ſufficiat hæc intentio: Volo, quantũ eſt ex me?

De valore Baptiſmi Sancti Geneſii multi dubitant. P. Ægidius Coninck *quæſt.* 64 *art.* 8. *dub.* 1. *n.* 6. *pag.* 63. negativæ ſententiæ adhæret & multa congerit quæ poterunt prodeſſe Lectori.

De Baptiſmo ab Infideli celebrato. An, & quando validus ſit?

An eodem modo de Matrimonio philoſophandum ſit?

(*) Idem caſus eſt, ſi conjugatus, cujus uxor eſt mortua, & tamen ipſe vivam putat, ſolutam in uxorem ducat: ac, ſi cælebs fœmina, cujus maritus mortuus eſt, & tamen ipſa vivum putat, duxerit in uxorem.

Clauſula quãtum eſt ex me quia ſubintelligi debet in omni contractu, in nullo exprimi debet penitus.

NOTA V.

De Cauſis Criminalibus. *Aliqua præmittuntur, quæ neceſſaria ſunt ut ſequens articulus intelligatur: & proponuntur Conſignificantes Circumſtantiæ, quæ verba interrogantis Iudicis (quæcumque ſint illa) reſtringunt.*

AUT jam profectò periit, aut citò peritura eſt Reſpublica, in qua alicui, quantumvis magno, liceat peccare impunè; ſcitè & providè exclamabat Lycurgus; auget enim numerum peccatorum impunitas, & ubi unuſquiſque quò vult, & quà vult tendit, diſſolvitur, aut etiam rumpitur Vitæ Humanæ Societas. Et hanc ob cauſam Tribunalia erexerunt Principes prudentiſſimi, in quibus examinarentur crimina: & criminoſi punirentur: Non à quibuſcumque; nec qualitercumque: omnia enim ordinata eſſe debent in bene inſtituta Republica. Non debet profectò à quibuſcumque jus dici (quoniam, ſi id permitteretur, eſſet altera perturbatio Reipublicæ) ſed tantùm à Iudicibus & Senatoribus à Principe denominatis. Et non qualitercumque (exlex enim authoritas eſt ſemper inſolens & diſſoluta) ſed juxta leges à Iuris-prudentia ſuggeſtas, à Majeſtate latas & firmatas populari Obedientia. Tres ergo ſunt conſignificantes circumſtantiæ, quæ in omni Tribunali Criminali perſonnant, & verba Iudicis tam Reum examinantis, quàm abſolventis, aut damnantis, determinant. Et determinationes his tribus adverbiis (*Criminotè, Authenticè* & *Sufficienter*) vel aliis æquivalentibus, poterunt ſignificari.

Porrò Officialium verba per ipſamet Officia, tanquam per circumſtantias conſignificantes reſtringi, apud Legiſtas & Theologos indubium eſt. Et ut liquidiùs innoteſcat, unum aut alterum, huc pertinẽtem caſum, dilucidabo.

Sit primus. In Civitate N. vino quod inducebatur, gravis gabela erat impoſita. Quia autem Quæſtores ſolent eſſe univerſis moleſti, Semphronius Clericus vini dolium

Rempublicam perdit & diſſolvit impunitas.

Cur fuerint erecta Tribunalia?

Quinam debent jus dicere?

Quales eſſe debeant in Republica leges?

Quidnam Tribunalia loquantur?

An recenſenda officia ſint inter conſignificantes circumſtantias?

De gabela communi. An Clerici illam ſolvere debeant?

lium

ſium ex uvis propriæ vineæ preſſi aurigæ Titio tradidit, ut clam induceret in Civitatem: quod ipſe præſtitit. Poſt paucos dies ob emergentes nonnullas ſuſpiciones Titius citatur & examinatur. Et interrogatus, An Semphronii vinum iu Civitatem vexerit? negavit; & negationem ipſam, ut fieri in omni tribunali ſolet, jurejurando confirmavit. Et tu interrogas, An perjurium commiſerit?

Reſponſio ab Interrogatione reſtringitur.

Reſpondeo examinantis Iudicis verba debere benè conſiderari; illa enim, ſi reſtricta, Reſponſionem reſtringent. Ergo, ne aut eadem repuramus, aut procedamus ſubobſcurè, exordiamur ab ovo, & totam cauſam recognoſcamus.

Accuſatio eſt reſtricta.

Accuſator eſt gabelæ exactor. Quæritur vinum fuiſſe in Civitatem ſe inſcio invectum. Et cur illa invectio ſub illis circumſtantiis fuit mala? Quia per fraudem ſibi non fuit ſoluta gabela, quæ debebatur. Ergo accuſatio eſt de vino, quod debebat gabelam. Hæc igitur accuſatio, *Invexit clam in Civitatem vinum*, per qualitatem Accuſantis contracta, æquivalet huic, *Invexit clam in Civitatem vinum, quod debebat gabelam*. Per hanc Accuſationem Interrogatio à Iudice facta reſtringitur: vinum enim, de quo interrogat, eſt illud ipſum, de quo iu accuſatione agebatur. Vinum igitur gabelæ obnoxium. Ergo, ſi verba Iudicis reſtricta per accuſationem, ſunt hæc, *Invexiſti clam in Civitatem vinum gabela obnoxium*; illæſa veracitate reſpondet Titius, *Non iavexi*. Non eſt ergo, cur perjurium commiſiſſe dicatur. Conſono Dianæ *p.3.tr.6.reſol.*30. ex quo Antonius Coronius *in ſumm.verb. Iuramentum num.*6. ſic ſcribit. [Clericus interrogatus in porta Civitatis, utrum habeat aliquid, ex quo ſolvenda ſit gabela, ille habens, poteſt jurare, quod non intendens, quod non obligatur ad gabelam ſolvendam. Ita D. Autoninus *p.2.tit.*10.*cap.*1. §. 1.] Et quia fortè mentem, quam habuit aut habere debebat, nou benè Coronius expoſuit, ejus ſententiam clarioribus verbis reſcribam. Attende. [Quia exactores lucro juſto aut injuſto intendentes, gabelas indebitas à Clericis minùs cautis extorquent; ſi interrogetur in Civitatis porta prudens Clericus, utrum importet ex. gr. ſericum, de quo ſolvunt gabelam ſæculares, & ipſe revera illud importet; nec mentietur nec perjurium committet. Quia hæc Reſponſio nou eſt de ſerico univerſim, ſed de tali ſerico per Interrogationem reſtricto; & Interrogatio, ut per ſe patet agebat de ſerico obnoxio gabelæ. Et hæc eſt, aut eſſe debet, mens D. Antonini à Coronio citati.]

Per Accuſationem priùs factam, verba Iudicis reum examinantis, reſtringuntur.

Et per Interrogationem Reſponſio.

Quomodò reſpondere poſſit Clericus ab Exactore gabelæ interrogatus?

Sit ſecundus. Petrus habebat conſuetudinem committendi peccatum A. & alia etiam peccata (puta B & C) commiſerat. Tandem ritè confeſſus abſolvitur. Perpetrat poſtea ſemel peccatum A. & ad Parochi pedes provolutus ait, *Semel crimen A perpetravi*. Et Parochus interrogat primò, *An alia peccata (puta, ſpecie diverſa) commiſeris?* & ſecundò, *An committendi peccatum* A. *conſuetudinem habeas?* Et ad utrumque Petrus, negativè reſpondet. Et tu interrogas, *An fuerit mentitus?*

Quo modo debeat Pœnitens Confeſſario interroganti reſpondere?

Non poteſt interrogare Confeſſarius de peccatis aliàs ritè confeſſis.

Aſſerunt omnes, potuiſſe ſine mendacio Petrum reſpondere ad primam interrogationem negativè: & demonſtrant clariſſimè. Quoniam Confeſſarius habet jus interrogandi de peccatis ad ſuum tribunal pertinentibus, & non de aliis: adeoque non habet jus inquirendi de peccatis jam ritè confeſſis & ſolutis. Illa ergo Confeſſarii verba, *Commiſiſti ne alia peccata?* per Confeſſarii Officium reſtricta, æquivalebunt his, *Commiſiſti-ne alia peccata, quæ aliàs non ſis ritè confeſſus, & nunc tenearis mihi exponere?* & Petrus tametſi alia commiſerit, quia jam illa eſt confeſſus, & nullum aliud habet, quod nunc teneatur confiteri, ſine mendacio dicit *Alia peccata non commiſi*; quoniam nomen *peccata* per interrogationem reſtricta, ibi non quæcumque univerſim, ſed determinatè illa tantummodò, quæ nondum Petrus fuit confeſſus, ſignificat.

De peccandi conſuetudine.

An illam Pœnitens teneatur exponere?

Ex hac doctrina Ioannes Sancius *diſp. pract.*9. *num.*6. iuſert Petrum bene reſpondiſſe ad ſecundum: quia, ut dicebamus Cõfeſſarius non habet jus interrogandi de peccatis jam ritè abſolutis; & ſi Pœnitens ſe habere conſuetudinem teneretur fateri, bis eadem peccata dicere cogeretur. Et ſic Sancius hanc Quæſtionem decidit. Sed Antonius Coronius *in ſumm.verb. Confeſſarius.num.*31. poſtquam hanc Sancii ſententiam accuratè propoſuit, ſic ſcribit. [Sed an hæc opinio ſit probabilis, alii videant.] Et progreditur poſtea, & ſuam propriam profert & expoOit his verbis. [Dicendum igitur eſt, quod quamvis pœnitens non teneatur explicare conſuetudinem peccandi, niſi oriatur ex occaſione proxima, quam vitare tenetur, ut docet Bonacina *de Sacrament.diſp.5.qu.5.ſect.2.punct.2.§.3.diffic.3.num.22.* contra Henriq. *lib.5. cap.8.num.*1. poteſt nihilominus Confeſſarius, ad cognoſcendum propoſitum pœnitentis, illum de conſuetudine interrogare; nam conſuetudo peccandi arguit infirmum propoſitũ. Et in tali caſu pœnitens tenetur illam cõfiteri, quia Confeſſarius jure interrogat, poteſtque ſi opus ſit, conſuetudinario abſolutionem differre, plus vel minus, ut ejus prudentia dictabit. Ita Vaſquez *in 3. part.*

Non teneri, ſi non interrogetur; teneri, ſi interrogetur, Diana & Coronius aſſerunt.

tom.4.q. 91.art.1.dub.3 Diana p.1.tract.7 reſol.15.& 55.& alii) & utrumque (quod ſi non interrogetur, non teneatur; & ſi interrogetur, teneatur) procedit à Confeſſarii officio. Eſt Iudex ille, & Medicus. Quà Iudex de peccatis jam ab alio ritè abſolutis nequit interrogare. Quà Medicus procurare tenetur, ut Pœnitens medicinam convenientem recipiat; & quia efficaciori indiget, qui peccandi conſuetudini obnoxius, hinc oritur, quod inquirere de cõſuetudine Confeſſarius poſſit & debeat. Pœnitens autem, quia putat ſe eſſe bene diſpoſitum, ſi non interrogetur, ſe habere talem peccandi conſuetudinem confiteri nõ debet: at, quia Confeſſarius de vero correctionis propoſitio, cum interrogat, dubitat, debet ei ſatisfacere, ut ſciat ille, An & quo poſſit modo abſolutionem poſtulatam impendere.

Confeſſarius eſt Iudex & Medicus. Quid ut Iudex, & quid ut Medicus tenearur facere?

His præmiſſis aliquas concluſiones, uberioris doctrinæ gratia, proponamus. Sit ergo

Prima, *Verba Iudicum, etſi ſecundum ſe videantur æquivoca vel indefinita, per Tribunal, tanquam per circumſtantiam conſignificantem reſtringuntur & determinantur.* Et pono exemplum in voce *Suſpenſio* quæ eſt æquivoca, & reſtringitur pro Tribunalis qualitate. De hoc argumento in noſtra Dialexi *de Non-Certitudine*, Pontificii Iuris Regulam LXXXVIII. dilucidans *pag.114.num.284.* ſic ſcribo. [Occurrit vox *Suſpenſio*, quæ aliter in Iure Pontificio, & aliter in Cæſareo intelligitur. Portò *Suſpenſio*, de qua in Pontificio Iure agitur *eſt Cenſura Eccleſiaſtica, privans uſu Eccleſiaſtici Officii aut Beneficii aut utriuſque.* Illa autem, quam cognoſcunt Legiſtæ, *eſt capitalis ſententia executio, qua reum ſuſpendit in patibulo.* Et differunt (1) quia Legiſtæ vocem ſumunt realiter & Canoniſtæ moraliter: & differunt (2) quia ſe poteſt quis realiter, non autem ſuſpendere moraliter. Vnde 2.Reg.17.23. legimus: *Porrò Achitophel, &c. ſuſpendio interiit & ſepultus eſt*, & etiam Iob.7.15. audimus dicentem: *Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea.* Quamobrem, ſiquis vocem *Suſpenſio* in lege Civili repertam in Eccleſiaſtica ſignificatione ſumeret, aut in Pontificio lectam uſu pareret in rigore Civili, &, ſi legis verba complecteretur, in legis veritatem committeret, nam procederet cõtra Legiſlatoris voluntatem.] Et hinc patet tyrannicè proceſſiſſe Imperatorem Iulianum, dum jubebat ſuos ubicumque Miniſtros Epiſcopis brachii ſæcularis adiſtentiam præbere, & in patibulo ſtrangulando laqueo omnes Clericos, qui Cenſuram Suſpenſionis incurrerent.

Tribunalia reſtringunt.

Nomen Suſpenſio *aliam in Cæſareo aut Regio, aliam in Epiſcopali Tribunali habet ſignificationem.*

Illus Iulianus eſju..debat Apoſtata.

Secunda. *In Criminali Tribunali interrogantis Iudicis verba Reſpublica reſtringit hæc tria adverbio adjungendo,* Criminosè, Authenticè & Sufficienter: *quorũ Reos primum, Iudices alterum, Teſtes tertium concernit.* Expono ſingula: & hunc caſum propono. Accuſatur de homicidio Iſidorus, & cum examinat Iudex, & ait, *Occidiſti-ne Livium.* Et hæc verba Iudicis aſſero, per Tribunal & Reipublicæ expreſſam voluntatem reſtricta æquivalere his, *Perpetraſti-ne in Livii perſona homicidiũ, commiſſum criminosè, examinatum authenticè & ſufficienter probatum.* Hæc tria copulativè Iudicia Interrogationem ex Reipublicæ decreto reſtringunt. Ergo attende: oportet enim ſingula dilucidare.

Proponuntur, & exponuntur Adverbia, quibus Tribunal verba Iudicis, examinãtis reſtringit.

N. B. In idem recidunt illa, Criminosè, Politicè, & Homologicè, quæ ponentur inferiùs.

Commiſſum criminosè.] Non omne homicidium criminosè committitur, Carnifex enim ut miniſter publicus latronem ſibi juridicè traditum, licitè interficit. Et qui invaditur, laicus aut Eccleſiaſticus ipſe ſit, licitè ſe tuetur cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiam occidendo aggreſſorem. Iura antiqua ante D. Thomæ tempora, non Carnificem modò, ſed & Clericos, qui propter defenſionem propriæ vitæ homicidium commiſerant, ex decreto Nicolai *cap. de his Clericis. diſt.50.* irregularitatis condemnabant: & S. Doctor ſecundum doctrinam, quæ ſuo tempore erat vera, ſuos diſcipulos docuit: at, quia hic rigor, viſus fuit nimius aliis Summis Pontificibus, *Clement. unic. de homicidio* revocatur. Vnde P. Mendus *in Opinionum certò Probabilium Epitome. verb. Homicidium. nu. 2.* ſic inquit. [Homicidium, cum fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, non inducit irregularitatem, nec eſt peccatum.] Ergo, ſi non eſt peccatum, non committitur criminosè. Ergo, ſi Iſidorus à Livio invaſus, cum moderamine prædicto illum occiderit, ſi in Tribunali interrogetur, An occiderit Livium, poteſt rotundè dicere, *Non occidi*; ibi enim de criminoſo agitur homicidio, & ipſe ſine peccato occîdit Livium.

An invaſus, ſi aggreſſorem occidat, fiat irregularis?

Cur ingens de Clerico, aſſerentem ſententiam D. Thomas habuerit?

An homicidiũ, ob defenſionem commiſſum, crimen ſit?

Doctrinam hanc, ſed ad Mentales Reſtrictiones recurrendo, admittit Diana & ex illo Coronius *in ſumm. verb. Iuramentum. num.6.* ſcribit enim. [Siquia à Iudice interrogatur cum Iuramento, an Franciſcum interfecerit? ſi illum ob propriam defenſionem interfeciſſet, negare poſſet intelligendo de homicidio criminoſo. Ita Leſſius *lib.2.cap.42.d.9 num.47.*] Eamdem doctrinam reponit poſtea *verb. Reus. num. 15.* dicens. [Adverte hic cum Portell. *in addition. ad Iuram. num.16.* quod ſiquia crimen ſolùm materialiter commiſiſſet (v.gr.

An, & cur Reus poſſit illud negare?

ho-

Homicidium ob juſtam defenſionem) interrogatus à Iudice, negare poſſet æquivocando, quiā mandatum Iudicis ſolùm tendit ad opus criminoſum. Ita Diana part.3. tr.5. reſol.66.] Concluſionem admitto: ejus autem rationem, adductam à Leſſio & Cotonio, non moror; non enim intellectione ſua, aut æquivocatione aliqua Reus latius patens nomen *homicidium* reſtringit; nam jam illud erat per Tribunalis circumſtantiam in ipſamet interrogatione reſtrictum; de criminoſo enim, & non de licito Reum interrogabat. Et hanc ob rem ipſamet Cotonii verba adſumens, ſic inſtabo. [Mandatum Iudicis, ut ſcitè ait, ſolum tendit ad opus criminoſum. Ergo vox *homicidium* in ipſa Iudicis interrogatione eſt ad criminoſum reſtricta. Ergo Reus ad ſeoſum interrogationis reſpondens, nec æquivocatione, nec intellectiva reſtrictione indigebit.]

Reus directè reſpondet, & reſtrictione non indiget.

Examinatum authenticè.] Non eſt mens Reipublicæ, ut qui voluerit ſedeat pro Tribunali, ſed illi tantum, quos ad judicandi officium ſuprema promovit authoritas. Pulchra ſunt, & huc ſpectantia D. Bernardi verba, *libelli* enim *de precept.cap.2 num.5.* ſic ſcribit. *Porrò* (præcepta Regularia) *inventa atque inſtituta fuerunt, non quia aliter vivere non liceret, ſed quod ita magis expediret; nec planè ad aliud quàm ad lucrum & cuſtodiam Charitatis. Quamdiu ergo Charitati militāt, immobiliter fixa ſunt, mutariq; omninò ne ab ipſis quidem Prapoſitis ſine offenſa poſſunt. At, ſi è contrario contraria fortè aliquando Charitati viſa fuerint, his dumtaxat, quibus hoc poſſe videre datum eſt, & providere creditum eſt.* &c. Ejuſque ergo verba Politiæ attempero, & ſic reſcribo.

Nemo in benè inſtituta Republica, præquam authoritate jus dicat.

[Ille, (ille fuerit Saturnus, alius-ve)
Qui genus indocile & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſq; dedit.

illas invenit & inſtituit, non quod aliter vivere non liceret (nam ante a ſine legibus vivebatur in Latio, & etiamnum in aliquibus Mundi regionibus ſine legibus vivitur) ſed quod ita magis expediret; nec planè ad aliud, quàm ad ſingulorum quietem tutelamque & utilitatem Reipublicæ. Quamdiu ergo ex.gr. vita Titii bono publico militat, eſt immobiliter manutenenda; auferrique omninò, ne ab ipſis quidem Supremis Principibus ſine crimine poterit. At, ſi è contrario ita procedat Titius, ut ejus vita contraria fortè aliquando viſa ſit bono publico, debent adhibere remedium, non quicumque voluerint, ſed hi dumtaxat, quibus hoc poſſe videre & examinare, & providere creditum eſt.]

Quiſnam primus homines diſperſos coegerit in Communitatem?

An teneatur reſpondere Reus ab intruſo Iudice interrogatus?

Inválide igitur pro Tribunali ſedet, qui non conſtituitur à Principe, ſed intruditur authoritate & potentia privata. Ergo à tali Reus Iudice interrogatus non debet reſpondere.

Et quid, ſi reſpondeat? Poterit-ne ex hoc capite, quod invalidè & illegitimè interrogatur, crimen, quod reverà commiſit, ſe non commiſiſſe jurare? Aſſerunt, & benè universi Doctores: & P. Mendus in Epitome verb. Reus. nu.20. his verbis. [Quotieſcumque Reus interrogatur non ſervata forma Iuris, non tenetur candidè reſpondere, cum ad id non habeat jus, qui ſic interrogat.] Et quidem verum eſt, quod vult dicere; & pro ſuo dicto Leſſium *de Iuſtit.cap.31. num.9.* & Gobat benè citat: cæterum, quoniam ut mentem ſuam Vir doctus explicet, verbis utitur non ſatis opportunis & congruis, ego illæſa ſententia ſic ea reſcribo. [Quotieſcumque Reus interrogatur non ſervata forma Iuris (puta, ſi ſit illegitimus Iudex, qui interrogat: aut ante ſufficiens Teſtium examen interroget) poteſt non reſpondere; quoniam, ut cogat eum ad reſpondendum, non habet jus, qui ſic interrogat. Cæterùm, ſi ſua Iudex poteſtate abutatus, & Reus damnū aliquod timeat, non poterit mentiri, ſed tenebitur candidè reſpondere: non enim tunc Iudex, ſed Deus in octavo Decalogi præcepto mendacium interdicit, ſermoniſque candorem indicit. Verum in tali caſu homicidiū criminoſum, quod reverà commiſit, poterit candidè reſpondendo negare, quoniā verba illa Iudicis *commiſiſti homicidium*, per Tribunal, & Reipublicæ voluntatem reſtricta æquivalent his, *Commiſiſti homicidium, de quo hic & nunc agitur authenticè, hoc eſt authoritate legitima.* Et tunc, *Non commiſi*, inquit, & dictum jurejurando firmat Reus: & non mentitur; quoniam ipſe homicidium, de quo authenticè cum debita authoritate impræſentiarùm quæritur, non commiſit.

An poſſit reſpondere non candidè?

Reus, etſi illegitimè interrogetur, non poteſt mentiri; ſed debet candidè reſpondere.

At tunc ſine mendacio, & illæſo candore reſpondebit negando.

Probatum ſufficienter] Crimina bifariam poſſunt conſiderari; videlicet, in ordine ad Divinum, & in ordine ad Humanum Iudicium. Eſt autem Homicidium in conſideratione prima, ſcelus enorme: nam, etſi ſecretè & occultè committatur, non ſe poteſt à Divina cognitione ſubducere. Illud verò, quod ſufficienter probari nequit, etſi realiter commiſſum ſit, politicè & moraliter non eſt commiſſum. Audiunto Bernardum, qui *libell. de precept. & diſpenſ. cap.18 num.55.* Carnotenſibus Religioſis contendentibus ſui Abbatis electionem fuiſſe irregularem & invalidam: [&, ut id perſuaderent, dicentibus, *Ejuſdem Electionis irregularitatem adeò eſſe involutam & intortā,*

Quoad Deum & quoad nos humani actus conſiderantur.

Quod probari non poteſt civiliter factum nõ eſt: hoc eſt, etſi realiter commiſſũ ſit, quoad Tribunalia & Judices ita ſe habet, ac ſi cõmiſſum non eſſet.

ut licet de ea coram Deo non dubitetur, corã hominibus tamen, aut vix, aut nullatenus convincatur.) ut eorum quieti & ſolamini conſulat, ſic ſcribit. *Quoniam vos modò irregularem dicitis Electionem, quæ caſſari regulariter non valet, nec reprobari. Et quidem legitur. Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt.* Et nos aſſertum ultimum, ut Dogma indubitatum, recipiamus. Ergo, quia mens Reipublicæ eſt, *ut nonniſi de homicidio ſufficienter probato Reus interrogetur*; & ex Bernardo conſtet, *homicidium, quod probari non poteſt, humanitus infectum* (hoc eſt, *humanitùs non factum*) *eſſe*, verba illa Iudicis, ante probationes ſufficientes Reum interrogantis, videlicet, *Commiſiſti homicidium*, per Reipublicæ voluntatem & Tribunalis conſignificantis, & reſtringentis verba Iudicis, vocem reſtricta æquipollebunt his, *Commiſiſti homicidium, quod hic & nunc ita ſit jam probatum, ut debeas reſpondere & fateri.* Et quia non eſt in rerum natura tale homicidium hic & nunc, directè & candidè reſpondere Reus poterit, *Non commiſi.* Conſono, quoad Concluſionis ſubſtantiam Patri Mendo, qui *in cit. Epitome. verb. Reus, num. 21.* ſic ſcribit. *Quando accuſatur Reus de vero crimine ſecreto, quod nequit Accuſator probare, non tenetur illud confiteri.* Sed, quia addit, *Poteſt utens amphibologia negare*, Cajetano *in 2.2. quæſt. 62. art. ult.* Navarro, & aliis Viris doctis ſubſcribens, hoc ipſum recognoſcis, & utrùm ſit verum inquiris. Et reſpondeo ſine erroris formidine (puto enim, eſſe id quod dico manifeſtum & evidens) repugnare realiter (N.B.) ut à Iudice interrogatus Reus utatur indeterminata reſponſione; quia illud *Non* quod ipſe ait, per Iudicis Interrogationem, velit nolit, contrahitur. Et quidem mea eſt Reſolutio clariſſima. Quoniam licet hoc verbum, *Comedi*, ſecundum ſe conſideratum incertum & amphibolum ſit, & de quocumque præterito meæ vitæ tempore, & de quibuſcumque cibis poſſit verificari, ſi tamen illo utar, ut reſpondeam interroganti, *An hodie comederim carnem?* ad diem hodiernam, & carnes reſtringetur; ita, ut amphibolum dici non debeat. Ergo, ſimili modo tametſi verbum *Non* ſecundum ſe latiſſimè pateat, per illam Interrogationem, *Vulneraſti-ne Politicè* (*ita, ut juridicè probari poſſit*) *Iſidorum*, reſtrictum, omni caret æquivocatione, huic enim toti orationi æquipollet, *Non vulneravi Politicè* (*ita ut poſſit juridicè probari*) *Iſidorum*.

An illud poſſit Reus negare?

Potentia diſtinguitur à Poteſtate: illa enim reales vires, hæc autem honeſtatem concernit. Cum autem dico, *Non poſſe Reum uti ſermone amphibolo*, non moralem poteſtatem, ſed realem potentiã illi nego.

Tertia Circumſtantia eſt Obligatio reſpondendi.

[illegible] ὁμολογία, nominatur *confeſſio*, & ὁμολογικῶς interrogatus, qui ſecundum ordinem Iuris examinatur; ita videlicet, ut reſpondere, & fateri teneatur. Ergo in omni Rei examine, & Iudicis interrogatione illud *homologicè* ſubintelligi debet. Ergo attende. Furtum quidem, criminosè, & coram duobus teſtibus Ferdinandus commiſerat; & tamen moræ impatiens Iudex, antequam teſtem ullum examinet, ſedet pro tribunali, & Reum interrogat, nempe his verbis; *Commiſiſti-ne furtum.* Negativè Ferdinandus, & ſine mendacio reſpondet; verba enim Iudicis per Tribunal & Officium reſtricta, his profectò æquipollent. *Commiſiſti-ne furtum, ita ut tenearis reſpondere?* Et Ferdinandus reſpondendo *Non*, verum dixit; Iudici enim contra Iuris ordinem interroganti nullo modo reſpondere tenetur.

Non poteſt Reus citra Iuris diſpoſitionẽ examinari.

An negando mentiatur?

Et hic obiter nota, forum externum ab interno diſtingui, adeoque Reum, accuſatum de culpis, quas coram hominibus poteſt negare, ſi veræ ſint, & importent obligationem reſtituendi, hanc retinere, etſi probationum defectu in tribunali abſolvatur.

Abſolutio juridica non tollit reſtituendi obligationem naturalem: Iudex enim reſpicit adlegata & probata, at Deus nudam veritatem cognoſcit.

NOTA VI.

De Cauſis Civilibus. *Sunt & alia Circumſtantiæ, quæ ſemper ſubintelliguntur, & verba Iudicis ad ſenſum, quem Leges intendunt, reſtringunt.*

PRæter Criminalia ſunt etiam Tribunalia Civilia; & in eis diverſi ſedent Iudices, & lites diverſæ agitantur. Civilia agunt de debito ſine injuria contracto, & quæritur, cuinam talis aut tanta res debeat adjudicari. Criminalia agunt de injuria & Reipublicæ & particularibus illata. Et contingere ſolet, ut qui alicujus rei per injuriam poſſeſſionem perdiderit, ſic amicis ſuadentibus, rem ipſam juridicè poſtulet, & nolit de injuria tractare. *Advertito Secundò*, aliud eſſe præſcindere, aliud negare. Quando Iudex juxta Accuſatorii libelli tenorem Alberti interrogat, An Titio debeat centum aureos? non agit de criminoſo aut innocenti (contracto per injuriam, aut ſine injuria) debito, ſed de debito. Et ratio eſt: quia, ſi de debito innocente tractaret, ille qui per ſcelus debitum contraxiſſet, poſſet à Iudice rogatus negare: quod eſſet contra mentem Reipublicæ.

De Civilibus Cauſis.

Criminalia agi poſſunt civiliter.

Cauſæ Civiles non negant criminalitatem, ſed ab illa præſcindunt.

NO-

NOTA VII.

De Reſponſione & Narratione. *An, & quomodo differant inter ſe? An homo rem, ut accidit, & ut putat, narrando, mentiri queat?*

An poſſit mentiri & peccare Reus, crimen, quod commiſit, fatendo?

PRo Coronide Controverſiæ hujus hunc Caſum, ſcitu dignum, propono. Sine crimine, ſine teſtibus Aurelius homicidium commiſit. Et Iudex contra Iuris ordinem illum interrogat, & ait, *Occidiſti-ne Lælium?* Aureliuſque reſpondet, *Occidi*.] Et interrogas, An fuerit Aurelius mentitus? & quia juris jurandi obſtringebatur religione, An per conſequens ſacrilegium & perjurium commiſerit.

Ubi non eſt mendacium eſſe nequit perjurium.

De ſacrilegio & perjurio nulla moveri poterit difficultas: quoniam, ſi Aurelii verba mendacium continent inficientur circumſtantia perjurii; ſi autem ſunt vera, non poterunt laborare perjurio. Tota ergo Quæſtio eò redit, ut interroget, An fuerit Aurelius mentitus.

Videretur, quod ſic. Verba enim Iudicis realiter aut virtualiter erant. *Occidiſti-ne Lælium, Ita videlicet, ut homicidium fuerit criminoſum, authoritate legitima examinatum, & ſufficienter jam probatum fuerit.* (*) Et ipſe reſpondens *Occidi*, cenſendus eſt dixiſſe, *Occidi criminoſè, politicè, & homologicè*. Ergo tria mendacia commiſit. Lælium enim non occidit criminosè, nam occidit invaſus cum moderamine à Prudentia permiſſo. Sed neque occidit illum politicè, quoniã nulli aderant teſtes, qui poſſint de homicidio deponere. Sed neque occidit Lælium homologicè; interrogatus enim contra præſcripta Iuris, nemini reſpondere tenetur.

*] Iam expoſui, quid his adverbiis intelligatur.

Probatur mentitũ fuiſſe Lælium:

Probatur non fuiſſe mentitũ.

Videretur quod non: quoniam circumſtantiæ illæ, quæ his adverbiis *Criminosè, Politicè, & Homologicè* ſignificantur, ſunt quædam privilegia ad favorem Rei conceſſa à Legibus & à Republica. At cedere quibuſcumque privilegiis poſſumus: non enim favores fiunt invitis. Ergo liberum erit Reo, ſi voluerit, Iudicis Interrogationem non eſſe reſtrictam ſupponere, & ad illam tanquam ad latè patentem reſpondere. Confirmatur. Quia ſecretum in Sacramentali tribunali non obligat, ſi ceſſerit ſuo jure Pœnitens. Ergo ſimiliter non habebit ſecretum locum in tribunali Regio, ſi ceſſerit ſuo jure Reus.

Poſſumus privilegiis non uti.

Poteſt homo etiam in Pœnitentia ſacramento, jure ſecreti cedere.

Aliud narare, & aliud reſpõdere eſt.

Reſpondeo Aurelii verba aut eſſe narratoria, aut reſponſoria; nam interrogatus à Iudice poterit realiter vel virtualiter dicere, *Ego narrabo rem, prout accidit*. vel *Ego ad Interrogationem reſpondeo*. Si primum, eſt vera Sententia, quæ proponebatur §. *Videretur quod non*, narratio enim decurrit liberè, & à reſtrictionibus & circumſtantiis Interrogationis non dependet. Si dicatur ſecundum, vera erit ſententia altera, quæ, §. *Videretur, quod ſic*, præmittebatur: Reſponſio enim quà talis ab Interrogatione ſemper determinatur. Monebo Lectorem nihilominus, Reos non ſemper eſſe doctos, non ſemper eſſe bene inſtructos, adeoque ſæpe invincibili laborare ignorantia, & committere hypotheticas culpas, quæ eſſent verè peccata, ſi à ſcientibus & volentibus committerentur.

Narratio eſt libera.

Reſponſio ab Interrogatione determinatur.

Errores, quos committunt Rei, interdum ignorantia excuſantur.

Relege Notam 1. quia, ſicut Ageſilaus inculcans illud *Non promiſi, ſed dixi*, inter *promittere & dicere* inveniebat diſcrimen, ſic Reus poterit inter *reſpondere & dicere* ponere differentiam, ita ut, *reſpondere* ſit, interrogationi per tribunal reſtrictæ ſatiſfacere, & *dicere* narrare rem, ut reverà accidit.

An, & quomodo reſpondere & dicere differant inter ſe?

AR-

ARTICVLVS VI.

De Legibus: *An in earum Latione, aut Interpretatione uti poſſimus aut debeamus Reſtrictione Mentali?*

Verùm Mentalibus Reſtrictionibus prohibentur Iuris Canonici Regula LXXXI.

OMNIA quæ hucuſq; diximus, deſtruere videtur illa Iuris Canonici Regula, quæ cæteras omnes claudit, & legum ambiguos omnes ſenſus, actibus purè internis reſtringit. Illam propono. *Certum eſt*, inquit Pontifex, *quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis* (legislatoris) *nititur voluntatem.* Concepta & lata fuit à prudentiſſimo & ingenioſiſſimo Viro, qui ſupponebat, verba per loquentis voluntatem reſtringi. At voluntas (nam & *volitio* hoc nomine ſignificatur) eſt actus ſpiritualis, purè internus. Ergo, ſi latiùs ſignificantes voces Volitio contrahit reſtringitque, etiam id poterit præſtare Intellectio. Ergo Mentales Reſtrictiones admitti neceſſariò debebunt.

Voluntas ſumitur pro volitione.

An verba per voluntatem reſtringantur?

Huic argumento reſpondet Aſſertionis III Corollarium.

Variæ ſunt hominum opinationes circa modum, qui debet in legum interpretatione ſervari. Alii à Litera ſtant, & alii à ſenſu & alii tueri videntur ſibi ipſis Sententiam ſuam Ratiocinijs fortibus ſtabilire. Inter alios Grammatius (vocetur ſic) à Litera ſtat, & ſic contra Oppoſitam Opinionem perorat. *Certum eſt, & extra Dubitationis aleam conſtitutum*, ait, *Metaphyſicas in Iure ſubtilitates reprobari: leges à Politicis & non à Metaphyſicis fuiſſe conceptas & prolatas, adeoque non poſſe formalitatum denominationibus minùs notis obludi, ſed exponi & obſervari debere ad literam; imò ad apices; illarum verba eſſe in omni caſu complectenda: & oppoſitum aperire viam ſummæ Iudicum diſſolutioni: ubi enim alicui Magiſtratui permittitur ex æquitate iudicare, fundum ex plumbo, ne ex cera dicam, ipſa hæc Æquitas, ut in eam inclinetur partem, qua ſpirat Favor. Addit eam, quæ contra leges ſit, Æquitatem non eſſe: ſed eſſe Iniquitatem puram, & mentito vocabulo Æquitatem vocari. Quoniam Iudices, ubi ſoluti legibus, ſunt Sarabaitarum ſimiles, quorum mirabilem converſationem his verbis S. Benedictus deſcribit, Tertium Monachorum teterrimum genus eſt Sarabaitarum, qui nulla Regula approbati (ſeu) experientia Magiſtri, ſicut aurum fornacis, ſed in plumbi natura molliti, adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini aut terni, aut certè ſinguli, ſine Paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ovilibus, pro lege eſt eis deſideriorum voluptas; cùm quidquid putaverint aut elegerint, hoc dicunt ſanctum; & quod noluerint, putant non licere.* Qui ſi fortè Regulis & Legibus gubernari dicantur, illam ſibi præfigunt, quam à Calviniſtis, dum eſſent Civitatis Domini, inſcriptam muris, in nonnullis hortis Antuerpiæ (quod etiam alibi me monuiſſe meminerim) legi: nimirùm: *Quod volumus, id juſtum eſt.* Et cur? Quoniam Antiquus dixerat, *Stat pro Ratione Voluntas.* Et quid vetat, adhuc Grammatius ſubjicit, ut Iudices, qui Legum Præſcripta negligentes, pronunciandi ex Æquitate, ſibi privilegium adrogant veriùs; quàm adſumunt, vocare *Sarabaitas*, & teterrimos dicere? (Dum enim eorum nullis ſunt Regulis approbata dictamina, non morantur Canones, quos longa experientia formari Civilium morum præſcripſere Magiſtri: auri fornacis puritatem ignorant, nam ut plumbum molleſcunt, & in quam partem propria Vtilitas eos impellit, inclinant. Hodie doctrina ſæculi ſubcollatam φιλαυτία & hoc peſſimum vitium in tribunalia irrepſit, quales fuerunt & erunt in mundo plurimi, nam dixit Chriſtus, *Qui amat animam ſuam, perdet eam*, & ei conſonans Paulus, *Erunt homines immites, maximè amantes honorum, voluptatum amantes.* Et quando hi tandem erunt? *Hoc autem ſcito, quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: erunt enim homines ſe ipſos amantes, avari*, &c. Et noſtri temporis iudices his ſanè verbis Apoſtolus expreſſiſſe videtur; dum enim ſub Æquitatis larva utilitati propriæ conſulunt, ſervare ſæculo fidem, mentirique Deo per togam & officium noſcuntur. Hi bini, aut terni, aut certè ſinguli (nam varij ſunt apud populos ob diverſos mores) tribunalibus præ-

An leges ſub ſint philoſophicis ſubtilitatibus

Objectio contra Regulam.

An liceat ex æquitate judicare?

S. Benedictus in Regul. cap. 1.

De Monachis Sarabaitis. Quales ſint?

Hæreticorum Preſbyterma.

De Sarabaitis Iudicibus. Qui & quales ſunt?

An hodie multi Iudices ſedentur φιλαυτία?

Ioann. 12. 25. 2. Timoth 3. 4. 2. Timoth. 3. 2.

Quæ ſit doctrina ſæculi?

Quomodo diſtinguat aliùs bonus à malis?

præſunt: ſine Paſtoris aut Legiſlatoris ductu ſponte oberrant, non præceptis Dominicis, ſed propriis præjudicii deluſi, pro lege ſuorum deſideriorum voluntatem recipiunt, & quidquid ſibi ipſis utilius ſemper eligunt: & quidquid elegerint, aut putaverint, hoc dicunt ſanctum; & quod concernat bonum publicum nolunt, & quod noluerint, non licere pronunciant.) Tales ſunt multi Iudices: & nimis profectò multi: quorum inſolentia debet Princeps retundere, legem hanc LXXXI. quæ ipſos exleges reddidit, obliterando. Dicit Hiſpanus, *Llamanſe* Letrados, *porque han de eſtar a la letra atados*. Ergo oportet ad literã obſervari Canones, & nihil contra literam cogitare, *Ergo in legem committit qui legis voluntatem, quã ſere & occulta & ignota, ſe comprehendere aſſerens, aut etiã ſomnians, legis aperta & manifeſta verba non complectitur & obſervat.*

Cur Hiſpanus letrados *iuris prudentes nominet?*

Sic diſcurrere placuit Grammatio, cujus Opinio Mentio (*) diſplicet, qui obſiſtit contra & plura dicturum interpellat his verbis. [Parcius, quæſo, mi Grammati, Legum enim non eſt occulta aut obſcura Voluntas: nec huic (Legum Voluntati) Litera, ſi benè exponatur, opponitur. Quoniam illa, à te producta, Regula, malas tantum interpretationes incriminatur: & Bonifacius VIII. aut quicumque Author fuit Pontificiæ Regulæ LXXXI. Iurium omnium ſecura fundamenta percellit, & illam proſ tendo & præſcribendo Protheorema Orbi Literario propoſuit, quod debeat in omni Tribunali, in omni actu publico, aut etiam privato obſervari.] Tu interim Lector Candide, quidquid obloquatur Grammatius, Mentio adhære; & attentè lege & conſidera Aſſertiones ſequentes. Eſto

*) Vox Γράμμα, à qua eſt Γραμματικῇ ſatis nota eſt Grammaticis: & quia à Mẽte apud Hiſpanos eſt *Mẽtɑ*, nomẽ fœminæ, Doctorẽ qui tuetur Legis literam *Grammatium*, cum verò, qui mentem & ſẽſum *Mentium* appellare volumus.

Prima. *Vbi non ſunt leges, non eſt benè gubernata Reſpublica*: Nam prima vitæ communis fundamenta innituntur his duobus Lemmatibus, *Leges ſanto*, & *Leges ſervantor*.

An debeant eſſe leges?

Secvnda. *Vbi ſunt leges, eſt tacitus inter Principem & Populum contractus, ut ipſe jus, hic debet ſecundum illas vivere, & ille ſecundum ipſas gubernare*. Ergo ubi eſt lex ut fœminæ in Majoratibus non ſuccedant, agnatus habet jus, ut præponatur filiæ: & Princeps, qui agnato ultimi poſſeſſoris filiam præferat, præſcriptæ Iuſtitiæ præjudicat; & quia legis verba non complectitur, contra legis nititur voluntatem.

An legiſlatio ſit contractus?

Tertia. *Præcepta æquivoca (at, ſi res feliciter eveniat, præcipientis Providentia laudetur; ſi ſecus, incriminetur ſubditorum ſocordia) à Tyrannis tantummodò imponuntur*. Pater, quia ferre leges, non eſt imponere ſubditis laqueos, ſed eos illuminare, & dirigere. Interim temporum injuria, aliquando tales ſolent circumſtantiæ ſuccurrere, ut decreta ambigua Princeps publicare cogatur. Et hanc ob rem olim Conſtantinopoli Imperator Theodorus, ut partes diſſentientes ſedaret, & neutri favere videretur, edictum hoc evulgari curavit.

De præceptis æquivocis.

An à viris probis Principibus imponi poſſint?

Dei cum debita reverentia iteratã mentionem fieri, Fas & Iura permittunt. Quam ob rem Dogmatis, in quo Dei memoria contineatur, profeſſionem, non ſolum non interdici volumus, ſed abſolutè commendamus. Pervertere autem Divinas Scripturas, aut in earum Interpretatione à vera illarũ ſenſu recedere, permitti nulla ratione poteſt.

Ambiguum & Æquivocum Theodori Imperatoris Edictum.

De hoc Imperatoris Edicto Pachymeres in Palæologi vita libr. 6. cap. 23. pag. 327. ſic ſtatuit. *His* (nempe, quæ pro unione Græcorum, Latinorumque, & contra illam adducebantur: nec non quæ Adverſarii objiciebant, ut oſtenderent, errare Latinos in multis articulis pertinentibus ad Fidem Orthodoxam) *auditis Imperator, qui & iſtos* (utroſque) *ſe quomodocumque continere in uſu & amplexu pacis magnopere oporteret, nec tamen probaret, quod petebant; ingratam Petitionem eluſit* Ambigvvm Edictvm *evulgando: quo cum videretur ſecuros eos quantum opus erat, reddere ſuper eo, quod propoſuerant; callidè ſe tamen ſubducebat invidia, querelíſque partis contrariæ; quin ei etiam ſe commendabat arcana ſubmiſſa ſugillatione horum ipſorum, quos placare tunc velle videbatur*. Ecce loquitur in genere, & veras Sacræ Paginæ expoſitiones approbat, falſas condemnat, quod alterutra Pars etiam faciebat: & in ſpecie nil decernit, ne alterutrius Partis indignationem incurrat.

Eſt Liber Latinè redditus, à P. Petro Poſſino S. I. & Romæ Typis editus anno 1666.

Loquitur in genere Imperator.

An ſit ab aliis imitandus?

An ſuadendum erit univerſis Principibus, ut hunc Imperatorem imitentur? Reſpondet Bonifacius VIII. inquit enim. *Quæ à Iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda*. Et iterum. *In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt* (ficta, vel) *conceſſa*.

Reg. XXVIII. & LXXVIII.

Interim, quia negari non poteſt poſt omnem Legiſlatorum diligentiam manere adhuc aliquas in Legibus æquivocationes, poſtulas, ut illas tollamus, modumque verum ſenſum inveniendi & aſſerendi, proponamus. Vt ergo tibi ſatisfiat, ſit adhuc Concluſio

Semper manent in Legibus æquivocationes.

Qvarta. *Contra eum, qui legem dicere potuit apertiùs, eſt Interpretatio facienda*. Eſt Regula LVII. & deſumitur ab ipſo Naturali Lumine; quia, ut habet Regula LXX.

An, ubi eſt Legis ſenſus dubius, ille, qui magis favet Principi, ſit eligendus?

In

Digitized by Google

In alternativis debitoris eſſe electio & ſufficit alterutrum adimpleri. Et ſubditus, qui obedire tenetur ſemper eſt debitor. Pono exemplum.

Quo modo in tributis procedendum ſit?

Imponit à Rege tributum, & jubetur ſingulis, ut tres libras perſolvant. Scit Rex ſolutionem in auro, argento, aut cupro poſſe fieri. Ergo noluit ſubditos ad aurum ſolvendum obligare; quia, ſi id voluiſſet, id dixiſſet. Ergo penes ſubditos erit electio, & facere poſſunt, quod utilius ſit ſibi, etſi minus ſit utile Regi.

Quo modo in Sacramentis?

Hinc grandes conſequentiæ in materia Sacramentorum deducuntur. Sacramenta enim ſunt privilegia indulta hominibus. Chriſtus eſt Legiſlator, qui aliquando loqui potuit apertiùs, & non voluit, ut in omni dubio ad favorem hominum reſolveremus, quoniam *Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.*

Regula XV.

Quid faciendũ eſt quando lex duas diverſas expoſitiones patitur?

QVINTA. *Vbi Lex duas patitur interpretationes, recurrendum eſt ad conſignificantes circumſtantias, ut voluntas Legiſlatoris cognoſcatur.* Corollarium. *Non ergo legem ambiguam reſtringit & determinat nuda Legiſlatoris voluntas* (hæc enim eſt actus purè ſpiritualis, & in ſe ipſo humanitùs incognoſcibilis) *ſed circumſtantia extrinſeca, quæ hanc Voluntatem ſignificant: vel Legiſlatoris Voluntas per eaſdem circumſtantias ſignificata.* Hinc patet Regulam illam Iuris Pontificii, quæ ſub initium hujus articuli, ut ſuaderet Reſtrictiones Mentales, adducebatur à Grammatico, noſtram adfirmare ſententiam, quæ legem ambiguam reſtringit per voluntatem, quæ innotuit nobis ex conſignificante circumſtantia.

Quomodo lex per Legiſlatoris voluntatem reſtringatur?

Reſpondetur authoritati adductæ pro contraria ſententia.

Audi Virum Clariſſimum, Dominicum de Rubeis (quem libenter nomino: in eo enim morum elegantiam, ſtili puritatem, rationum pondera, & probationum efficaciam ſuſpicio) nam *Certamine* VII, *num.* 8. ſic inquit. *Scire leges* (a) *non hoc eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem* (b) *Et voluntas legis, ut pars legis præcipua, ſpectanda* (c) *conſervanda,* (d) *non enim dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Contra legem facit, inquit Paulus* (e) *qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem verò qui ſalvis verbis, ſententiam ejus circumvenit.*

D. Dominicus de Rubeis, integerrimus, & doctiſſimus Vir.

Quid ſcire leges ſit?

Aliud eſt operari in legem, & aliud in fraudem legis.

An acceptio vocũ propria metaphorica ſit præferenda?

Eſt ſanè univerſalis & ſummè neceſſaria hæc doctrina: nam plerœque omnes Leges habent voces quę ſint plurium ſensuũ capaces. Varias ſignificationes ſæpè ſubeunt; & contingere poteſt, ut metaphorica vocum interpretatione, & acceptione ſit verus legis ſenſus; & in rigoroſa, & grammatica falſus. Vnde Iudex, qui ſignificationem propriam amplecteretur, contra Legiſlatoris ageret voluntatem. Et doctrinam hanc hoc exemplo, jam alibi tacto dilucido.

Quid Suſpenſio realiter & moraliter ſit?

Verbi *ſuſpendo* prima & nota ſignificatio eſt Realis & Phyſica; eſt enim *rem aliquam è trabe vel è clavo penda.* Per metaphoram transfertur ad ſignificationem Moralem, ſuſpenſio enim eſt Cenſura Canonica privans Clericum uſu beneficii, aut officii, aut utriuſque. Ponamus modo legem *ex cap. ult. de cohabitat. Cleric. & mulier* & *cap. ſi qui ſunt. diſt.* 81. *qu.* 8. & *cap. Sacerdos. diſt.* 50. & aliis antiquioribus Iuribus; videlicet, *Concubinarii Clerici ſuſpenduntor.* Et quia duos lex ſenſus habere poteſt; primarium, ſecundarium; propriũ & metaphoricum, hanc Quæſtionem proponis, videlicet, *Cum Leges ſunt ambiguæ, & poſſunt varios ſenſus ſubire, ſi præſcindendo à circumſtantiis exponantur, unde ſumenda erit Reſtrictio, quæ ad hunc illas ſenſum potiùs quàm ad illum determinet?*

Lex de ſuſpenſione proponitur & explicatur.

Quæſtio principalis.

Oportet Ius à Facto ſecernere, & conſiderando illa, quæ fiunt,

Dico, quòd his annis, quibus eſt prudentia inanis,
Mũtnegra cum Murva (f) *cenſet rectiſſima curva.*

Verba ſunt Viri docti & ſinceri, qui abuſum Tribunalium conſiderans, aſſerebat *Iura* ab Hiſpanis *Derechos* (hoc eſt, *Directa*) per antiphraſim dici, etſi enim rectiſſima deberent eſſe, curva ab auro & argento redduntur.

Quales ſint hodie in Mundo leges & illarum interpretationes?

Ad rem D. Franciſcus de Quevedo *in ſui Parnaſſi Muſ.* 2. *pag.* 112. *num.* 103. in Batinum, qui ad pecuniarũ ſonum legum ſenſus attemperabat, Epigramma iſtud fulminat.

Las Leyes con que juzgas o Batino,
Menos bien las eſtudias, que las vendes; (*)
Lo que te compran, ſolamente entiendes,
Mas que Iaſon te aggrada el Vellocino (g)
El Humano Derecho y el Divino,
Quando los interpretas los offendes (h)
Y al compas que la encoxes, o la eſtiendes,
Tu mano para el Fallo *ſe previno.* (i)
No ſabes eſcuchar ruegos baratos;
Y ſolo quien te da, te quita dudas;
No te gobiernan Textos ſino Tratos.
Pues que de intento, y de interes no mudas,
O labate las manos con Pilatos, (k)
O con la bolſa, ahorcate con Iudas.

*] Audiunto Principes. Cũ Officia Senatoria & Iudicialia venditis viros probos & bonos à Senatu & tribunalibus univerſis excluditis, & ſolos Batinos promovetis; qui enim emit, vult vendere; qui nummos dat, recipere; & excuſari valet à dicente, *Vendere jure poteſt, emerat ipſe priùs.*

Et utinam cum Batino omnes iniqui Interpretes legum perierint. Tu ergo qui bo-

bonos mores & Iuſtitiam promovere deſideras, Aſſerta ſequrntia conſidera. Eſt enim ſtatuendum PRIMO in materia Civili, *Vbi alter legis ſenſus eſt contra bonum publicum, & illud alter promovet, hic ultimus eſt admittendus*. Patet: quia Principes creantur ob bonum publicum; & à Deo ipſi ad ædificationem, & non ad deſtructionem habent authoritatem: ergo ambigua lex per perſonam Legislatoris reſtricta, ad conſentaneum ſenſum, & non ad diſſentaneum contrahitur. Et SECUNDO in materia Philoſophica dicendum eſt. *Vbi alter Propoſitionis ſenſus implicat contradictionem, aut abſurdum infert, & alter non, priori debet anteferri poſterior*. Patet: quoniam verba Philoſophi debent eſſe digna Philoſopho. Ergo ab Authoris perſona reſtringuntur, ut eam interpretationem accipiat, quæ non impingat in Fundamruta Naturalia. Er dicendum eſt TERTIO in matrria Theologica. *Vbi Propoſitio à Viro Catholico pronunciata aut ſcripta duos ſenſus habet alterum orthodoxum, & alterum heterodoxum, (hæreticum, Schiſmaticum, aut aliqua Theologica cenſura dignũ) in orthodoxo eſt explicanda*. Patet: quoniam verba Catholici in dubio Catholicè & piè debent ioterpretari: & injuriã authori Catholico faceret, qui in malam partem obtorqueret, quæ in bonam poſſet.

Quid faciendũ ſit in materia Politica?

Quid verò in Philoſophica?

Et quid tandẽ in Theologica?

Vt hæc tria dicta illuſtrem, hoc exemplum propono. *Suſpendere* propriè eſt *laqueo pendere*. Italicè *appicare*, Hiſp. *aborcar*. Cicero in Verrem. *Centuripinum Dioclem, hominem locupletem, ſuſpendiſſe ſe conſtat*. Et iterum 1. de Orator. *Cum familiaris quidam quereretur, quòd diceret, uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu; Amabo te inquit, da mihi ex iſta arbore, quos ſeram ſurculos*. Aut etiam, ut *lib. 1. de Cruce. cap.* 4. expoſuit Lipſius *crucifigere*. Et hoc ſenſu loquutus eſt Plautus Men. ſcen. 5. *Quin tu te ſuſpendis*. Et mox, *Quin tu is in malã cratem*. Sed pergamus ulteriùs. Erant in Iure antiquo Canones, qui Clericos de tali coovictos crimine, ſuſpendi præcipiebant. Et Iulianus Apoſtata, ut ſe Pontificiorum Canooum defenſorem oſtenderet, laqueo in patibulo ſuſpendi juſſit, quos Canones ſuſpendendos decernereot. An-ne juſtè? Potiò ſuſpenſio io dialecto Eccleſiaſtica eſt vox metaphorica, & cenſuram, quæ uſu Officii aut Beneficii, aut etiam utriuſque privat & deſtituit, ſignificat. Et Iuliaous Imperator remota omni metaphora in omoi vocum proprietate voces Canonum iotelligebat: cum tamen vox *ſuſpenſio*, tametſi duas haberet acceptiones, propriam, impropriamque, per perſonam proferentis & alias conſignificantes circumſtantias reſtricta, non niſi impropriè, & metaphoricè deberet accipi. *Ergo Iulianus Imperator, ubi maximè videri volebat Canonum obſervator, committebat in leges, quia verba nuda complectens, nitebatur contra Legum & legislatoris voluntatem*.

Quid propriè ſuſpendere ſit?

De ſuſpenſione Clericorum.

Quid ſit apud Canoniſtas ſuſpenſio?

Hinc lux Apoſtolo, qui his verbis Corinthios inſtituit. Ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος: τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ γὰρ πνεῦμα ζωοποιεῖ. *Idoneitas noſtra ex Deo (eſt.) Qui & idoneizavit* (idoneos fecit) *nos Miniſtros Novi Teſtamenti non litera ſed* (a)*ſpiritus: Quoniã litera occidit, et ſpiritus vivificat*. Videtur dixiſſe Paul⁹, quę nuper Pontifex reponebat: ſæpè enim in Sacra Scriptura loci & propriè, & impropriè exponi poſſunt: & ille ſenſus uoicè eſt admittendus, ad quem vel circumſtantia perſonæ, quæ loquitur, aot de qua loquitur, orationem reſtringit. Proponam duos vel tres locos, ut ex ipſis, quo debeant modo ſimiles exponi, cognoſcamus. Apud Prophetam Regem Pſal. 2. 7. legitur: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Et Gen. 6. 5. *Videns autem Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra. Et tactus dolore cordis intrinſecùs. Delebo, inquit hominem, quem creavi, &c. pœnitet enim me feciſſe eos*. Dixerat Moyſes Gen. 3. 8. *Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & uxor ejus*. IN PRIMO loco occurrit illud *hodie*, quod io communi Lexico tempus præſens importat: at in Pſalmo, eum à Patre æterno, ipſimet Filio æterno dicatur, ita debet exponi, ut interpretationi non officiat Æternitas: nam hæc eſt duratio diſtincta à tempore, & ſolius Dei propria: eſt enim ſine ulla ſucceſſione, tota ſimul in Deo, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, *apud quem non eſt tranſmutatio aut viciſſitudinis obumbratio*. Ergo in illo Pſalmi loco vox *hodie* ſumi debet Theologicè, *& hoc nunc æternitatis* importare. IN SECUNDO occurrit illud verbum *pœnituit*. Quod ſumi poteſt realiter, & virtualiter: & io priori ſenſu imperfectiones manifeſtas includit, quæ cadere in Numen non poſſunt. Cæterùm pœnitentia virtualis eſt, quæ non eſt qualis dicitur, ita tamen ſe habet, ac ſi qualis dicitur, eſſet. Porrò quem pœnitet aliquam rem feciſſe, mutat dictamen, & illam deſtituit; & Deus tametſi non poſſit mutare

2. Corinth. 3. 6.

a) Vulgatus legit in ablat. *non litera, ſed ſpiritu*: at Græcus clariùs habet in Genit.

Tres loci Sacræ Paginæ proponuntur.

Quid hodie ſignificet?

Epiſt. Iacob. 1. 17.

Quid ſit Æternitas?

Hoc nunc Æternitatis.

Eſt duplex Pœnitentia: Realis & Virtualis.

Deus mutari non poteſt.

Digitized by Google

dictamen, ita ſe habuit, ac ſi illud muraſſet; delevit enim hominem quem formaverat. IN TERTIO occurrit verbum *deambulare*, quod propriè & metaphoricè poterit accipi. Propriè non niſi ſubſtantiæ finitæ cõpetit, qualis eſt homo, leo, equus, &c. nam, niſi unus locus deſeratur, & ad alium tendatur, deambulatio inveniri nõ poteſt; & ideò non ſolùm Deo, ſed corpori infinito non poſſet deambulatio competere. Nos Chriſtiani vocem metaphoricè ſumimus, ſcimus enim Deum eſſe ubique, eſt enim immenſus & ab uno loco in alium tranſire non poteſt. Vnde in noſtra habemus Regula. *Vbique credimus Divinam adeſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos & malos.* [Vbi etiam obiter nota illud *ubique* adverbium eſſe; & ideò adverbium dici, quod ad, ſeu apud verbum, ut modificet illud, ponatur. Porrò adverbium *ubique* verbum aliquod afficit, & tametſi non conſtet ex Grammatica utrum ex illis duobus verbis *credimus*, vel *adeſſe*, afficiat: hoc eſt, an voluerit dicere S. Pater, *nos ubique credimus*, an verò *Deum ubique adeſſe*; nihilominùs illud ipſum adverbium reſtringitur à perſona dicentis, quæ cum ſciret Deum eſſe immenſum, & videret in ipſomet monte Caſſino idololatras qui hoc ipſum ignorabant & negabant, cenſendus eſt illud *ubique* non verbo *credimus* accenſuiſſe, ſed verbo *adeſſe*.] Profectò Mahometani, quia exiſtimant Deum corporeum, & ſimilem hominibus eſſe, tametſi gigantæam illi molem adfingant,

Quid deambulatio ſit?

An poſſet corpus mole infinitum deambulare?

Deus eſt ubiq;

Sanctus Benedictus *in Regul. c. 19.*

De appellatione adverbiorũ.

An etiam in ipſis locum habeant Reſtrictiones

An Deus corporeus ſit?

allatum locum in ſenſu proprio & Grammatico accipiunt; *& ideò certum eſt, quod committunt in textum; nam complectentes textus verba, contra Moyſem, qui illum ſcripſit, & Spiritus-Sancti, qui illum dictavit, nituntur voluntatem.*

a] Aliud eſt *ſcire*, & aliud *opinari*: non ergo Legem ſcire, qui de ejus ſenſu dubitat, cenſeri poteſt. *leg. 2. C. commun. de legib.*

b] Vis & poteſtas verborum pendet à circumſtantiis. *leg. 17. D. de legib.*

c] Nota verbum *ſpectandu*. Agit igitur de voluntate, quæ inſpicitur & videtur. At in ſe ipſa humanitùs non poteſt videri voluntas. Agit igitur de voluntate, quæ per conſignificantes circumſtantias cognoſcitur.

d] Gothofredus *ad leg. 19. eod.* inquit enim *Verbum ex legibus, ſic accipiendum eſt, tam ex legum ſententia* (ſenſu) *quàm ex verbis*. Vide *leg. 6. §. 1. de verb. ſignificat.*

e] Paulus *in leg. 29. D. eod.* Adde *leg. 5. C. de legib.*

f] *Mutnegra* retrogradè eſt *argentum*: *& Murva* eſt *aurum*.

g] Fuit Iaſon Æſonis fratris Peliæ Regis Theſſaliæ filius; qui collecta juvenum expeditorum manu Colchos ad rapiendum vellus aureum profectus eſt. Hiſpanicè vellus hoc aureum dicitur *el vellocino*, & moneta cuprea appellatur *vellon*. Eſt & inter Iuris conſultos Iaſon, Doctor celeber; ad cujus prudentes Reſolutiones Iudices ſuas ſententias elimant. Ratione igitur, ut ait Quevedus, gratius erat vellus aureum, aut hoc deficiente recipere, quàm Iaſonem (nempe Iuris conſultum legere.

h] Peccat in Deum, Iuſtinianum, & Leges Iudex, quoties illas malè intelligit & interpretatur.

i] *El fallo* ſi nomen ſit eſt defectus, & Hiſp. *la falta*. ſi autem ſit verbum, eſt Iudicialis formula, dicit enim Iudex, *Fallo, que ſe ha de hazer eſto*, hoc eſt, *Invenio, quod hoc debet* fieri. &c.

k] Scita eſt hiſtoria. Pilatus iniquus & ſacrilegus Iudex, coram populo ſuas lavit manus dicens, *Innocens ego ſum à ſanguine Iuſti hujus*. Et Iudas, qui Chriſtum tradidit, laqueo ſe ſtrangulavit, & *ſuſpenſus crepuit medius*, &c. Monemurque ſceleratum Iudicem, etſi pietatem fingat, & Pilati imitetur hypocriſim, comitaturum tandem Iudam, qui etiam Iuſtitiam vendidit.

Quid Scire ſit?

Quomodo, & ubi voluntas Legislatoris percipiatur?

Quis fuerit Iaſon?

Vellus aureũ. Vellocino. Vellon.

Quid ſit Fallo?

De Poncio Pilato, & Iuda.

ARTICVLVS VII.

De Contractibus. *An in ipſis locum habeant Reſtrictiones Mentales?*

Cur præſens addatur Articulus?

FACTI olim fuerunt, & hodie multi fiũt, in quibus Sinceritatem Prudẽs Providentia deſiderat. Proderit igitur hãc Controverſiam addere; ut cùm legimus Antiquorum Hiſtorias, aut cavillationes Recentiorum videmus, illorum & iſtorum facta digna Cenſura caſtigare poſſimus.

SECTIO I.

Quid Contractus ſit? &, An Promiſſio ſit Contractus?

PActum, *eſt duorum, aut plurium de eadem reconventio*. Dixi *duorum aut plurium*; quoniam unus ad contractum ineundum non ſufficit: nemo enim dat aut promittit aliquid ſibi ipſi.

Contractus aut Pactum duplex eſt: de futuro, aut præſenti. Contractos de re non tunc, ſed alio die facienda vocatur Pro-

Contractus ſemper debet fieri cum altero.

Pacti ſeu Contractus Diviſio.

Digitized by Google

Promiſſio: Contractus verò de re tunc faciendà, eſt de præſenti, & ſecundum materiam circa quam verſatur, diverſa nomina ſortiri ſolet.

De Promiſſionis & Pollicitationis diſtinctione.

Iuriſtæ Promiſſionem à Pollicitatione diſtinguunt; quod ad illam duo ut minimum requirantur; & ad hanc unus ſolus ſufficiat. Vlpianus *de Pollicit. leg. Pactum.* Ergo Pollicitatio eſt Promiſſio nondum acceptata, ut ſtatim videbimus. At Vlpianus, ut ut felici ingenio fuerit præditus, rem claram caligine obvolvit: nam, vel agit de non obligatoria vel de obligatoria Pollicitatione. Si de prima, duos errores committit: quoniam (1) etiam hæc duas, ut minimum, perſonas requirit: & (2) extra chorum tripudiat: non enim leges feruntur quæ non obligent. Si de ſecunda; opus eſt, ut fateatur, duorum vel plurium aſſenſum, conſenſumque ad ejus valorem requiri: Sic enim Promiſſio dividitur.

Promiſſionis diviſio.

Promiſſio
- *Non-acceptata*
  - *negativè*
  - *poſitivè.*
- *Acceptata*
  - *non-reciproca*
  - *reciproca.*

Quid ſit promiſſio?

Eſt autem Promiſſio, *de re danda aut facienda ad alicujus utilitatem affirmatio.* Ejus veritas in futuro conſiſtit: & quæ ad perniciem eſt, non eſt vera Promiſſio. Vnde inter Morum Regulas num. 69. legitur; *In male promiſſis fidem non expedit obſervari.* Et num. 58. *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.*

An debeat eſſe de re bona?

Quam doctrinam, quia ad Ius naturæ pertinet, *Philippic.* 8. Cicero contra Antonium adſumpſit, inquit enim; *Scelerum promiſſio, & iis, qui exſpectant, perniitioſa, & his, qui promittunt.*

De acceptata & non acceptata promiſſione.

Promiſſio ſemel prolata, vel acceptatur, vel non acceptatur: & ideò in Acceptatam, & Non-acceptatam dividitur: & utraque debet ſubdividi.

De ea, quæ negativè, & de ea quæ poſitivè nō acceptatur.

Quoniam Non acceptata, dicitur negativè aut poſitivè: Non-acceptari Promiſſionem negativè contingit, quando Promiſſarius vel eam ignorat, vel ſe illam acceptare non dicit. Et non acceptari poſitivè, quando diſertis illam verbis ſe velle acceptare recuſat. Promiſſio Acceptata poſtulat, ut illam Promiſſarius, expreſsè aut implicitè acceptet: & dicitur acceptare expreſsè, quando verbis expreſſis; & implicitè, quando etſi Promiſſarius taceat, habet locum illa Iuris Eccleſiaſtici Regula, *Qui tacet, conſentire videtur.* Oportet etiam rem promiſſam perſpicere; vel enim involvit gravamen, quod Promiſſarium oneret, vel non concernit.

De acceptata ſimpliciter, & acceptata reciprocè.

Si primum, erit ſimplex promiſſio: ut ſi ego dicam; *Dabo tibi centum ducata,* & tu mihi reſpondeas; *Accepto.* Et ex hujus Promiſſionis vi, ego ſolus tenebor: nam ego debebo illam tibi pecuniam cōſignare, & tu ad nihil teneberis. Si ſecundum, erit Reciproca Promiſſio: nam, ſi ego dixero; *Dabo tibi cras centum aureos pro equo*; Et tu reſpondeas, *Sum contentus*: Hujus ego Promiſſionis virtute tenebor cras tibi numerare illos aureos, & tu, poſtquam illos receperis, teneberis ad me mittere equum.

Sola acceptata obligat in conſcientia.

Et quidem, tametſi ſint variæ de obligationibus, quæ ex Promiſſione ſuboriuntur, ſententiæ, plerique omnes affirmant, Acceptatam tantummodo obligare in conſcientia.

De promiſſione, in qua tres perſonæ intercedunt.

Porrò, ſi dixero; *Polliceor tibi, me eſſe daturum Ioanni hanc domum.* Nihil Ioanni promiſi: &, ſi tu non acceptes, etſi Ioannes ſe acceptare proteſtetur, non teneor. Hæc omnia notare volui, ut videat Lector, adlucinatum fuiſſe Vlpianum, ubi duos ad Promiſſionem non eſſe neceſſarios aſſeruit.

SECTIO II.

Rationes, quæ ſuadere videntur, Acceptationem in Promiſſione Obligatoria non requiri, proponit.

Reponitur noſtra Concluſio. An obliget merè interna Promiſſio?

Poſui, & iterum pono ut indubitatam Concluſionem, inter Favores Promiſſionem recenſeri debere, & illos non poſſe fieri invitis; quam ob rem velut certum ſtatuo, *Promittentem non obligari promiſſione, niſi Promiſſarius realiter aut moraliter rem promiſſam acceptet.* At tu, ut ingenium oſtentes, contra Reſolutionem hanc nonnullas Objectiones concinnas. Et

An Ius Cæſareum dirimat non acceptatas Promiſſiones?

Primò arguis ex Soto *libr. 1. q. 5. art. 1. ad 1.* Promiſſio merè interna, etſi nullo ſigno externo ſit manifeſtata: & adhuc licèt de re profana ſit, ſtatim ac eſt facta, obligat in conſcientia. Promiſſionis igitur obligatio ab acceptatione non dependet.

An Acceptatio ad Pollicitationem requiratur?

Secundò ex Molina *tom. 2. de Iuſt. tract. 2. diſp. 162. num. 16.* (contra Sanchez *de Matrim. tom. 1. libr. 1. diſp. 7. n. 24.* & alios, quià nobis ſunt) argumentaris, Quoniam Ius Civile omnem non acceptatam Promiſſionem irritet, manet obligatio fori interni, in qua diſpenſare Ius Civile non poteſt. Ergo, etſi, qui promiſit, in foro externo ante acceptationem obligari non poſſit, manet obſtrictus in interno. Confirmas adducendo illum verſum Ovi-

dii in Cydippes Epiſt.

An Acceptatio ad Pollicitationem requiratur?

Exige polliciti debita jura tori.

At Pollicitatio ab omni Acceptatione præciditur. Ergo in Promiſſione ante Acceptationem debitum reperitur. Prætereà contra Laymann *libr.3.tract 4.cap.1.num.9*, argumentaris.

An, quæ pios uſus concernūt à Iure Civili dependeant?

Tertiò; Quoniam etſi Ius Civile fori interni obligationem tollere dicatur,id debet de Promiſsionibus ad uſus profanos intelligi, quæ enim pias cauſas concernunt, ut ſint validæ,& in conſcientia obligent, Civilis Iuris ſolennitates non requirunt,

De Occulta Compenſatione.

Quartò pergis ulterius, inferens, cum Mendoza *libr.1.de pactis, cap 4.nu.8.* cum cui conſtaret de aliqua Promiſsione,etiam purè interna ſibi facta, poſse Occultæ Compēſationis Iure rem promiſsam ſubripere, Ergo non requiritur ſolennitas acceptationis.

An poſſit revocari Promiſſio?

Quintò inſtas ſic. Si requireretur acceptatio, qui rem Petro promiſit, ſi antequam ille acceptaret, revocaret Promiſſionem,eſset ab omni obligatione liber. At hoc eſt falſum. Ergo Promiſſio Acceptationem ad ſui valorem non poſtulat.

An conſtet de Votorum acceptatione.

Sextò,ſi requireretur Acceptatio, nulla Vota,etiam ſolennia, Religioſos obſtringerēt; illa enim fuiſſe ab hominibus emiſſa conſtat; at illa fuiſse acceptata, nec per ſe,nec per Angelum alicui unquam Deus Monacho poſt Profeſſionem revelavit.

De promiſſionibus, quæ fiunt locis piis.

Et tandem Septimò, Promiſſiones Eccleſiis & Locis piis factas non requirere Acceptationem communis ſtatuit Theologorum Opinio. At hæ ſunt veræ Promiſſiones. Ergo ad veræ Promiſſionis valorem non debet Acceptatio requiri.

SECTIO III.

Rationibus Præmiſſis ſatisfacit.

Recognoſco Rationes, quæ contra meam Reſolutionem proponebantur, & ſic reſpondeo.

Vnde dicta ſit Pollicitatio?

Ad Primam nego Antecedens; quoniam inter homines Promiſſio merè interna non obligat. Demonſtrat id ipſummet Pollicitationis nomen, dicitur enim à pollice & licendo, quia is qui licebatur, digitum in altum tollebat. Cicero 2.& 3.*in Verrem*. Hic mos hodie retinetur apud pueros Hiſpanos, qui enim aliquid pollicetur, digitum ſubrigit: & apud Germanos Miles, qui Fidelitatem pollicetur, vel totam ſurſum manum, vel indicem & medium extollit. Actibus ergo merè internis fieri nequit Pollicitatio aut Promiſſio.

Promittendi ritus.

De actibus purè internis.

De purè externis.

• An merè externis? Negat Sanchez *de Matrim.tom.1.libr.1. diſput.9. num.5.* qui ſic diſcurrit. Promiſſio ficta non inducit ullam obligationem. At, qui ſine animo promittendi promittit,fictè promittit. Ergo, qui ſine animo promittendi promittit obligationem non incurrit. At,qui ſine animo promittendi promittit, actu merè externo promittit. Ergo,qui actu merè externo promittit,non incurrit aliquam obligationem. Nihilominus tu contrarium affirmes:nam cum hominibus humanitùs debemus contrahere, & quia actus merè interni iiſdem penitùs occulti ſunt, de externis tantummodo judicant. Ita Gabriel Vaſquez *diſput.6. de Matrim.c. 3.* & Baſilius Poncius *libr.2.cap.4.* qui mordicùs tenent, promiſſionem externam ab altero acceptatam, inducere naturalem obligationem, quam non poteſt tollere fallax promittentis voluntas. Vnde ſtat defloratem virginem ſub ficta connubii promiſſione, debere eam in uxorem ducere,etſi ſit vilioris conditionis. Ita Diana *part.3.tract 4.reſol.* 105. & Coronius in *Summ.verb.Promiſſio.num.3.* & *verb. Stuprum.num.3.*

De Promiſſione ficta, An obliget?

Quomodo contrahant Homines inter ſe?

De illo, qui Virginem ſub Matrimonii promiſſione (vera, vel ficta) defloravit.

Quid ſit verum mendacium?

Et hic circa modum loquendi adnotaro,eum,qui contra mentem loquitur, verè mentiri, & dicere non falſum, ſed verum mendacium: eumdemque, ſi ſua verba jurejurando fulciat,verè pejerare,adeoque committere verum & non falſum, perjurium. Et hinc ad promiſſionem veniens, ſcitò eam bifariam (videlicet,qua promiſſio eſt, & qua propoſitio eſt) poſſe conſiderari. Et ut in genere promiſſionis vera ſit,ſolum requirere,quod promittendi voluntas (ſit ipſa, aut non) verbis extrinſecis ſignificetur. Vt autem qua propoſitio intelligatur, ſcire oportet tribus modis hominem aliquid poſſe promittere. (1) cum animo non ſatisfaciendi, (2) cum animo ſe non obligandi: & (3) cum animo non promittendi. Et ajo,quocumque ex his tribus modis promittat, modò verba extrinſeca proferat,& dicat, *Me hoc facturum polliceor*; verè promittere,& veram promiſſionem in genere promiſſionis elicere. Ergo in primo modo; puta, ſiquis dicat, *Dabo tibi meum equum*,& animum habeat non dandi; verè equum promittit, adeoque veram de equo dando promiſſionem elicit, quæ promiſſio in genere propoſitionis eſt mendax; quoniam contra mentem pronunciatur. Præterea, qui aliquid cum animo ſe non obligandi pollicetur, eſt illi ſimilis, qui ſocium ſuum cum animo non occidendi decapitat; quo enim modo talem animum ſeriò habere poterit,ſi ſciat decapitationem & mortem

Et quid verum perjurium?

De ſatisfaciendi, ſe obligandi, & promittendi voluntate.

N. B.
Qui cum animo ſe non obligandi,aut nō promittendi promittit, aut non loquitur ſeriò, aut involvit terminos contradictorios.

(pro-

Digitized by Google

(promiſſionem & obligationem) indiſpenſabiliter conjunctas eſſe. Et denique, qui aliquid cum animo non promittendi pollicetur, eſt illi ſimilis, qui ſciens & volens ſocium ſuum cum animo non decapitandi decapitat. Quo enim modo poterit ille liberè alterum decapitare cum animo non decapitandi? & quo de facto promittere cum animo non promittendi? Stat ergo hanc, quam *Fictam Promiſſionem* paſſim Recentiores appellant, in genere promiſſionis eſſe veram & in genere propoſitionis eſſe mendacem.

An Promiſſio ſit lex?

Sed objicis. Promiſſio eſt lex, quam ſibi imponit promittens. At lex contra legiſlatoris voluntatem non obligat. Ergo neque promiſſio. Non ergo manet obligatus, qui vel non vult promittere; vel, ſi vult promittere, non vult incurrere aliquā obligationem: vel denique non vult ſatiſfacere. Et reſpondeo promiſſionem eſſe ſimilem legi; quoniam ut Reg. LXXXV. aſſerit Bonifacius VIII. in 6. ex conventione legem (hoc eſt, formam & terminos) naniſcuntur univerſi contractus: at non eſſe propriè legem, obligatio legum enim ritè latarum & à populo acceptatū obligatio, non à ſubditorum, ſed à legiſlatoris voluntate dependet: & rerum obligatio, à promiſſarii tantùm volūtate dependet, quin ullum promittenti in illa arbitriū relinquatur.

Quis in legibus, & quis poſſit in legibus diſpenſare?

Leges Definitivæ in Iure Cæſareo ſunt illæ, quæ ex Iure Naturæ deſumpta.

Ad ſecundam dico, in Promiſſione, ut promittentem obliget, ex natura rei acceptationem requiri; & Iura Civilia, quæ dirimunt non acceptatam, eſſe Definitiva: non enim præcipiunt aut diſponunt, ſed definiunt, quid ſtando Iuri Naturæ debeat fieri. Et hinc patet ſublata externi fori obligatione, non permanere obligationē fori interni: illa enim Iura, non intercedere interni fori obligationem aſſerunt, & definiunt. Et ad Ovidii verſum dico. Sponſalia illa, de quibus ibi agitur, fuiſſe acceptata, ac propterea obligate, & hoc, ab omni Humano Iure præſcindendo.

Sponſalia obligant ex Iure Naturæ.

An cauſæ piæ à Iure Cæſareo regantur?

Ad Tertiam dico, illam doctrinam, quæ Promiſſiones ad pios uſus ab illis, quæ fiunt de rebus profanis, diſtinguit, eſſe plenam invidia, & aliter ab Eccleſiaſticis, & aliter à ſæcularibus paſſim decidi. Sed quidquid de hoc ſit, illam aſſero non habere locum in præſenti Quæſtione, quoniam ad Promiſſionis valorem non ego Iuris Cæſarei vi, ſed ex rei natura, ſeu ex Iure Naturali, acceptationem requiro.

Unde in Promiſſione Acceptatio requiratur?

Ad Quartam aſſero, doctrinam de Occulta compenſatione pejorem eſſe Reſtrictionibus Mentalibus, quas impræſentiarum impugno. Ipſa enim, ut ut in inſula nulli Principi ſubdita cum limitationibus, ſub quibus à ſuis Authoribus traditur, permitti poſſit; locum habere nequit, ubi legibus regimur. Ceſſimus enim jure utendi Iuſtitia Privata, & per Publicam negotia omnia expedire debemus.

An tolerabilia ſint, quæ de occulta compenſatione ſolent dici?

Doctrinam hanc de Compenſationibus occultis tandē condemnavit Innocentius XI. die 2. Martii 1679.

Ad Quintam dico, Titium, qui tibi centum aureos v.gr. promiſit, poſſe antequam illos acceptes, Promiſſionem licitè revocare: nam per Acceptationem jus adquiris, & ante illam non habebas jus, ne mutet dictamen Titius & reſipiſcat. Cæterum, ſi ſemel tu rem tibi promiſſam acceptaveris, ſine tuo ille conſenſu ab obligatione liberari non poterit.

Ante acceptationem poteſt revocari Promiſſio.

Sextam rationem carere efficacia reſpondeo: conſulit enim Deus, ut ſibi meliora voveamus, & ſe omnia vota de meliori bono acceptare ſæpè revelavit Eccleſiæ. *Vovete & reddite Domino Deo veſtro* per Davidem pſal. 75. inquit Deus; & per Salomonem proverb. 20. *Ruina eſt homini devorare Sanctos, & poſt vota retractare*.

Deus vota ab hominibus emiſſa acceptat.

Tametſi ſeptima nihil mutet in re, expedienda eſt, nam malè loquuntur Authores. Promiſſio ſine ullo onere aut gravamine, ſi fiat Eccleſiæ, (aut loco alicui pio) ſtatim obligat, dicunt illi, & aſſentior. Inferunt. Ergo Promiſſio, quæ Eccleſiæ fit, non indiget acceptatione. Et ego conſequentiam nego; & cauſam, ob quam obliget ſtatim, expono. Eccleſiæ reguntur, per Adminiſtratores, non per Dominos: & ideò, Eccleſiarum Rectores ſunt Tutores & ſicut nō poſſunt de rebus, quas poſſidēt Eccleſiæ, pro voluntate & arbitrio diſponere, ſic nec eſt illis liberum, prout velint, promiſſa acceptare, aut renuere, ſed omnia, quæ Eccleſiis utilia ex officio acceptare tenentur. Ergo cum aliquid ſine ullo onere vel gravamine Eccleſiæ promittitur, ſtatim obligat: non quod non ſit neceſſaria Acceptatio; ſed quia illud acceptari ſupponimus, ſiquidem illud Rectores acceptare tenentur. Et conſultò illud *ſine ullo onere*, & *gravamine* poſui: nam quando Eccleſiæ, aut Loco Pio, aliquid titulo oneroſo promittitur, non reſultat ſtatim obligatio, nam Rectores ſeu Tutores debent rem examinare & librare; & ſi res tali modo promiſſa non ſit utilis illam debent reſpuere.

An Promiſſiones factæ piis locis indigeant acceptatione?

Qualem, & quantam authoritatem habeant, & non habeant, Eccleſiarum Rectores?

SE-

SECTIO IV.

An ex Iuſtitia, An verò obliget ex ſola Veracitate Promiſſio?

Proponere non eſt Promittere.

PVrum Propoſitum à Promiſsione debere diſtingui, reſpondeo. Qui aliquid facere proponit, nihil prorſus promittit. Et id in Pœnitentiæ Sacramento evidenter percipitur; nam nunquam impoſterum ſe peccaturum proponit Pœnitens & tamen, ſi poſt abſolutionem recidat, non dicitur votum aut juramentum temeraſſe, quoniam Propoſitum non eſt Promiſsio.

Quæſtio proponitur.

Hac doctrina præmiſſa interrogas, *An & quo modo obliget Promittentem Promiſſio? An ex Iuſtitia, an ex ſola Veracitate? An, qui non ſtat promiſsis, injuſtus, an mendax tantummodò, cenſendus ſit?*

Quale peccatū ſit non ſtare promiſſis?

Meratius *tom. 2. de juſt. & jur. diſp.* 19. *ſect.* 10. hoc ſecundum pronunciat: & conſequenter aſſerit, non ſtare promiſsis eſſe tantùm mendacium, adeoque ex ſe non niſi peccatum veniale. Cujus ſententiam in caſu, quo Promiſſario nullum malum præter carentiam rei promiſſæ superveniat, eſſe probabilem judicant Diana *p.* 2. *tr.* 7. *reſol.* 10. & *par.* 4. *tr.* 4. *reſol.* 122. Coloninus *in ſumm. verb. Promiſſio. num.* 2. & alii. Sed contra Vaſquez *in 1. par. diſp.* 85. *cap.* 6 *num.* 4. illum, qui in materia gravi non ſtet promiſſis, mortalis peccati incriminatur: quoniam violat Iuſtitiam legalem, quam omnes obſervare tenentur. Et ſuam Opinionem confirmat, quoniam nemo excommunicari poteſt ob peccatum veniale. At, qui non ſtant promiſsis in re gravi, excommunicari poſſunt. *cap. 1. de pactis.* Ergo promiſsio obligat ſub peccato mortali.

Qualem Iuſtitiam temeret?

An poſſit excommunicari?

His nihilominus præmiſsis, & conſideratis has Concluſiones ſubſcribamus. Sit

An omnem prorſus Meratius auferat Promiſſionem?

PRIMA. *Meratii opinio Promiſſionem confundit cum Propoſito. Immò ſic illam confundendo, omnem Promiſſionem aufert, & Propoſitum tantùm relinquit.* Patet: quoniam hæc Propoſitio, *Ego propono legere cras pſalmos Pœnitentiales,* me obligat jure veracitatis ad habendum intentionem illos legendi: alias enim, ſi ſine tali intentione hæc verba dicerem, mentirer, & peccarem venialiter. Ergo, ſi Veracitatis titulo, & ad ſolum veniale promiſsio obligat, à propoſito non poteſt diſtingui.

An poſſit mutari propoſitum?

SECVNDA. *Propoſitum non obſtante Veracitate mutarè ſine veniali poteſt.* Eſt omnium: nemo enim dicit eum peccare, qui poſtquam aliquid facere propoſuit, voluntatem alterat, aut retractat.

An poſſit Promiſſio retractari.

Corollarium. *Ergo etiam Promiſſio, ſi in hac nulla alia eſt obligatio præter illam, quæ naſcitur à Veracitate, mutari poterit.* Benè infertur: & tamen contradicit Meratio. Ergo oſtendere deberet hic Theologus, cur mutare dictamen, qui propoſuit, poteſt; & qui promiſit, non poteſt. Ergo vel debebit dicere, utrumque mutare dictamen poſſe, vel neutrum poſſe: vel propoſitum veracitatis juribus, promiſsionem autem aliis legibus ſubjectam eſſe.

De Iuſtitia legali. Quæ ſit?

TERTIA. *Qui Promiſſis non ſtat, non violat Iuſtitiam Legalem.* Eſt contra Vaſquez, & probatur. Quoniam *Legalis Iuſtitiæ* nomine civilem intelligimus: & ſi nullæ in Mundo eſſent Humanæ leges, adhuc promiſsio in conſcientia obligaret.

An graviter obliget aliquando Veracitas?

QVARTA. *Bene probatur* ex cap. 1. de pactis. *Promiſſionem obligare in conſcientia non autem obligare ex Iuſtitia.* Demonſtratur: quia ſunt occaſiones, in quibus obliget ſub mortali Veracitas, & in iiſdem, qui mentiretur, poſſet excommunicari.

Pergamus ergo ulteriùs, aperiamuſque mentem noſtram, & Veram Doctrinam proponamus.

De Iure in re, & Iure in rem. Quomodo diſtinguantur?

QVINTA. *Ius* in re *diſtinguitur à Iure* in rem. Oſtenditur: nam Ius *in re* habet, qui jure & facto rem poſſidet; Ius autem *in rem*, qui de facto poſſidet rem, habet tamen jus, ut ponatur aliqua circumſtantia (poſitiva aut negativa) qua poſita ſit poſſeſsurus. Sic filius vivente patre non habet ullum jus *in legitima*, nam eam non poſsidet; at habet *in legitimam*, nam interveniente morte patris illa ſibi ex legum præſcripto debetur.

Quomodo Donatio à Promiſſione diſtinguatur?

SEXTA. *Per Donationem Donatarius adquirit Ius* in re: *& per Promiſſionem Promiſſarius Ius* in rem. Ad veram Donationem requiritur realis aut moralis traditio: [& id bene nota: errant enim, qui realem neceſſariò requirunt.] & hanc ob rem per donationem equi Titius adquirit jus in equo; at quia nulla in promiſsione intercedit traditio, per promiſsionem equi Titius adquiret jus in equum, non in equo.

Promiſſio eſt verum pactum, & verus contractus.

Corollarium I. *Ergo Promiſſio eſt verum Pactum aut Contractus, initurque inter Promittentem & Promiſſarium, & ad Iuſtitiam Naturalem ſpectat.* Firmat hoc Corollarium, doctrinamque ex qua illud deducitur, humanorum Operum cum Gloria æterna comparatio. Si illa ſecundum ſe, ab omni promiſsione præciſa conſiderentur, non habent neceſſariam aliquam cum Gloria æterna connexionem: nam homi-

Operibus humanis ſecundū ſe conſideratis æterna Gloria non debetur.

ni-

nibus, etſi multas virrutes morales exercuiſſent, potuiſſet Deus dicere, *Servi inutiles eſtis*: quoniam, ut docemur à Paulo, *Non ſunt condigna paſſiones hujus vita ad futuram Gloriam, qua revelabitur in nobis.* Interim hodiè juſtè & ſanctè viventibus & in gratia morientibus, Gloria æterna debetur. Sed unde? Ciſtercienſes in Hymno

Hymnus per Quadrageſ. ad Complet.

Si corde rogamus pio,
Certè debes ex promiſſo.

At hodie debetur propter promiſſionem.

Ecce jam Iuſti habent Deum debitorem; ipſe enim, quia aliàs nihil prorſus poterat debere hominibus, Iuſtis Gloriam æternã promittendo, ſe illis debitorem conſtituit. Sed hæc Divina Promiſsio in quo genere obligationem conſtituit in genere Iuſtitiæ, an verò in genere Veracitatis? Reſolvit hanc quæſtionem Apoſtolus, dicens, *Repoſita eſt mihi Corona Iuſtitia; quam reddet mihi Dominus Iuſtus Iudex; & non ſolum mihi, ſed & omnibus, qui diligunt adventum ejus.*

Et hoc debitum pertinet ad Iuſtitiam.

Ergo è Divinis deſcendendo ad humana, qui rem promiſſum tempore, quo debet, non conſignat, eſt iniquus rei alienæ detentor. Ergo ſi materia ſit gravis, peccabit mortaliter; & ſi contumax fuerit, poterit excommunicari, ut *cap. 1. de pactis* à Iure Pontificio reſolvitur.

Non obligat, niſi acceptetur.

Corollarium II. *Ergo vera Promiſſio ſine Promiſſario ſciente, & rem promiſſam acceptante non datur.* Et probatur, nam promiſsio, & pactum & contractus eſt. At (ſive illud ab hoc diſtinguatur, aut non) tam illud, quam hic iniri debet inter duas partes. Ergo. Et conſultò dico *inter duas partes*, & non *duos homines*, quia ſicut Petrus poteſt Ioanni hoc vel illud promittere; ſic Carolus & Livius poſſunt Ioanni; nec non Aurelio & Ferdinando poterit Iſidorus.

Fit inter duas partes: at in alterutra poterunt eſſe plures homines.

Συμβόλαιον. Συνάλλαγμα.

Probatur Minor: Pactum enim vocatur Græcè Συμβόλαιον aut Συνάλλαγμα, ut per illam præpoſitionem σύν plures in Pacto intercedere ſignificetur. Cicero 2. *de invent.* ſic ſtatuit. *Pactum eſt, quod inter aliquos convenit, ut jam ita juſtum putetur, ut jure præſtari dicatur.* Vnde in Iuris Canonici Regula 85. dicitur. *Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur.*

Vnde leges dicantur?

Leges à ligando dicuntur, quòd voluntatem, aliàs liberam, ligent & obligent. Et ideò Pacta etiam nominantur *contractus*, quod liberi arbitrii ſphæram contrahant. Dixit *libr. de claris Oratorib.* Cicero. *Contracta & adſtricta Eloquentia putanda eſt Dialectica.* Et illi conſentiens inquam Ego. *Contracta & adſtricta libertas putanda eſt illa, qua legum imperio gubernatur.*

Cur dicatur contractus?

Diſcrimen Rhetorica & Dialectica.

Alexander Scotus. *Contractus eſt duorum vel plurium in idem conſenſus.* Nota vocem *conſenſus*. Ergo, ſi non conſentiant Paciſcentes, nullus erit contractus. Conſenſus ad animum, & non ad linguam ſpectat. Ergo, tametſi duo eodem modo loquantur, ſi diverſimodè voces intelligant, non fiet contractus. Voces accipi debent in ſignificatione communi: quæ à circumſtantiis & fine deſumitur; quæ privata alterutrius malitia aut dolo non poteſt reſtringi aut mutari. Fraudem in verbis, quæ contractum conſtituunt, omnia Iura exſecrantur, & *libr. 3 Offic.* exclamat Cicero, *Pacta & promiſſa ſemper ſervanda eſſe, qua nec vi, nec dolo (ut Pratores ſolent dicere) facta ſunt.*

An contractus iniri debeant inter plures?

Quomodo verba accipienda ſint in Contractibus?

An ſint vi & dolo debeant contrahi?

Vltima Iuris Canonici Regula in 6. cõcipitur à Pontifice his verbis. *Certum eſt, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis* (Legiſlatoris) *nititur voluntatem.* Et ego in *Dialexi*, De non certitudine, *Artic. 2. in fin.* hanc eamdem Regulam in Contractibus locum habere juſſi, & ſic illam repoſui. *Certum eſt, quod is committit in contractum, qui contractus verba complectens, contra contrahentium nititur voluntatem.* Et, ut hanc doctrinam bene intelligas, aliquos Contractus à Maximis initos Principibus, & per cavillationem fractos, breviter recenſebo.

Regula 88.

Quomodo ſint intelligenda & exponenda leges quo contractus?

SECTIO V.

De Phiruſii, Perſia Regis, & Arſchſchánvari Haithalia Regis pacto. Quid Terminalis Lapidis *nomine intelligendum ſit?*

QVæ uberiùs de Perſarum Regibus Schickhardus ſcripſerat, Hottingerus *in ſua Orientalis Hiſtoria lib. 1. c. 3. à pag. 161.* ad ſynopſim reduxit. Et quintum-decimum illius vaſtiſſimæ regionis Principem Phiruzium eſſe affirmat, & fratre occiſo Iazdigerdio, patri ſuo, ſucceſſiſſe. Conſtituit apud ſe Phiruzius, ut virtutis ſuæ ſpecimen ederet, Arſchſchánvarum Haithalitharum Regem aggredi, & illa regione potiri; quam ob rem lecta & conſcripta numeroſa militum multitudine animosè progreditur. Ingreſſus aridas & incultas eremos, majori militum parte ſiti & inedia abſumpta, pugnando impar, hoſtem reperit: & primo conflictu fuſus, victus, captus, debuit de conditionibus opportunis paciſci. Salutem, veniam, & libertatem poſtulans, obtinuit hac videlicet lege, ut ſe contineret in Perſia, & nunquam Haithaliam regionem bello affligeret; &, ne eſſet de terminis regnorum dif-

De hiſtoria antiqua Regum Perſa.

Phiruzius quintus decimus Perſarum Rex, Haithaliam regionem invadit: cadi-tur, vincitur, capitur, & pace ſtabilita dimittitur.

Fœdus firmatum juramento violat.

Digitized by Google

difficultas, lapidem erigunt, qui Perſiam ab Haithalia diſtingueret. Phiruzius conditiones acceptat, & illas juramento confirmat. Reverſus domum, gloriæ cupidus, ut ignominiam illam ulciſceretur, cõſcribit novum militem, ut majori prudentia & exercitu Haithalithas expugnet.

(a) Qui ejus Arabica verba deſideret, illa apud Ottingerum *pag.* 182. inveniet.

Hinc proderit audire Patricidem Latinè loquentem (a) inquit enim: [Vbi negotium hoc ſuis Conſiliariis propoſuit, reſponderunt. Vtique fœdere ipſi junctus es (juramento ei ſecuritatem promiſiſti) & certè perjurij & perfidiæ pœnam metueremus, ſi ex noſtro conſenſu hanc expeditionem inires. Illis Phiruzius. Ego pactus ſum cum eo (Arſchſchanvaro) quòd lapidem non ſim tranſiturus. Vehi igitur curabo ante me lapidem: nec unquam illum à tergo dimittam. At illi ſuccIamabant. Pactum non juxta tuam explicationem debet intelligi, ſed ut apparet (juxta ſimplicem & literalem ſenſum) Non eſt juramentum de lapide; ſed (de loco lapidis? nam) fœdera explicanda ſunt, prout vulgò ea homines intelligunt.] Noluit adquieſcere huic ſano conſilio Phiruzius; ſed ſuperbè audax eremos illas ſuperat iterato diſcrimine: & exſpectatus, nam præceſſerat fama, ſe ſiſtit amico perfidus & perjurus. [Congreſſi autem Reges iſti, ibi dimicant; mox Phiruzius cum ſuis cæditur, in fugam convertitur, meritaſque perjurii pœnas luit.

Quo ſenſu accipi debeant verba, quæ in contractu ponuntur?

Phiruzius iterum cæditur & vincitur.

Ottingerus *p.* 182. ponit in margine; *Nota æquivocationem Ieſuiticam, ipſis Perſis exoſam*. Et in corpore ait. *Major certè Perſarum iſtorum fuit fides, candor, & integritas, quàm eorum, qui juramenta ſua, non ex intentione partium, ſed mentali quadam reſervatione metiuntur. Sed ſurdo narrabant fabulam*, &c. An-ne cogar impreſentiarũm Mentales Reſtrictiones tueri, ut PP. Ieſuitas eripiam ab Invidia Ottingeri? Mea illi adſiſtentia non indigent: nam calumniæ ſuo pondere corruũt; & quò graviores, citiùs. Dico ergo (1) Reſtrictiones Mentales nullo modo reſtrictas non admitti à Ieſuitis; & licèt multos legerim, aſſero me ne unum quidem vidiſſe, ex quo colligere Ottingerus poſſit, ſecundam Phiruzii expeditionem excuſari à perjurio. Ieſuitis ergo imponit homo Hæreticus, quod nunquam apud illos reperiet. Dico (2) Mentales Reſtrictiones ad tales vel tales circumſtantias reſtrictas paſſim admitti hodie in Scholis, nec debere Ieſuitas ſingularitatis accuſari, ob doctrinam, quæ eſt Doctoribus multarum Religionum communis. Dico (3) in reſtrictis hujuſmodi Reſtrictionibus, (ſed hoc jam ſum ſub ipſum initium proteſtatus) debere duo conſiderari, quid dicatur præſtare, & , quid præſtent? Porrò dicuntur, poſitiones æquivocas & latè patentes reſtringere: & tunc illæ ipſæ poſitiones reſtringi certum eſt, tametſi non ab ipſis, ſed à circunſtantiis conſignificantibus reſtringantur. Quam ob rem Mentales Reſtrictiones nil præſtant.

An ſoli Patres Ieſuitæ tueantur Reſtrictiones Mentales?

An ipſi admittant non reſtrictas?

An aliorum etiam Ordinũ Theologi admittant Reſtrictiones reſtrictas?

Venio ad rem: & Phiruzium Sacramentum violaſſe, & fuiſſe perjurum affirmo: & ut demonſtrem, ſic diſcurro. Ejus verba, quæ fuerunt juramento firmata, ſunto hæc. *Lapidem N. non tranſibo*. Et quia Elmacinus *pagin.* 255. dicit; *Eos* (Regem Perſiæ, & Regem Haithaliæ) *poſuiſſe lapidem duo illa regna diſcriminantem*, aſſero lapidem ſumi poſſe bifariam, materialiter, & formaliter: quoniam materialiter ſumptus, ſuam dicit entitatem & quocumque ponatur, erit idem: ſumptus verò formaliter, præter ſuam entitatem includit locum, qui eſt forma characterica, quæ illum in eſſe lapidis terminalis conſtituit. Et hoc ſenſu eſt immobilis, non enim erit duorum regnorum terminus, ſi transferatur aliò. Lapides iſti terminales fuerunt *Termini* dicti: & ut permanerent immoti, non niſi immanes ponebantur. Apud Virgilium *Æneid.* 12. Turnus,

An fuerit perjurus Rex Perſiæ?

Lapis bifariam ſumitur: nempe, materialiter, & formaliter.

An & unde ſumi debeat reſtrictio?

> *Nec plura affatus, ſaxum circumſpicit ingens,*
> *Saxum antiquum ingens, campo qui forte jacebat,*
> *Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis,*
> *Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent,*
> *Qualia nunc hominum producit corpora tellus*, &c.

Et quia pax eſt donum ſummi Dei, & hi Lapides continebant in pace homines, fuerunt Divino honore culti, & unus cõfictus Deus, qui vocaretur *Terminus*, qui in ſingulis limitum ſaxi divinitùs repeteretur. Grandia profectò templa erexerunt huic Numini. Et quoniam limites in loco aperto & libero debent, conſtitui: & ſicut ſub initium poni, ſic etiam bona fide ſervari. Hanc ob rem carebant tecto templa Termini [Livius 1. ab Vrb. *Cùm omnium ſacellorum exaugurationem aves admitterent, in Termini fano non addixere*.] Et Numa Termino & Fidei unum templum erexit [Plutarchus in Numa] prudenter innuens fruſtra conſtitui & conſervari Terminos, ſi in illorum fixione bona fides deficiat, aut dolus in eorum conſervatione ſubrepat. Hac doctrina præventi ad ſaxum Perſiam ab Haithalia ſecernens oculos convertamus. Profectò lapis N. tametſi bifariam aliàs accipi poſſet, habet reſtrictam & determinatam ſignificationem in illo contractu. Nam

Quomodo explicanda ſint fœdera?

Hai-

Haitalithæ retinebant captivum Regem Perſiæ; &, ne bello altero affligerentur, ei vendiderunt libertatem: & pretium fuit, lapidem terminalem non tranſire, hoc eſt, in Haithaliam non ingredi. Ergo bene intelligebant pactum Perſæ, cùm ſuo Regi inſultabant dicentes; *Non eſt juramentum de lapide, ſed* (de loco lapidis: nam) *fœdera explicanda ſunt, prout vulgò ea homines intelligunt*. Conſonat Perſis Baldus aſſerens, omnem intellectum (vocum expoſitionem) qui non conſonat auribus vulgi, impertinentem eſſe; *De pace Conſtant. in verſ. promitt.* Semper & meritò laudatur claritas. *in Authent. de teſtam. imperf.* & contra improbatur obſcuritas *leg. ſi legatario, §. fin. D. de fideicomm. libert.* Et hic eſt modus interpretandi leges, quoniam earum verba ad vulgi mentem debent, & non ad ſubtilitates Metaphyſicorum exponi, *leg. certi conditio. §. ſi conditio*, & *leg. certè. in fin. de prec.* Et firmat hæc omnia Imperator *leg. 1. §. nulla, de vet. iur. enuc.* eas leges eſſe firmiſſimas aſſerens, quę quotidiano uſu roborantur. Iac. Spieg. *in Lexic. Iurid.* nullæ autem in viridi obſervantia eſſe poterunt, niſi quæ ab omnibus intelliguntur: nec intelligi ab univerſis poterunt, niſi quarum verba juxta vulgi Vocabularium accipiantur.

In legum, teſtamentorum, & omnium contractuum expoſitione ſumenda verba ſunt ſecundũ communem ſignificationem.

In hac Perſarum clade Summi Numinis Providentia & Iuſtitiam Vir quidam Eruditus ſuſpiciens, hoc olim dictavit Tetraſtichon.

Καί με λίθον πέρσαι δεῦρ' ἤγαγον, ὄφρα τρόπαιον
ςήσωνται νίκας. εἰμὶ γὰρ νῦν Νέμεσις.
ἀμφοτέροις δ' ἕςηκα καὶ Ἕλλησσι τρόπαιον
νίκας, καὶ πέρσαις τοῦ πολέμου νέμεσις.

Quod Auſonius Gallus ſic reddidit.

Me lapidem quondam Perſæ advexere, trophæum
Vt fierem bello, nunc ego ſum Nemeſis.
At ſic ut Græcis victoribus aſto trophæum, (a)
Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis.

Et quidem meritò in Terminali Lapide Νεμέσεως Divinitatem Poeta concipit. Eſt enim immobilis, & agros ab agris ſecernit. Peccarunt autem in Divinam Iuſtitiam Perſę Lapidem Terminalem transferendo: & ideò à Deo juſtiſſimè puniti ſunt.

a] Tempore mutantur Regionum & Regnorum nomina; contrahuntur & dilatantur termini: ex hac autem hiſtoria Crites.

duo colligimus, videlicet, & Haithaliam fuiſſe Perſis conterminam, & ſub Græciæ contineri vocabulo.

SECTIO VI.

De Cleomenis & Argivorum Induciis. *Quid Diei nomine veniat intelligendum?*

ADdam aliud perfidiæ exemplum, ut meliùs cognoſcatur, unde in contractibus debeat ſumi Reſtrictio. Apud Plutarchum *in Laconic.* hanc hiſtoriam interlego. Cleomenes Argivos bello difficili & moleſto premebat; ſed quia agens in agendo repatitur, ejus etiam premebatur, & multarum rerum inopia laborabat exercitus. Ergo, ut utrique, aſſiduo labore fracti, tantiſper quieſcerent, ſeptem dierum pepegerunt inducias. Cùm autem tertia nocte Argivos ab omni ſuſpicione liberos ſomno eſſe ſepultos didiciſſet, inexſpectatus eos invaſit, & pleroſque interemit. Et quia pauci illi, qui fuerant præterlapſi, exprobrabant Cleomeni violatam jurisjurandi fidem, illorum ipſe verba *ἀργείαν φορὰν Argivam calumniam* abuſus adagio, vocitabat, & eorumdem lachrymas ridebat dicens, *De diebus quidem pactus ſum, ſed noctes jurijurando non ſunt addita.* Sed nihil fuit à perfidia lucratus: quoniam civitatem, quam obſidebat, & propter quam crimen perjurii admiſit, non obtinuit; mulieres enim tanto perfidiæ ſcelere concitatæ, & ob maritos, filios, fratreſque proditoriè interemptos in rabiem actæ, ſubripuerunt è templis Deorum arma, & eis inſtructæ, ut tigrides prodiere in campum, & Cleomenis deleverunt exercitum. Ipſe tandem à mulieribus cum dedecore victus, nolens hanc ignominiam ferre, ſibi mortem conſcivit.

Milites ubi maximè premunt, premuntur.

Inita inter Cleomenem & Argivos induciæ.

Cleomenes inducias non ſervat. An potuerit mentali reſtrictione excuſari?

A mulieribus vincitur.

Et ſe tandem occidit.

Recognoſco hanc hiſtoriam; & quia duo habent nomina Græci, quibus *diem* ſignificent: nempe, ἡμέρα, & ἡμερονύκτιον, quorum illud *diem ut ſic*, poſterius, *tempus & die & nocte compoſitũ* indicat; inducias illas non fuiſſe διὰ ἑπτὰ ἡμερονύκτια colligo; quoniam, ſi ſub his verbis fuiſſent pactæ, non haberet unde cavillaretur Cleomenes. Ergo fuerunt induciæ διὰ ἑπτὰ ἡμέρας.

ἡμέρα, & ἡμερονύκτιον ſonant diem: quomodo differant inter ſe?

Vox Græca ἡμέρα, ſicut Latina *dies*, bifariam ſumitur, civiliter & artificialiter: civiliter ſumpta complectitur 24. horas, quæ apud Romanos à media nocte in mediam noctem numerantur; & antequam fuiſſent horæ receptæ, diei partes inæquales erant, & propriis diſtinctæ nominibus,

De diebus civilibus, & artificialibus.

Ante horarum inventionem in partes dies aliter dividebatur.

ut Macrobius *libr. 1. c. 3.* exponit, Sanè nomina τὸ διήμερον, τριήμερον, τετραήμερον, πενταήμερον, ἑξαήμερον, ἑπταήμερον, &c, *biduum, triduum, quatriduum, quinquiduum, ſexiduum, ſeptiduum*, &c. ſumi debent civiliter: nam, ſi hodie tibi ſolvere debeam mille aureos, & poſtulem, ut διὰ τριήμερον, *per triduum* exſpectes, & adquieſcas: nemo dicet ſolvendi obligationem per diem ceſſare, & per noctem tedire. Vox eadem ἡμέρα, *dies*, ſi artificialiter ſumatur tempus ſignificat, quod ab ortu ſolis ad occaſum decurrit: & hoc tẽpus *dies artificialis* dicitur, toto enim illo artifices exercent ſuas artes. Et hoc ſenſu dies differt à nocte. Plautus Men. ſcen. 1. act. 2. *Ea ſi memorem, nox diem adimat.* Et in Capt. ſcen. 3. act. 2. *Neque die decet memorari, neque nocte nocerier.* Et in Aſin. ſcen. 1. act. 4. *Hanc anum totos, dies, noctesque bibit.* Et Virgilius Æneid. 6. *Noctes atque dies patet atri janua Ditis.* Et hanc etiam diſtinctionem reperimus in Bibliis, quoniam Propheta Rex pſalm. 18. 3. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* & pſalm. 120. 6. *Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.*

Cur tempus, quo ſol ſupra horizontem excurrit, vocetur Dies artificialis?

Scio Davidem Origanum *Ephemerid. tom. 1. part. 1. de tempor. cap.* 5. ſaltem aliter loqui, & ut curioſitati Eruditorum ſerviam, ejus verba produco. [Aſtronomi, ait, dies vulgari diviſione in Naturales & Artificiales diſtinguunt. Et *Naturales* ſpacium temporis vocant 24. horarum, quo Sol facta una Cœli revolutione ad cumdem locum redit. *Artificiales*, quo Sol ſupra horizontem commoratur, & præſentia ſua hemiſphærium noſtrum illuſtrat. At nos licet, ſimiliter diem dividamus, appellationes tamen illas non amplectimur. Neque enim dies alius artificialis dici poteſt, quàm qui arte vel de nocte, vel in tenebris accenſo lumine ad pellendas tenebras comparatur, ut & naturalis ſolummodo is rectè appellatur, qui natura dies eſt, & à nocte ſejungitur. Sic enim, & Cenſorinus *in lib. de die naturali* inquit; *Dies naturalis eſt tempus ab oriente Sole ad Solis occaſum; cujus contrarium tempus Nox eſt ab occaſu Solis ad ortum.* Ergò quem Vulgus *Naturalem* vocat, eum Civilem appellamus, quando, & civilis conſuetudo diem 24. horis numerat, & Solis reſtitutione proxima ad eundem ex circulis ſphæræ immobilibus horizontem, vel meridianum menſurat: Et quem *Artificialem* appellat, eum *Naturalem* dicimus. Natura enim diem à nocte, lucem à tenebris ſejungit, & diem laboribus, noctem quieti deſtinat. Græci hunc Naturalem diem ſimpliciter ἡμέραν, illum vero civilem νυχθημέρον vel νυχθήμερον, vocant quãdoquidem noctem, & diem complectitur. &c.] Et, ut video etiam alii cum Davide hoc loquuntur, nam in Calepino Paſſeratii legitur, *Eſt dies naturalis ab ortu ad occaſum Solis.* Interim, ſive hoc, ſive illo nomine dies, ut condiſtinguitur à nocte, indigitetur, non præſtabit, ut à perjurio & perfidia Cleomenes emaculetur.

De Davide Origano.
Quomodo dies Naturales, & Artificiales exponat.

Non convertitur in diem artificialem, quãde accẽſis ignibus & facibus illuminatur.

De Die Civili & Naturali.

ἡμέρα
νυχθημέρον
νυχθήμερον

Calepinus & Paſſeratius.

Et ut id evidenter oſtendam, ſiquidem ille contractus initus Græcè fuit, prodeſit examinare, *An vox ἡμέρα in illo ſumatur genericè, prout à differentiis, per quas poteſt contrahi, præſcinditur; an verò ad alteram ſignificationem reſtringatur?*

Quid vox ἡμέρα importet in illo induciarum contractu?

Profectò Cleomenes, ut ſe à perfidiæ, & perjurii nota emaculet, diſcutit ſic. Induciæ initæ ſunt διὰ ἑπτὰ ἡμέρας, *per ſeptem dies.* Vox ἡμέρα, *dies*, eſt æquivoca, & duas habet ſignificationes; & unicuiq; liberum eſt, eam ad alterutram contrahere & reſtringere. Ergo ego ita illam mente determino, ita mente reſtringo, ut illo nomine tempus, quo Sol ſupra noſtrũ horizontem excurrit, intelligere velim; & nolim illud, quo inferiùs labitur, & *noctem* communiter dicimus. AT CONTRA Argivi, vocem illam æquivocam, inclamant, non per mentem aut voluntatem, quæ latent homines, ſed per conſignificantes circumſtantias, notas univerſis, reſtringi. Fœdera (quod & ſcitè monebant Perſæ, ut vidimus præcedenti Sectione) eſſe explicanda, prout vulgò ea homines intelligunt. Concludunt vocem ἡμέρα, *dies*, per circumſtantias adjacentes reſtrictam, eſſe ἡμερονύκτιον, *tempus quod dies & nox ſimul ſumpta componunt.* Sic ratiocinabantur Argivi, quos ſanè intellexiſſe illud nomen reſtrictum eſſe ad civilem ſignificationem, patet clarè; nam aliàs non dormiviſſent in utramque aurem, nec vitas ſuas induciarum fidei credidiſſent. Addo illos bene intellexiſſe, & eodem ſenſu Cleomenem, & ejus milites ſub initium vocem uſurpaviſſe: & hoc perſuadeo. Quoniam induciæ, & utriuſque partis milites, qui erant labore improbo fracti, quieſcerent, & vires reſumerent, concedebantur: at quieti & ſomno propriè nox indulgetur, unde Virgilius 1. *Georg.* ſomnum pro nocte accepit, dicens.

Cleomenes mẽtalium reſtrictionum ope ſe à perfidia & perjurii nota emaculare conatur.

Argivi mentales reſtrictiones rejiciunt, & recurrunt ad cõſignificantes circumſtantias

Quo ſenſu vocem Cleomenes ſub initium acceperit?

Libra dies (a) *ſomniq; pares ubi fecerit horas.*

Ergo in induciis incluſæ fuerunt noctes. Ergo & illæ in juramenti ſunt objecto Ergo Cleomenes fuit perjurus.

a) *Dies* habet in Genit. *dies, diei, die,* & *dii* Cicero pro Sexto, *Non auturus illius diei pœnas.*

Accedit, quòd Argivi inducias à Cleomene petierint? ergo ſicut ab Interrogatione reſponſio, ſic à Petitione Conceſſio

Reſponſio ab Interrogatione reſtringitur, & à Petitione Cõceſſio.

eſt

Digitized by Google

eſt reſtringenda. Ergo cum extra dubium ſit,in Petitione ſua Argivos dierum nomine ἡμερονύκτια, utrumque tempus, diurnum nocturnumque intellexiſſe; debebit etiam extra dubii aleam poni Cleomenem eodem ſenſu vocem uſurpaviſſe. Ergo violavit poſteà fidem, perpetravit perjurium,& perfidè omnia illa homicidia commiſit,nec ulla poterit Mentali Reſtrictione excuſari.

P. Poncii Sententia.

P.Ioannes Poncius *tom. 4. in librum 3. ſentent.diſt.38.qu unic.pag.605.2. num.55. §. Confirmatur ſecundò.* agit de Cleomenis perjurio, & duo ſupponit. Alterum publicos contractus ſolere iniri verbis incertis & ambiguis. Alterum,id non licere,ſaltem cum Reipublicæ hoſtibus. Et Concluſionem ad publicos hoſtes reſtringit, nam dubitat de Contractu privato. Ejus verba ſunt hæc. [Dum convenitue cum ipſis hoſtibus, ſaltem publicis, non poſſumus æquivocatione uti. Ergo multò minùs cum aliis. Antecedens patet: quia aliàs non poſſet relinqui locus ſedandi controverſias & bella publica: quia quævis pars poſſet meritò ſemper timere de fraude mediante æquivocatione. Et hinc meritò malè feciſſe ab omnibus æſtimati ſunt, qui in hujuſmodi conventionibus æquivocatione ſunt uſi;ut ex.gr.Cleomenes ille, de quo Plutarchus *in Apophth.* qui trigiora dierum cum hoſte pactus inducias,noctu hoſtiliter ſe gerebat; non noctium,ſed dierum pactas inducias aſſerens, cum tamen hoſtes, noctes etiam comprehenſas intelligerent. Plura alia exempla recenſet Molanus *lib. 1.de fide hereticis ſervanda*, & Serrarius *in cap.9.Ioſva.b.5*.Dixi autem in Confirmatione, *ſaltem cum hoſtibus publicis*, nam de hoſte privato & latrone res non eſt tam certa.&c.]

An aliter de Contractibus publicis,& aliter de privatis philoſophandū ſit?

Cleomenis perfidia condemnatur.

Suppoſito, ut dicebamus, Cleomenem æquivocum iniviſſe contractum, & id nos ſemper negamus: quoniam contractuum verba accipi debent in ſenſo communi & civili: & ſi de hoc aliquod dubium ſit, alterius partis indifferentia ab altera determinatur. Ergo, ſi certum erat *Diei* nomine Argivos νυχθήμερον intellexiſſe,omnis æquivocatio tollebatur.

Diximus nullā æquivocationē fuiſſe in Cleomenis contractu.

Et quid, ſi eſſet poſſibilis in contractibus æquivocatio? Non licere ait contrahere æquivocè, cum hoſtibus ſaltem publicis:& probat,quia aliàs non poſſent publicæ controverſiæ ſedari. Et miror Scoticæ Theologiæ Profeſſorem ſic diſcurrere. Ratio, ob quam aliqui actus humani ſunt illiciti & alii liciti,eſt quia aliqui ſunt interdicti & alii non ſunt interdicti: non autem,quia hoc vel illud præſcindendo ab interdictione ſequitur; aut non ſequitur. At æquivocationes divinitus interdictæ non ſunt;in Decalogo enim, *Non loqueris contra proximū tuum falſum teſtimonium*, reperio; at verò, *Non uteris æquivocatione* non reperio. Et quia nec ibi lego, *Non uteris Reſtrictione Mentali*, liberè dico, ſi mendacia non ſunt,licitæ ſunt:& ideò illas condemno,qui eſſe exiſtimo vera quidem, ſed palliata mendacia.

Cur alii holoſtum actus mali & peccaminoſi ſint, & alii careant malitia, & ſine peccato eliciantur?

Addo illa verba, *ſaltem cum hoſtibus publicis*,& illa, *Ergo multò minùs*, & tandem illa, *res non eſt tam certa*, non cohærere. Quoniam ſtando Poncii menti, à contractibus publicis,de quibus ſe putat tradere doctrinam certam, ad privatos, quorum fundamenta,ut ipſe aſſerit, non ſunt tam certa,non poteſt à fortiori Conſequentia deduci. Vide quæ ſuperius præmittuntur.

An Poncius inconſequenter loquatur?

SECTIO VI.

De Pacis contractu inter Ezechiam Hebræorum Regem & Sennacheribum Chaldæorum Regem celebrato: & perfidè ab iſto temerato.

ANNO Vrbis Conditæ LX.& Mundi MMMCDXL. Ezechiam præclari exempli & ſingularis Pietatis Principem Genebrardus coronat. Coluit optimas Artes;Geometriam & Architecturam Militarem,&c. Obſervavit Sydera,& Solis motum ad regulas & leges reduxit. Indixit Canones de intercalando tertio quoque anno Niſan(hodie autem Iudæi Adar (*) intercalant; quod tamen in idem recidit) ut periodi Lunares ad Solis motum accommodarentur. Ita Elias Tisbi *ex Talmudicis*. Et Deus qui Omnipotentiam ſuam Iuſtorum Genio attemperat, videtur recurſum Solis,de quo *Iſaia 38.* ejus ingenio accommodaſſe, ut ſcias antiquiſſimum fuiſſe apud Hebræos Horologiorū uſum, cum tamen Græci & Latini trecentis ante Chriſtum annis,nec horas,nec illas diſtinguendi organa habuerint. Genebrardus.

Qualis Ezechias fuerit?

*) Hic menſis in noſtrum Februarium incidit.

Quando apud Hebræos, & quando apud Græcos & Latinos cœperint Horologia?

Bellum geſſit contra Philiſtæos,& celebrem Victoriam obtinuit 4.*Reg.*18.

Ezechias triūphat de Philiſtæis.

Poſteà anno quarto-decimo Regni (4. *Reg.*19.& *Eſaia 37.*) à Sennacheribo, Rege Aſſyriorum perfidiſſimo, invaditur, & interpoſito ſacrilego juramento decipitur. Cum enim Barbarus immenſis copiis armatus Lachinia, & Libnamia expugnatis, & tota Palæſtina perterrita triumphantia arma contra Hieroſolymas duceret, Ezechiæ Regis Oratores admiſit, & ab illis di-

Sennacherib Aſſyriæ Rex Palæſtinam invadit.

Digitized by Google

di. 11, velle Iudaicum populum imperata præſtare, & tributa perſolvere. Iubet Chaldæus trecenta argenti & triginta auri talenta ſibi dari, jurejurando ſe diſceſſurum pollicetur.

Receptis 30. auri, & 300. argenti diſcedit.

[*Et liceat hic mihi parentheſim hanc interſerere & inquirere.* Quantum peticrit Barbarus, talenta Hebræa ad noſtram monetam reducendo? *Amuſſis Ferdinandea* Propoſ. XCV. *aſſerit*, unum Talentum 12,500. Regalibus ſimplicibus Hiſpanicis æquipollere. *Philippeum Belgicum, vel Ducatum Romanum continet* 10. *Regales. Ergo* 30. *talenta erunt* 375,000. *Reg. aut* 37,500. *Phil. ſeu Duc. Et ſi* 300. *Talenta argenta non multum differre ab aureis* 30. *dicantur*, 300. *argenti*, & 30. *auri talenta erunt æqualia*, *Ergo* 37,500. & 37,500. *erunt* 75,000. *Phil. ſeu Duc. Quæ pecuniariã ſumma, tametſi hoc ævo non ſit nimia, illo tempore erat onus graviſſimum, & fortè etiam intolerabile.*]

Quanta fuerit hæc ſumma ad noſtram monetam redacta?

Ezechias Iuramenti emiſſi à Barbaro Sacramento confidens, exhauſtis templi, & civium corraſis theſauris, pacem emit; & mittit poſtulatam pecuniam. Accepta ea Sennacheribus exercitum ſuum in Ægyptum direxit: & tres inde militiæ Principes; nempe Thartanem, Rabſarinum, & inſolentiſſimum Rabſacen contra Ezechiam immiſit. Et quid dicemus de perjurio? ſe fidem ſervaſſe inquit Sennacheribus; nam ipſe diſceſſit, ut promiſerat; ſe autem non eſſe miſſurum alios exercituum Duces non promiſerat: Nec patietur ex Iuris Regula LXXII. *Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſe ipſum*: argumentum deduci: quoniam humani actus à poſterioribus legibus non recipiunt cenſuram; & eum, aſſerente Ricciolio, anno ante Chriſtum 717. Sennacheribus fuerit: & anno Chriſti 1303. vixerit Bonifacius, qui has Iuris Regulas dicitur inveniſſe, aut ſi mavis, collegiſſe, ſtat Regis Aſſyrii actiones ad legem, quæ poſt annum bismilleſimum erat Romæ ferenda, nullo modo judicari debere. Præterea, hæc verba, *Diſcedam*, duos habent ſenſus: videlicet *Diſcedam, & non revertar*: & *Diſcedam, & poſtea revertar*. Et illa, *Diſcedam & non revertar*: poteſt intelligi *realiter*, & *civiliter*; nempe, *realiter*, ita ut ipſemet non revertar; atque *civiliter*, ita ut nec ipſemet redire, nec alios meo nomine legare poſſim. Et quid, ſi Sennacheribus ad Mentales Reſtrictiones recurrens, ſe Iuramentum realiter intelligere aſſerat; nec ſua intereſſe, ſi à Iudæis civiliter intelligatur. Quam ob rem, addet, ſe Duces ſuos mittendo, in Palæſtinam non veniſſe, adeoque nec promiſſionem violaſſe. *Si dicas*,

Tres Duces contra Hebræos mittit Sennacheribus.

An fuerit perfidus?

Senn. 717. Bon. 1303. ſumm. 2020.

Humani actus à legibus futuris moralitatem non recipiunt.

Verba Sennacheribi varias habere poſſunt interpretationes.

Sennacheribum etiam in perſona rediiſſe, exercitumque, quo Ægyptiacam expeditionem exornaverat, ut Hieroſolymam ſtrictiùs premeret, in Palæſtinam reduxiſſe; duo volet Sennacheribus reſpondere: alterum ſe diſceſſurum, non autem ſe non reverſurum promiſiſſe; & ideò fidem præſtitam rediendo non violare: alterum, ſe quidem non ultrò, ſed invitum rediiſſe; nec enim aliter poterat facere: arma enim contra Ægyptios ſuſceperat; & ibi perſtitiſset, ſi ad votum expeditio accidiſset: At mutavit Fortuna faciem, & qui triumphabundus fuerat in Ægyptum ingreſsus, triumpharetur ab hoſtibus, ni mutato conſilio, ſibi proſpiceret, & ad exercitum, qui obſidebat Hieroſolymas, reverteretur. Nã Taraches, Æthiopum Rex, cum numeroſo exercitu, venerat, ut contra Sennacheribũ Ægyptios propugnaret.

An ad unam determinari poſſint per meram Reſtrictionem Mentalem?

Ægyptios aggreditur Sennacheribus: ſed à Rege Æthiopiæ repellitur.

Sunt verba: & inſufficientia, ut Aſsyriorum Regem à crimine perjurii emaculent. Fruſtra enim Sennacheribus à Mentalibus Reſtrictionibus ſubſidium poſtulat: verba enim, ſi plures habeant ſignificationes, intelligenda ſunt ſenſu vulgari & plebeis hominibus accommodato, ut nos monebat Baldus: &, quæ per extrinſecas, & omnibus notas circumſtantias reſtringuntur, non poſſunt per puræ mentis conceptus ſubire reſtrictionem contrariam. Vel attende. Tributum hoſti, & numeratæ pecuniæ ſummam vim pendit Rex Ezechias, ut populus in pace vivat & inſolentiam militum non patiatur. Obtineret-ne hanc, ſi Aſſyrius hodie diſcederet, & cras reverteretur? Obtineret, ſi ipſe diſcederet & exercitum relinqueret, quem ſuo alii Duces nomine gubernarent? minimè. Ergo hæc verba, *Me diſceſſurum polliceor*, etſi latè pateant, & variis poſſint modis intelligi, per circumſtantias adjacentes reſtricta, æquivalebunt his, *Me diſceſſurum, & mecum totum exercitum educturum; nec reverſurũ, nec alios meo nomine legaturum, qui Iudæis ſint moleſtia, polliceor: & hanc fidem ſervabo, quamdiu illa tributa promiſſa perſolvant.*

Quo ſenſu & modo intelligẽda ſint contractuum verba?

Reſtrictiones à conſignificantibus circumſtãtiis provenientes.

Iuramenti à Sennacheribo præſtiti interpretatio.

Qui hodie coram nobis ob admiſſum perjurium vapulat, damnatus olim coram Deo dedit pœnas: nam Dei Angelus, Chaldeorum militum 185,000. occiſis, Hieroſolymam tutatus eſt. Putavit perfidus ſe à Deo ſuo Niſroch punitum fuiſſe: & ut ſibi propitium illum redderet, duos filios ſuos Adramelechum & Saraſſerem immolari præcepit: at illi moniti, patrẽ ſuũ occiderunt & confugerunt ad Armenios ut 2. *Reg.* 19. 36. Sacra Hiſt. teſtatur.

Angelus Domini milites Aſſyrios occidit.

Hujus memorabilis cladis *lib.* 2. meminit Herodotus: ſed locum, & efficacem cau-

cau-

Hujus cladis, ſed muratis, quod ſolent, aliquibus circumſtantiis, Gentiles meminerũt.

cauſam mutat. Sethonem, ait, Ægypti Regem & Vulcani Sacerdotem, à Deo ſuo impetraſſe, ut innumerabiles murium copiæ una nocte per caſtra Chaldæorum ſe effunderent, qui ſagittarum pennas, arcuũ chordas, ligulas ſcutorum, & habenas equorum corroſerint: ita ut poſtridie Ægyptii cum hoſtes invenirent inermes, pleroſque omnes occiderint, cæteroſq; fugaverint. [Et, quod magis mireris, Ioſephus *libr.10. Antiquitat. cap.2.* peſte illos conſumptos fuiſſe aſſerit: nomine *Angeli* peſtem intelligens: ſed verba Sacræ Paginæ debent accipi in communi ſignificatione, ubi neceſſitas non cogit nos ut ad ſenſum virtualem, metaphoricum-ve recurramus.] Addit Herodotus hujus Regis ſtatuam in Vulcani templo manu murem tenere, & hac inſcriptione exornari.

Quomodo ſint intelligenda Sacra Scripturæ verba?

Statua Sennacheribi in Vulcani templo, qualis, & cur erecta?

Εἰς ἐμὲ ὁρέων εὐσεβὴς ἔςω.

Intuens in me aliquis, diſcat eſſe pius.

Quæ omnia juvabunt Io. Baptiſtam Gramaye, qui *in Hiſtoria ſua Aſiatica pag.196.* ſcribit: *Neſcio, quare in Ægypto ſtatua murẽ tenens Sacra ſit.*

SECTIO VII.

De Furto & Perfidia Periclis.

Quantum in ſolo Minervæ Simulachro ſuffuratus ſit Pericles?

NOn eſt cur fidum credas hominibus qui Divis infidelis fuit. Pericles, quẽ ſub Vrbis cõditæ annũ CCCXXXVI floruiſſe Genebrardus affirmat, ſumptibus qui fiebant in Eburnea Minerva, quam dedolabat Phidias, præpoſitus, quinquaginta (*) talenta depeculatus fuit. Et ne pœnas cum ignominia daret, movit Peloponneſe bellum. Suidas *in Phidia.*

Petuniarum antiquarum & noſtrarum proportio.

*) Vnum Talentum, ut nuper Amuſſis Ferdinandæa teſtabatur 12,500. ſimplices Argenteos complectitur. Ergo 50. Talenta Regales ſimplices 625,000. hoc eſt 62,500. continebunt Ducata. Magni enim ſtetit Eburneum illud Minervæ Simulachrum, ſiquidem in ejus conformatione potuit ille tantam ſummam (Hiſp. *ſiſar*) decircinare & ſuffurari.

Quid ſit Siſar?

Hic ergo Pericles apud Deos ſacrilego furto infamis, minimè poteſt à perjurio & perfidia excuſari. Sub fidem enim ſuam ſuſceperat hoſtes, qui depoſuiſſent ferrum: & tamen poſteà, tametſi tradidiſſent arma, quotquot in ſagulis ferreas fibulas haberent, occidi juſſit. Frontinus *l.4 c.7.* Perfidus fuit: nam tametſi non ſolùm gladij, clypei, & arcus, ſed etiam fibulæ ſint ex ferro; vox *ferrum* per circumſtantiam belli ad dialectum militarem reſtringitur, & nodos, fibulas, aut cingulorum ornamenta (Hiſp. *botones, cabos de agujetas, a yerras de pretinas*) non ſignificat: ſed ferra bellica: nimirum, offenſiva, ut gladios, arcus, &c. aut etiam fortè defenſiva, ut clypeos, galeas, &c. Ergo, cùm hoſti *deponere ferrum* præcipitur, non de fibulatum ferris, ſed de armis agitur.

Pericles eſt etiam perjurus.

Quid Ferrum ſignificet?

SECTIO VIII.

De Ingratitudine & Perfidia Neronis.

Qualis ſub Seneca, & qualis poſteà Nero fuerit?

NEro, quamdiu à Seneca rectus, Optimus Imperator; eo ſublato in omnia vitia lapſus, Imperatorum, ne hominum dixerim, peſſimus fuit. Primus omnium Principum ſævire in Chriſtianos occœpit. Tertullianus *in Apolog.* Euſebius *libr.6.* Oroſius *libr.7.* [Immanium beſtiarum fœdiſſimus: dignus qui primus in Pios perſequutionem inciperet. Neſcio, an & poſtremus expleturus ſit, ſiquidem opinione multorum receptum ſit, ipſum eſſe Antichriſtum venturum. &c.] ait *libr.2.* Sulpitius. Et tamen, licèt hoc ultimum verum non ſit, ſuadet nihilominus illum fuiſſe ſceleratiſſimum, & talem, ut potuerit cum Antichriſto confundi. Matrem occidit, Cuidam Pythagoræ ritu fœmineo nupſit, & alia probra commiſit, quæ Sextus Victor, & Suetonius diligenter exponunt.

Primus omniũ Chriſtianos perſequutus fuit.

Nupſit ritu muliebri.

De ingratitudine & crudelitate adverſus ſuum Magiſtrum Chriſtianus Mathias *in Theatr. hiſt pag.505.b.* (Senecam Præceptorem, ut aut mortem ſibi ipſi conſciſceret, aut mortis genus mandatum ſubiret, juſſit, quamvis ſæpe juraſset, periturum ſe potiùs, quàm (a) nociturum.) Seneca, cùm ſibi optio daretur, eſſe αὐτόχειρ & ſuaviter emori maluit, quàm, à ſævo ſicario trucidari crudeliter; & ideò ann. Chriſt. 66. die 30. April. venas in brachiis & pedibus aperuit: cicutam bibit: & ut liberius copioſiuſque ſanguis deflueret, balneum inivit. Tacitus *lib.15. §.54.* Multæ occurrerunt cauſæ, ob quas Senecæ mors erat Neroni utilis: at inter cæteras videbatur præcipua, Senecam immenſos theſauros congeſsiſſe, quibus potiri honeſto colore non poſſet, niſi ille condemnaretur. Sed cur non per ſicarios Senecam, ut alios multos, trucidavit: ſed juſsit, ut ipſe ſibi mortem conſciſceret? Vt obſervaret juramentum (dicet aliquis, qui fortè velet hominis peſsimi in cauſa deſperata patrocinium ſuſcipere) quoniam in jurata hac promiſsione; *Ego nullum tibi inferam nocumentum*, triplex eſt ſenſus; vel enim nocumentum, quod ab alio, vel, quod à ſe ipſo proveniat, vel utrumq; cavetur. Et per Mentalem Reſtrictionem Nero verba ad ſenſum primum determinavit. Ergo in Iuramento illo non includitur αὐτοχειρία: & ideò quem non poterat

Fuit perfidus.

a) *Nociturus* Plautus in Milit. *Iura te non nociturum eſſe hominem de hac re neminẽ.*

Seneca jubente Nerone ſe occidit.

Illum magna divitia perdiderunt.

Cur non fuerit per ſicarios occiſus?

An per mentales Reſtrictiones Nero poſſit à perjurio excuſari.

perat ſua,non aliorum occidere,jubere poterat,ut eſſet αὐτόχειρ, & manu propria occideretur. At hoc non eſt excuſare Neronem,ſed verbis tantummodò obludere: nam cogere aliquem, ut ſe occidat, eſt nocere, eſt crudeliùs occidere: & verba in contractibus & promiſſionibus ſunt in ſenſu communi uſurpanda.

SECTIO IX.

De Antonini Caracalæ Perjurio.

Papinianus Iuris Aſylum vocabatur.

SEveri Imperatoris filius fuit: & majori Literarii Orbis damno Papinianū quem Iuris Aſylum Fama nuncupat, quā Getam fratrem trucidari curavit. Et quidem tam exſecrabilis fuit ejus perfidia, quam Herodianus narrat, ut nulla poſſit Mentali Reſtrictione expiari. Parthis enim, ut celebrarent Principis nuptias inducias conceſſit,& poſtea violata fide inermes, & nil tale exſpectantes aggreſſus, fudit, & maxima ex parte interemit. Sed quid vir impius ex ſacrilegio obtinuit? Vt Parthorum adverſus Romanos odia creſcerent, ut bellum,quod de regione erat, pro Religione contra ἱεροσύλους ſuſciperetur. Recollegerunt enim Parthi vires,& tamperosè in Caracallam irruerunt, ut captivis & ſpoliis recuperatis illum propudioſas pacis conditiones adegerint.

Occiditur à Caracala.

De perjurio Imperatoris Caracala.

Perjurii fructus.

SECTIO X.

De Solymano Imperatore. An Habraîmo fidem promiſſam obſervaverit?

De perfidia & perjurio Solymani.

PRonuncio denique Solimanum Supremum Saracenorum Principem perfidia exſecrabili dedecorari; quam nullæ Mentales Reſtrictiones delere queant. Erat ipſi inter Aulicos Habraîmus (a) chariſsimus; quia licet ignobili Epiri pago natus fuerat, ſingulari prudentia & virtute per omnes militiæ gradus adſcendens, tandem ad Viſiriatum (nomen eſt Miniſterii ſupremi) adſumptus eſt. Illum honoribus & opibus ſupra modum augebat Solimanus; & Habraîmus, nam erat prudentiſsimus, ſuſpectam habebat hanc fortunam, Senecam enim, & alios innumeros perdiderunt divitiæ, & ideò confidenter monebat Solimanum, ne tam prodiga manu theſauros, ut ſe decoraret, profunderet: poſſet enim contingere, ut Invidia, his iiſdem ſavoribus irritata, ſuccreſceret & ita perturbaret Proceres, ut ipſemet Solimanus, ne odia illorum incurreret, cogeretur, ſe è ſummo dignitatis faſtigio præcipitem dare & occidere. Amabat illum Imperator; & ut ſecurum redderet, ait, *Vive feliciter: nam tibi vivo nunquam me vitam drepturum per Deum polliceor.* Et ſic Habraîmus quievit, & timere præcipitium ceſſavit. At,quia mundana omnia ſunt caduca, & Principum gratiæ mortales, fidelem Imperator Miniſtrum odiſſe incipit,& de ejus excidio cogitare. Trucidari juſſiſſet, at eum morabatur emiſſi juramenti religio, in quam non volebat peccare. Interim Taliſmanes, Sacerdos, & Divini Iuris Interpres, quia erat multis Doctoribus Chriſtianis ſimilis, Theologiam profitebatur ceream, quam voluntati & utilitati Principis attemperaret. Hic monet,ad apices debere juramenta obſervari, non enim poteſt Deus illudi: at eſse bene conſiderandos ipſos apices juramenti prolati. Illa verba *tibi vivo* fuiſse prudentiſſimè poſita:nam dormientes non vivunt: & hanc ob rem, ſicut eſset perjurus Imperator, ſi Habraîmum vigilantem occideret; ſic læſæ Religionis & Fidei accuſari non poſset,ſi dormientem juberet trucidari. Et concluſionem ſuam ex ſumma ſomni & Mortis ſimilitudine & affinitate probabat. Dixit enim 6.Æn.Virg.

a) Hebræa nomina ſuſpiciūt Arabes alteratis vocalibus, nam pro Salomon, dicunt Soliman, & Habraym, pro Abraham,&c.

Habraimus qualis?

Ditatur ab Imperatore.

Obtinet vitæ ſecuritatem juramento firmatam.

Ex gratia Imperatoris excedit, & jubetur occidi.

Multi, etiam Chriſtiani, habent Theologiā ceream.

An dormientes ſint vivi?

> *Et conſanguineus lethi ſopor, & malæ mentis*
> *Gaudia.*

& Homerus in Odiſs ι.

> Ἥδιστο θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
> *Somnus morti proxime ſimilis.*

& Menander

> Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
> *Somnus eſt parva mortis myſteria.*

Seneca in Hercule furent. act.4.

> *Volucer matris genus Aſtrææ,*
> *Frater duræ languida mortis.*

& iterum Virg.Æneid.lib.6.

> *Dulcis & alta quies, placidæq; ſimillima morti.*

Conſilium profectò ſibi gratum, & ab eo datum,à quo debebat Verum diſcere, libenter Solimanus amplectitur. Et,quia nullus aderat Diogenes,qui verſum illum Homeri ſuccineret,

> Ἔγειρεο, Μή τίς σοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.
> *Surge,ne quis, dum dormis, à tergo infixerit haſtam.*

Laert.*lib.6.*

Miſer Habraîmus dormiens invaſus, & occiſus, ſomnum cum morte commutavit. Paulus Iovius *Hiſt. libr.* 33. *pag.* 267.

Dormientem vigilem occidit Epaminondas.

Sed quid dixiſti, & conſuluiſti Taliſma-

mine? An-ne, qui dormiunt, extra album viventium numerantur? Aſſeris: & te non decepiſſe Imperatorem aſſeveras: & probas PRIMO, quoniam Rhamnes, Rex & Augur, cujus ſimili jurejurando vita reddebatur ſecura, à Niſo, quod Turni partes ſequutus fuerit, noctu dormiens occiditur. Virgilius libr. 9. Æneid.

Rhamnetem ſomno oppreſſũ occidit Niſus.

—— Simul enſe ſuperbum
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore ſomnum.
Rex idem, & Regi Turno gratiſſimus Augur,
Sed non augurio potuit depellere peſtem.

SECUNDO, quoniam Epaminondas prudentiſſimus & fortiſſimus Dux vigilem, quem dormientem invenerat, gladio transfixit: & objicientibus, nimiam fuiſſe ſeveritatem, ait, *Talem cum reliqui, qualem inveni*. Senſit ergo Imperator bellicoſiſſimus, hominem ſomno oppreſſum ac mortuum in eadem eſſe ſorte ac conditione. Bruſon. *libr. 6. cap.* 8. Probas TERTIO, quoniam Ariſtoteles *libr. 19. de Animal.* ubi philoſophicè omnia pertractat, ait. *Somnus videtur eſſe medium inter vivere & non vivere*. At medium non eſt principium: Ergo nec ſomnus vita. Cùm ergo Habraĩmus dormiens occiſus fuerit: non eſt dicendus, cum vulnerabatur, fuiſſe vivus. Et probas QUARTO, quoniam etiam juniores eodem modo diſcurrunt; Calderon enim Poeta celeber, in Comœdia, quæ inſcribitur, *Ni Amor ſe libra de Amor*. act. 1. fol. 173. col. 3. introducit Cupidinem, qui Sichida pulcherrimam Virginem invenit dormientem, & ait,

An inter vivere & medium dormire ſit?

An Somnus ſit nomen æquivocum inter mortem & vitam?

Y pueſto que alli dormida
La equivocacion advierte,
De ſi eſta viva la muerte,
O ſi eſta muerta la vida.

Ecce in ſomno vitæ, & mortis contingit homonymia. Ergo, ſi dormiens, nec eſt vivus, nec mortuus, erit vera hæc poſitio, *non eſt vivus*.

Somnus mortis frater & imago eſt, non autem mors.

Audivi Taliſmane, audivi: & tibi cum Chriſtiano Matthia *in Theatro Hiſtoria pagina* 54. *b.* reſpondeo. *Hoc ſanè eſſe promiſſis, & juramentis ludere, non ſecus, ac patri aſtragalis ſolent*. Sanè ſomnum mortis eſſe fratrem, & morti ſimilem, multi Authores, & Poetæ præcipuè decantarunt: at dormientes non vivere falſum eſt, nec aliter quàm in ſenſu virtuali, & metaphorico poteſt concedi. Et ipſamet juramenti verba jubeo conſiderari. *Tibi vivo* Rhamneti Niſus, & Habraímo dixerit Turcarum Imperator, *nunquam me vitam erepturum polliceor*, cur ponitur illud, *tibi vivo*? An-ne occiduntur mortui? Ergo cautè, & non ſine fraude illa vox interſetitur. Et quid te non eſſe erepturum promittis, vitam. Ergo Habraĩmus, quando in lecto ſuo dormiebat; videlicet, antè quam ab eo vitam eriperes, habebat vitam; non enim poſſes eripere, quam non haberet. Ergo erat vivus: nam habere vitam, eſt vivere: & dicere contrarium eſt nugari.

Solimanus non poteſt excuſari à perjurio.

Nec contra ſunt Niſus, Epaminondas, Ariſtoteles, aut Calderon. Niſum enim, æquè ac Solimanum perjurii incriminor. Addo Epaminondam ſumpſiſſe vocem *mortuus* virtualiter. Et, ſi objicias, hiſtoriam hanc videri fabulam: nam *vigil* vocatur, qui vigilat; vigil ergo dormiens inveniri non potuit. Reſpondebo excubitorem dici *Vigilem*, quia vigilare debet: &, ſi non vigilat, non ſolum ita ſe habet, ac eſſet mortuus: ſed etiam ita, acſi in rerum natura non eſſet. Sunt in Politica, & Militia res plurimæ, quæ *mortuæ* ab Hiſpanis dicuntur, in quibus non forma, ſed uſus deficiat. Quoniam *Dinero muerto* dicitur pecunia, quæ non fructificat *Guerra viva*, *Guerra muerta*, bellum actuale, & non actuale. *Plaza muerta* eſt militis, qui non habet obligationem ſerviendi. *Capitan vivo*, Centurio, qui actu militat. & ipſi opponitur, *Capitan reformado*, Centurio, qui nomen retinet, & tamen obligationem militandi non habet. [Et cur hîc non addam paucas lineas, quæ inter Catholicos & Calviniſtas differentiam aperiant. Eccleſia hic in mundo dicitur *Militans*, quia *militia eſt vita hominis ſuper terram*. Et in ipſa baptiſmi jure numerantur Catholici & Hæretici: nam utrique ſunt milites, fideles illi, iſti rebelles; quia, ut Hiſpanus loquitur, *ſon ſoldados amotinados*. Inter Chriſtianos milites alii ſunt vivi, & alii Reformati: & hoc ſibi Calviniſtæ nomen adrogant. Et quid in militia Politica eſt Officialis reformatus? Qui non eſt Officialis vivus: qui nomen tantùm retinet, & in re non eſt è numero Officialium. Erit igitur Chriſtianus reformatus in militia Eccleſiaſtica, qui non eſt Chriſtianus vivus, qui nomen Chriſtiani tantùm retinet, & in re ad numerum Chriſtianorum non pertinet.]

Vox mortuus virtualiter ſumpta, quid ſignificet?

Cur Vigil dicatur?

Dinero muerto.
Guerra viva.
Guerra muerta.

Capitan vivo.

Capitan reformado.

Eccleſia Militans.
In ea ſunt milites rebelles Hæretici.

Soldados amotinados.

Officialis reformatus, qualis ſit?

Chriſtianus reformatus, qualis?

Sed

Sed neque contra eſt Ariſtoteles. Primo, quia de illius libri, qui citatur, Authore dubitatur. Secundò, quia quiſquis ille ſit, qui hunc librum ſcripſit, agit de vita accidentali, quæ in ſenſuum exercitio; non verò de ſubſtantiali, quæ in corporis, & animæ vinculo, & unione conſiſtit. Et quidem in ſomno ceſſare exteriorum ſenſuum operationes, verum eſt: vinculum verò, quo corpus, & anima conjunguntur, diſſolvi, falſum eſt.

Vita dividitur in ſubſtantialem & accidentalem.

Et tandem non urgent illa verba Cupidinis, quæ à Calderone proponuntur. Vult nomen *ſomnus* eſſe æquivocum, & tam *vitam*, quàm *mortem* notare: unde innuit, per Mentalem Reſtrictionem poſſe ad alterutrum determinari. Ergo, ſi Solimanus ſenſit, & voluit dormientes mortuorum cenſui adnumerari, Habraîmus dormiens non erat vivus. At nil evincit, poſſum enim reſpondere, ejuſdem Poetæ verba, quæ in column. ſeq. leguntur, ad parœdiam reducens. Dicebat Deus Amoris (Cupido)

An æquivocatio, quæ in ſomno invenitur, quando quæritur, An ad mortē potiùs, quàm ad vitā pertineat? per Mentalem Reſtrictionem ſolvatur?

Sera dos vezes error
Penſar, que Sichis le advierta
Dormida, pero no es cierta,
Pues aunque duerme ſu vida,
Su hermoſura eſta deſpierta.

An Pulchritudo dormiat?

Et nunc Dea Iuſtitiæ (Themis) ſic ait.

Es falſedad conocida
Penſar, que puede ſer muerto
Dormido, porque es muy cierto,
Que hoy, aunque duerme ſu vida,
Su valor eſta deſpierto.

An dormiant Innocentia & Iuſtitia?

Ergo, ſi generoſi Viri Virtus, & Innocentia ſemper vigilant, non eſt cur à ſomno ad mortem argumentum ſumatur.

Inſtas pro Solimano, & ais. Ergo nomen *vita* bifariam ſumitur, ſubſtantialiter, & accidentaliter. Ergo potuit Solimanus juvari Reſtrictione Mentali, & vitam accidentalem intelligere, etſi Habraîmus aliter intellexerit.

At non aſſentior. Primò, quia Solimanus, quod Habraîmus poſtulabat conceſſit: nam ſicut per Interrogationem Reſponſio, ſic per Petitionem Conceſſio, ſi ambigua ſit, reſtringi debet. At quando Habraîmus petiit, ne occideretur, non diſtinxit inter vigiliam, ſomnumque, ita ut noluerit occidi vigilans, voluerit dormiens: ſed petiit, ut nec vigilans, nec dormiens occideretur. Adnuit Imperator, & Iureiurando confirmavit adnutum. Ergo vi Iuramenti non poteſt Habraîmum vigilantem, aut dormientem occidere. *Secundò*, quia verba ambigua in humanis contractibus poſita per circumſtantias adjacentes ad ſenſum civilem reſtringuntur, quia perſonæ, quæ loquuntur, debent conſiderari: nam ſicut vox *fictio* æquivoca, à perſonis reſtringitur, inter Grammaticos enim eſt *deceptio*, inter Artifices Mechanicos eſt *formatio*, & inter Theologos de Sacramentis diſputantes eſt *peccatum actuale*, *gratiæ ſuſceptionem impediens*: ſic nomen *vita*, tametſi varias in Metaphyſica, aut etiam in Militia ſignificationes habeat, civiliter, & vulgariter debet ſumi in contractibus; & hoc acceptum ſenſu ſignificat manſionem animæ in corpore, Ariſtoteles *libr. de vita, & morte*. Ergo ſic accipi à Solimano, & non aliter debuit.

Reſponſio ab Interrogatione, & Conceſſio à Petitione, ſi dubia, reſtringitur.

Vox Fictio eſt æquivoca, & per perſonas, quæ illa utuntur reſtringitur.

AR-

ARTICVLVS VIII.

De Teſtamentis. *Quid illa ſint, & quo Iure introducta? Quomodo exponi & intelligi debeant? Et, Unde ſumenda ſit Reſtrictio in clauſulis, quæ poſſint habere varios ſenſus?*

Unde Teſtamẽta vim & valorem habeant?

LOquor liberè, & mebene loqui aliquando perſuaſi, & à Viris doctis & ſinceris auſcultari deſidero. Sic enim inquam. *Quid verè Teſtamentum ſit; & unde vim habeat, plerique omnes Scriptores ignorant.* Hinc oritur communis error, qui illud Iuri Gentium accenſet, cùm ſit Iuris purè Civilis, & ſtando Naturæ aut Gentium Iuri, & à Civili præſcindendo Teſtamenta repugnent.

SECTIO I.

Exponitur eſſentia Teſtamenti; & oſtenditur, à Iure Civili & Eccleſiaſtico quo ad Clericos poteſtatem condendi Teſtamenti procedere; & repugnare illam ſi Ius Natura aut Gentium conſideretur, & à Civili præſcindatur.

Cauſa, ut operetur, debet exiſtere.

Impedimentum non præbet, quod non exiſtit.

POrrò Non-entis nulla ſunt jura, nullæ prærogativæ, nullæ actiones, nullæque operationes. Eſt indubitatum Philoſophiæ Naturalis Protheorema, quod Iura Pontificia & Cæſarea ſubcollat. Et huc reſpiciens Boniſacius VIII. Regulam LII. ſtatuit, videlicet, *Non præſtat impedimentum, quod de Iure non ſortitur effectum.* Nam ſicut cauſa efficiens, non operabitur niſi reverà exiſtat; ſic Cauſa impediens, niſi exiſtat, non poterit impedimentum ponere. Ergo, ſicut Sol, ut ſuos in Lunam radios transferat, debet exiſtere & habere ſplendorem: ſic etiam moribundus, qui per Teſtamentum transfert hæreditatis dominium ad hæredem, in rerum natura eſſe debet: nam mortuus caret rerum dominio, & dare non poteſt quod non habet. Et hanc ob rem hoc argumentum debet bene conſiderari. Attende.

Qui donat, in rerum natura eſſe debet.

Homo, realiter & phyſicè conſideratus, aut eſt vivus aut mortuus; nam inter vitam & mortem nullus ſtatus medius datur. At vivus nunquam rerum ſuarum dominium ad hæredem per teſtamentum transfert: illud poſt mortem transferre nequit: poſt mortem enim, nec eſt ampliùs dominus, nec operatur. Teſtamenta igitur ſunt impoſſibilia ſtando nudo Iuri Naturæ. Ergo & ſtando Iuri Gentium: nil enim aliud eſt Ius Gentium, quàm Ius ipſum Naturæ Communitatibus & Rebuſpublicis attemperatum.

Crites.

Quid ſit Ius Gentium?

Probatur poſterior pars Minoris. Quia dominii tranſmiſſio poſtulat; cùm, ut qui ſit tranſmiſſurus exiſtat & ſit dominus; nullum enim agens operari poteſt, quin exiſtat; & nemo dare alteri poteſt(*), quod non habet: tum, ut loquatur, aut aliquo exteriori ſigno ſuam voluntatem exponat. At mortui, non amplius ſunt in rerum natura: & jam per mortem eſſe deſierunt rerum domini; & hanc ob rem, ſi non intercedat teſtamentum bonorum dominium ad proximiorem cognatum tranſit; &, ſi nullus cognatus ſit, Fiſco adcreſcit. Et præterea, mortui ampliùs non loquuntur, nec per nutus aut ſigna externa poſſunt voluntatem ſuam ſignificare. Ergo homo mortuus dominium tranſmittere ad hæredem non poteſt.

*) Regula LXXIX. *Nemo poteſt plus Iuris in alium transferre, quã ſibi competere dignoſcatur.*

An mortui loquantur?

An Teſtamentum Donatio de præſenti ſit?

Sed neque id per Teſtamentum præſtat homo vivus; & hoc demonſtrabo clariſſimè. Nam vi ſui Teſtamenti Teſtator ait *Dono*, aut *Donabo*. Sed neutrum dicit. Ergo. Et quidem eum non dicere *Dono*, perſuadeo. Quia per Donationem actualem actualiter transfertur dominium; nam, ſi inſtanti A. Petrus Antonio donat Equum, in inſtanti A. redditur Antonius Equi dominus; ita ut in inſtanti B, jam Equus Petri non ſit, Antonii ſit. At dic, quo ſit teſtamentum ad denominatum hæredem non transfertur dominium, ſed uſque ad mortem penes Teſtatorem relinquitur. Ergo condere Teſtamentum non eſt dicere *Dono*.

An ſit Donatio de futuro?

Sed neque eſt dicere *Donabo*. Et id evidenter oſtendo. Quoniam omnis Propoſitio de præterito, ut ſit vera, poſtulat, quod eadem in tempore præſenti poſita, aliquando fuerit vera: Ergo ſimiliter, ut Propoſitio de futuro ſit vera, requiret,

Quid Propoſitiones de præterito aut de futuro requirant, ut veræ ſint?

quod futurum ſit, ut Propoſitio de præſenti aliquando ſit vera. Eſt doctrina certiſſima, de qua in Logica minimè dubitatur: Et dilucidatur his exemplis. Huic Propoſitioni, *Adamus fuit*, quæ eſt de præterito, reſpondet hæc, *Adamus eſt* quæ eſt de præſenti. Et dico. Ideò illa prior nunc eſt vera, quia poſterior aliquando fuit vera: ſi enim nunquam fuiſſet vera poſterior (*Adamus eſt*) nunc non eſſet vera illa prior (*Adamus fuit.*) Hinc ad futurum tranſiens, ajo, huic Propoſitioni de futuro, *Antichriſtus erit*, correſpondere hanc de præſenti, *Antichriſtus eſt*. Et addo, ideò illam priorem nunc eſſe veram, quia poſterior aliquando erit vera: ſi enim poſterior (*Antichriſtus eſt*) nunquam futura eſſet vera, nunc non eſſet vera illa prior (*Antichriſtus erit.*)

Qui condidit teſtamentum, nihil donat, dum vivit.

Hac doctrina præmiſſa (quæ eſt certiſſima, & in dubium revocari non poteſt) probo vi Teſtamenti non dicere Teſtatorem *Donabo*: & ſic ratiocinor. Vt nunc ſit vera hæc Propoſitio, *Ego donabo*, requiritur, ut adſignetur tempus futurum, in quo ſit vera hæc *Ego dono*. Sed nemo adſignare hoc tempus poterit (quia nunquam erit verum dicere, *Ego dono*) Non ergo nunc (quando conditur Teſtamentum) Teſtator ait, *Ego donabo*. Probatur Minor; quia in nullo ante mortem inſtanti transfert Teſtator in hæredem dominiū. Ait enim S. Paulus, ὅπου γὰρ διαθήκη θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διατιθεμένου. Διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος. Vulgatus. *Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt, intercedat Teſtatoris: Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt; alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt.* Et Arias Montanus ad literam. *Vbi enim Teſtamentum, mortem neceſſe eſt ferri Teſtatoris; Teſtamentum enim in mortuis ratum, quandoquidem nunquam valet dum vivit Teſtator.*

Ad Hebræos 9. 16.

Omne teſtamentum eſt invalidum, niſi moriatur, qui illud condidit.

Quando fiat hæreditatis tranſmiſſio.

Ergo poſt realem Teſtatoris mortem fit donatio, & hæreditatis tranſmiſſio. Ergo poſt realem mortem vivit adhuc Teſtator. Sed quomodo? Non realiter: nam realis ejus mors ad valorem teſtamenti requiritur. Ergo vivit civiliter & virtualiter: quia, etſi reverà mortuus ſit, quoad ultimæ ſuæ voluntatis exſequutionem ita ſe habet, ac ſi realiter viveret. At hæc Civilis vita non contingit ei ex rei natura, ſed ex beneficio Reipublicæ; quæ illam poteſt abſolutè negare; immò negavit aliquando, & alicubi; non enim ubique, aut omnes condendi Teſtamentum jus habent; Germanis enim aſſerente Alexandro *libr. 6. cap.* 10. ignotum erat jus teſtandi; nam, ſi liberi exſtarent ad inteſtati patris hæreditatem admittebantur: ſi minùs, proximiores propinqui. Et in Saxonia, ut narrat Æmil. *libr. 3.* teſtandi jus à Carolo Magno Imp. olim ſublatum; Ludovicus Pius Imper. reſtituit. Teſtamenta ergo non pertinent ad Ius Naturæ aut Gentiū; hæc enim humanitùs mutari nequeunt. Ergo Reſpublica, ſiquidem omnem poteſt condendi Teſtamenta tollere poteſtatem, illam poterit ſub talibus conditionibus indulgere, aut negare; nam in Imperio ſeptem teſtes requirit Teſtamenti ſollennitas *leg. ſi qui. D. qui teſtam. fac. poſſ.* & *leg. ult. C de codicill.* Sylveſter *in Summ. verb. teſtamentum.* I. *num.* 2. Sufficiunt in Caſtella quinque. Ita Lopez ab Acacio citatus. Quinque etiam in Inſubria; ſic enim Mediolanenſia Iura ſtatuunt. Regnum Valentiæ tres cum Notario requirit. Ita *cap. 7. Rubric. de teſtam.* Tandem ſufficiunt duo, ſi addatur Parochus, in ſtatu Eccleſiaſtico. *cap. cùm eſſes. de teſt.* & ad pias cauſas *ibidem* etſi abſit Parochus. *cap. relatum. de teſtam.* Quam doctrinam peſtis tempore generalem eſſe κατ' ἐπιείκειαν Malderus *in. 2. 2. tract. 1. cap. 11. dub. 5.* Diana *par. 5. tract. 3. reſol.* 133. Cotonius *in Summ. verb. Teſtamentum. num. 2.* & alii Scriptores contra Alexandrum *conſ. 78. 16. l. 2.* aſſeverant.

Vita duplex: realis, & civilis.

Reſpublica poteſt teſtandi poteſtatem, & negare, & concedere.

De teſtium numero.

De tempore peſtis.

Et his poſitis jam tandem poterimus quid ſit Teſtamentum exponere. Teſtamentum enim eſt, *voluntatis propria legitima teſtificatio* (*) *de omnium ſuorum bonorum diſtributione, quam Teſtator poſt realem ſuam mortem, virtute vitæ Civilis, qua ex legum beneficio tunc fruetur, erit celebraturus.*

*) Quæ ſecūdum legum præſcriptum facta fuerit, erit legitima teſtificatio.

Hinc cognoſcere poteris quid in Veterum, Iuniorum-ve definitionibus ſuperſit, aut deficiat; quoniam Modeſtino *libr. 1. §. de teſtam. in fine*, Vlpiano *in fragm. tit. de teſtam.* & aliis *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult.* Copioſiùs & religioſiùs Illuſtriſſ. D. Acacius Marchius de Velaſco *tom. 2. verb. Teſtamentos. reſol. 433. pag. 773. a.* inquit enim, *Teſtamento no es otra coſa, que una proteſtacion de Iuſticia, con que el hombre da a cadauno lo que es ſuyo.* (El Alma a Dios) *el cuerpo a la tierra; las deudas a los acreedores: la hazienda a los herederos; la limoſna a los neceſſitados.* Alterutra definitio eodem laborat morbo, nam Codicillo, Legato, Fidei cōmiſſo Donationi cauſa mortis, & aliis etiam ultimis voluntatibus convenit.

Ponuntur aliqua Definitiones.

An ſint bonæ?

Vt mederetur iſti morbo Acurſius, addi juſſit *cum hæredis inſtitutione*, quod adhuc aliis non videtur ſufficere, & ideò addi præ-

An benè ab Acurſio corrigantur?

Digitized by Google

præcipiunt *cum directa hæredis inſtitutione*: nam in aliis ultimis voluntatibus poteſt hæredis fieri inſtitutio indirecta.

De Hærede. An debeat in teſtamento denominari?

Petis. *An de Teſtamenti eſſentia ſit denominatio & inſtitutio hæredis?* Reſpondeo Teſtamentum eſſe quid Civile aut Politicum, & ad valorem ſuum requirere, quæ decernat Reſpublica. Stando legibus Iuſtinianæis Teſtamentum in quo non inſtituitur aliquis hæres eſt invalidum. Conſtat ex §. *ante hæred. inſtit. de lega.* & §. *in primis de fideicomm. & leg. ultim.* D. *de hæred. inſtitut.* & *leg. inter cætera*. D. *de liberis & poſth.* At, quia hæc circumſtantia ex rei natura non requiritur, Regiæ Hiſpanorum leges valere volunt Teſtamenta, quæ cæteras ſolennitates à Iure requiſitas obſervant, etſi nullus in eis hæres ſit deſignatus: ſi enim hæreditas vix aut ne vix quidem ſufficit ut ſatisfiat debitis & creditoribus, ſuperflua eſt hæredis inſtitutio, ſiquidem hæres ab hærendo dictus ſit, & ex bonis illi nihil hæret in caſu. Iubentur igitur Exſequutores Teſtamenti, relicta poſt Teſtatoris mortem bona diſtribuere, ita ut primò veniant ſolvenda debita, nam hæc ſpectant ad Iuſtitiam; poſtea legata, hæc etenim cōcernunt gratiam. Legem hanc habemus *in Recopilatione. libr. 1. titul. 4. leg. 5.* eamque Azebedus doctè dilucidavit. Vide interim Villalobos 2. *part. tract 30. diff. 1. num. 2.* Sanchez *in conſil. part. 2. libr. 4. cap. 5. dub. 2 num. 50.*

An, & quando hæres fruſtra denominetur?

Unde hæres dicatur?

De Teſtamentis Valentinis.

Caſtellanam hanc legem Iuſtinianææ aptiorem Valentiæ Regnum judicavit, juſſitque, ut propter legata condi queat Teſtamentum, & ſine ulla inſtitutione hæredis valeat. Ita in hujus Regni legibus (quas *fueros* vocant) nempe *fuero* 8. *ſub fin. rubric. de teſtam. verſ. Et quod legata. nec non fuero, caſcu. 25. ead. rubric.* de quibus Trullenchius *tom. 2. cap. 1. dub. 14.* Aeacius *ubi ſupr. nu. 2.* & alii Valentini Doctores accuratè ſcripſerunt.

SECTIO II.

De Teſtamentorum legitima Interpretatione. *Ne doctrinis & Regulis ſupervacaneis oneretur meus Lector, unicum Teſtamentum, de quo multi ſcripſerunt, in exemplum propono.*

Quo debeant modo clauſulæ obſcuræ declarari?

CLauſulas in Teſtamento ancipites & dubias juxta earum, quæ proximè adjacent, ſenſum debere exponi; & eas, quæ contra Ius & bonos mores ſunt, pro non ſcriptis habendas eſſe, docent (non tamen ſemper ſolidè) Iuriſperiti; &, ut meliùs eorum ſententia intelligitur placet Caſum ſubſequentem proponere.

Crites.

Titius in teſtamento ſuum filium Albericum hæredem ex aſſe conſtituit, legitimamq; Fidei-commiſſi onere gravat.

An fidei-commiſſi onere legitima gravari poſſit?

Scripſere de hoc Teſtamento multi, & in oppoſitas ſententias acti occaſionem præbuerunt, ut alii eorumdem Scripta recognoſcerent, & ſcholiis convenientibus dilucidarent.

Merlinus laudatus.

D. Franciſcus Merlinus Pignatellus, per diverſas Dignitates & Officia promotus, de controverſiis Forenſibus Volumen edidit, & in ipſo *Centur. 2. c. 48.* Caſum ipſum proponit, illumque ſequenti Concluſione decidit.

Ejuſdem Reſolutio.

Data expreſſa Teſtamenti paterni approbatione, non eſt filio licitum onus Fideicommiſſi Legitimæ impoſitum rejicere; multoque minùs ejus (nempe, *filii*) *hæredi ab inteſtato.*

Et, ut benè hanc ejus Reſolutionem intelligamus, oportet ſcire, quid Legitima ſit, & quibus privilegiis à Iure Cæſareo fulciatur.

De Legitimæ nominibus.

Et primò, quia juvat ſemper, & manuducit nominum intelligentiam adnotare eam quæ *leg. omnimodò* appellatur *legitima*, aliis etiam nominibus ſignificari; nam *in leg. ſcimus. C. de inoffic. teſtam.* nominatur *pars debita*, & ſimpliciter *debitum* dicitur in *auth. de trient. & ſemiſſ.* §. 1. Aliquando explicatiùs ſignatur *debitum bonorum ſubſidium*. ita *leg. ſi totas. C. de inoffic. teſt.* Et quia *in auth. de trient. & ſemiſſ.* §. *hoc nos*. dicitur *debita jure naturæ*. interrogas, an naturaliter filio debeatur? Reſpondeo filiis ſicut vivente patre, ita poſt ejus mortem alimenta ex Iure naturæ deberi, ſaltem quouſque aliunde, aut habeant, aut poſſint habere unde alantur. Cætera ad Iura humana ſpectant. *leg. 11. §. hinc deſcendit.* D. *de juſt. & jur.* & *leg. jus autem agnationis.* D. *de pact.* & *Inſtitut. de Iure Natural.* §. 1. quæ omnia ſolidè Panormitanus *in cap. Raynatius. de teſtam.* & alii Doctores exponunt.

An ex Iure naturæ debeatur?

Quid ſit Legitima?

Et ſecundò ad rem ipſam veniendo, legitima eſt hæreditatis portio, quæ filio non poteſt negari. Et eſt triplex: Naturalis, Trebellianica, & Falcidia. Prima à Iure Naturæ nomen habet, à quo ut paulò antè dicebamus, procedit. Secunda & tertia (illa à Trebellio, hæc à Falcidio dicta) reſpiciunt hæredes inſtitutos, de quibus non plura dicemus, quia ille, de quo agere debemus eſt hæres naturalis.

Eſt triplex: Naturalis, Trebellianica, & Falcidia.

Audi ergo Angelum, qui *in ſumm. verb. Legitima*. ſic inquit. [Prima (Legitima) debetur de Iure Naturæ, tantùm filiis, & ipſis mortuis debetur nepotibus ex eis legitimè natis: nec eis poteſt imponi gravamen ſuper ipſa per legata aut fi-

deicommiſſa: ſed bene poſſunt gravari per (*) debita. Non poteſt etiam eiſdem imponi conditio, vel modus; &, ſi apponatur, pro non adjecto (pro non ſcripto) habetur. *C. de inoffìcioſ. teſtam. leg. omni modo, & legg. ſeqq.* Et hæc eſt tertia pars hæreditatis, ſi ſunt quatuor filii, vel pauciores; ſi verò ſunt quinque vel plures, tunc erit medietas totius hæreditatis, quã inter ſe divident æqualiter. *C. de inoffic. teſtam. auth. noviſſim.*] Et in ſequenti pagina. [Adverte tamen, quod in Legitima filius non poteſt gravari per Fideicommiſſum ſecundum communem opinionem, *per leg. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſtam. & leg. cùm patronus. D. de leg. 2,* &c.]

(*) Non gravatur per debita, nam hæc debent ſubduci priùs, quàm de legitima agatur.

Habetur pro non ſcripto modus additus legitimæ.

Conſonat Angelo Merlious, ſic enim ait [Legitimam jure (a) naturæ filiis debitam, immunem protſus ab onere quocũque, & conditione relinquendam eſſe, appoſitumque in ea pro non ſcripto habendum, tam ſcitum eſt, ut nulla indigeat extrinſeca probatione; ſunt clara, & aperta jura *in l. ſcimus, l. omnimodo, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* unde rectè conſuluit Burſat *conſ. 92. vol. 1.* eam gravamẽ non admittere nec reſpectu quantitatis, nec temporis, nec modi, nec loci; idcirco nec venire in reſtitutionem fideicommiſſi, & ſi filius in tota hæreditate inſtitutus ſit, quoniam in portione illa fideicommiſſum ipſo jure rejicitur, *d. l. ſcimus § cum autem.* Vbi DD. latè probant, Roderic. Suarez, ut cæteros miſſos faciam, *in repetit. ejuſdem l. quoniam in prioribus amplia.* 10. Vaſquez *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. à num. 196. cum ſeqq.* Marta *in ſumm. ſucceſſ. legal. par. 1. q. 25. art.* 10. centumque alios refert D. Io. del Caſtill. *quotid. contr. libr. 5. part. 2. c. 64. per totum;* & latiùs *cap. 107. ex. num. 45. eod. libr. 5.*

Onera legitimæ impoſita haberi debent pro non ſcriptis.

a) Aliquando debetur ex Iure naturæ, & ideò ſemper vocatur naturalis, ut à civili diſtinguatur.

Iubent leges, ut videris, quòd tota & integra legitima filio tradatur. Et inquirendum eſt, an hæ ipſæ leges, ob bonum publicum, an verò ob privatum eorumdem filiorum fuerint latæ? Si enim intendant bonum publicum, obſervari debebunt; nec pendebunt ab ulla particularium voluntate. Si autem privatæ filiorum utilitati conſulant, poterunt hi ſuo jure cedere, & interveniente hac ceſſione obligare ceſſabunt.

Leges, & aliæ ob publicum, & aliæ ob bonum privatum feruntur.

Vtris ſubditi cedere poſſint?

Quia igitur Reipublicę ſalus & incolumitas ſive legitimæ tantæ aut tantæ ſint; manuteneantur integræ, aut ex cauſa legitima decircinentur; eodem modo conſtabit, leges hujuſmodi bonum privatum concernere dicendæ ſunt: & conferre jus filiis, quo, ſi voluerint, poſſint cedere. Ergo, ſi gravamen, quod pater legitimæ appoſuit, filius acceptavit expreſsè, ceſſit ſuo jure; & hac ceſſione interveniente, nulli dubium eſt poſſe ſuſtineri onus in legitima impoſitum, proindeque eam venire in reſtitutionem fideicommiſſi, prout ex communi ſententia tradunt Peregrin. *de fideicom. art. 36. num.* 88. Ioſeph. Ludov. *deſ. Peruſ. 28. num. 52. & 69.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 532.* Ant. Gomez *tom. 1. var. cap. 11. num. 14.* cum aliis per Caſtillo *d. c. 64. num. 46. & ſeq.* & *d. c. 107. nu. 45.* & inſerius. Fuit de hac ipſa re diſceptatum dicetur.

An filii poſſint cedere jure Legitimæ?

An onera in Legitima admittere?

Hac doctrina præmiſſa Caſum, qui ſub generalibus terminis proponebatur, jam in ſpecie, & ſub determinatis circumſtantiis, prout reverà accidit, reponi poterit. Eſt profectò inter Mariam Strina, & Fratres de Valignano difficilis in Sacro Conſilio Diſſertatio; cui occaſionem præbuit Teſtamentum Io. Berardini Cantera, ipſius Mariæ viri; is namquè univerſali hæredi inſtitutionis factæ in perſonam Margaritæ filiæ, plures adjecerat ſubſtitutionum gradus, hac oratione; *Voglia che morendo detta Margarita mia figlia ſenza deſcendenti da ſuo corpo, ſuccedano ſempre li figli maſchi di detta Beatrice mia Sorella, cioè detto Ceſare nella mità della mia heredità, con l'iſteſſa conditione, & patti di ſopra eſpreſſi, & li altri fratelli nella altra mità pro æquali portione, e così ancora morendo tutti li figli che naſceranno da lei, ſuccedano dopò la morte dell'ultimo gl'altri deſcendenti da detti figli di detta Signora Beatrice mia Sorella in perpetuo ſenza mai detrattione in nullo caſo di legitima, & trebellianica, che in ogni caſo s'intenda prohibita.*

Caſus cum propriis circumſtantiis proponitur.

Litera Teſtamenti exhibetur.

Cùm itaque fuerit Subſtitutioni apertus aditus, & quia Margareta ſine filiis diſceſſit, vocentur ad hæreditatem Subſtituti, exſurget Maria, Mariæ mater, hæres ab inteſtato, & ex paternis bonis legitimam Margaretæ ſuæ filiæ competentem requirit. Et Iudices, ante Reſolutionem cauſæ, tres Quæſtiones deſiderant controverti & decidi; quarum eſt

An, ſi filius jure Legitimæ ceſſerit, filio hæres poſſit illã petere?

PRIMA, *An poſteriora, poſita in Teſtamento verba, ne legitimam detrahat, ipſimet Margareta, an verò hæredibus eidem Margaretæ ſubſtitutis, præcipiant?*

SECVNDA. *An ex hypotheſi, quod id præcipiant, cenſenda Margareta ſit Iuſtinianeæ Conſtitutioni* in leg. quoniam in prioribus, *renuntiaſſe, ex eo quod & teſtamentum paternum, & in illo prædictum præceptum, acceptavit & approbavit?*

TERTIA. *An facultas poteſtaſq; removendi à legitima onera, quæ concipitur filiis, ad ipſorum hæredes ab inteſtato tranſmittatur; ac proinde in præſenti Caſu, ad matrem Margaretæ, Mariam?*

Tres quæſtiones, quæ reſolutione indigẽt proponuntur.

Et

Et hæ ſunt tres Quæſtiones, quæ impræſentiarum ſpecialem deſiderant dilucidationem.

SECTIO III.

Prima Quæſtio [An poſteriora poſita in Teſtamento verba, ipſimet Margaretæ, an verò hæredibus, eidem Margaretæ ſubſtitutis, præcipiant; Ne legitimam detrahant?] *proponitur, deciditur, & explicatur.*

Verba ambigua per proximiora non autem per remotiora reſtringuntur.

IVriſperiti, qui pro Maria ratiocinabantur, aſſerebant, prohibitionem illam detrahendi legitimam, in Teſtamento poſitam, non inſtitutioni hæredis, ſed ſubſtitutionibus cenſeri impoſitam: ea enim eſt verborum natura, ut ipſorum relatio fieri debeat ad proximè dicta, non autem ad remota, juxta tradita *per gl. in l. ſi idem cum eodem* §. *ultimo, ff. de juriſd. omn. judic.* idque procedit univerſim, ſeu conſideretur favor, ſeu odium alicujus perſonæ; nam relatio debet fieri ad proximè, & immediatè nominatam.

Norunt id univerſi Grammatici; ſi enim Virgilii illos proponas numeros, & in ipſis

Victorem Buten immani corpore, qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat
Perculit, & fulva moribundum extendit arena.

Virg. lib. 4 Æn. Petrus Hiſpanus in ſuis Súmulis hanc relationem appellationem nominavit.

Et, ſi interroges, quo epitheton *Bebrycia* referatur? vel, ut Hiſpanus Petrus loquitur, quo appellet? illud cum *gente*, quæ proximè legitur, & non cum *arena*, quæ proſpectatur, compones. Hæc certa, & indubitata ſunt; ſed quia eò venit Iuniorum Iuriſperitorum diffidentia, ut hanc ipſam chartam eſſe albam nolint credere, niſi Doctorum teſtimonio probaveris, nonnullos præclaros Scriptores ſubjiciã. Relationem enim ad proximiora, & non ad remotiora fieri, præter plurimos alios affirmat Peregrinus *conſ. 38. vol. 2. num. 5.* Seraph. *deciſ. 606. num. 9.* Rot. Roman. *dec. 267. num. 3. & dec. 277. num. 8 par. 2. in noviſſ. collectis* per Farinac. Et fieri non debet ad ea, quæ ſpeciali indigent expreſſione, prout in legitima, *l. ita apud labeonem*, §. *hoc edictum. ff. de injur.* Afſl. *deciſ. 111. num. 9.* Menoch. *conſ. 250. num. 49. tom. 3.*

An etiam clara & manifeſta, ſint Authorum teſtimoniis probanda?

De ſenſu congruo & parum congruo.

Præterea, ubi duplicem ſenſum habent verba, quorum alter incongruus eſt, & alter congruus; reſtringi ad congruum debent. Si enim Epiſcopus dixerit Clericis, & Prætor laicis, *Ne ullus abeat tra ex civitate, ſub pœna ſuſpenſionis præcipio.* Etſi *ſuſpenſionis* vocabulum erit æquivocum, & in Iure Canonico uſu beneficii, aut etiam utriuſque privabit Clericum; & in Cæſareo concernet patibulum, & reum privabit vita; tamen in Epiſcopi ore non comminatur mortem, nam ille neminem condemnat capite: & in Prætoris ore, non privat uſu beneficii Eccleſiaſtici; nam hæc privatio ad Prætorem non pertinet. Ergo in præſenti Caſu, cum pater in legitimam poteſtatem non habeat, ſi Teſtamenti verba admittant duos ſenſus, alterum, qui Teſtatorem intra terminos Patriæ poteſtatis contineat: & alterum, qui illum jubeat exorbitare; diſpoſitionis verba ad eum reſtringi ſenſum debent, qui ſit in diſponentis poteſtate. Ita expreſsè *lex. Lucius.* § *penult. ff. ad municipal. c. à nobis*, ubi Abbas *de ſent. excom.* Bar. *in l. ſiquis ſub conditione, ff. de condit. inſtit.* ita Caſtrenſ. *conſ. 347. vol. 1. & 389. vol. 2.* Dec. *conſ. 217. vol. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 83.* Qui omnes ſubſcribunt Iuliano *lib. 87. Digeſt.* dicenti, *Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipietur, quæ rei gerendæ aptior eſt.* Et eſt Regula LXVII. Iuris Civilis.

Vox ſuſpenſio aliud ſignificat dicta à Prætore & aliud dicta ab Epiſcopo.

Poſſunt & ſolent in Teſtamentis poni clauſula non neceſſaria.

Si dicat aliquis prorſus ſuperfluam eſſe hujuſmodi prohibitionem reſpectu ſubſtitutionum tranſverſalium; iis enim nullum jus ad legitimam competit. Poterit reſponderi, non omnes, qui Teſtamenta condunt Iuris apices percallere perfectè: & ideò potuiſſe non filiæ, ſed ſubſtitutis, licèt ſuperfluè, eam prohibitionem fieri, ſi falſa credulitate deluſus eam Teſtator neceſſariam putaret.

Si dentur duo: alter, qui prohibere poſſit, & alter qui non poſſit, an prohibitio de primo, & non de ſecundo intelligenda ſit?

Sed reſpondebatur pro fratribus de Valignano, non ſolùm ridiculam, ſed à Principiis Iuris omninò alienam eſſe, quoties id contenditur, ut prohibitio detractionis legitimæ potiùs ſit referenda ad caſum, qui de Iure non poteſt effectum ſortiri, quàm ad eum, qui Iure ipſo validus eſt, cum uterque eadem ſit contentus oratione: onus namque eatenus præſumitur injunctum hæredibus potiùs ab inteſtato, quàm filio, ut ſubſtitutio comprehendat legitimam, quatenus actus non continet in ſe Iuris, ſeu verborum repugnantiam, ut poſt Imol. Paulum Alex. & alios notat Hieron. Gabr. *conſ. 117. à num. 31. lib. 1.* ſcitur namque interpretationem verborum eſſe faciendam ut actus valeat. Ergo, ſi detur duplex ſenſus & juxta alterum valet Fideicommiſſum, & juxta alterum non valet; cum conſtet Teſtatorem voluiſſe Fideicommiſſum inſtituere, cenſendus eſt eo ſenſu loqui, qui ejus voluntati non noceat, ſed eam confirmet potiùs,

Mens Teſtatoris eſt, ut illud Fideicommiſſũ valeat. Ergo quæcumque interpretatio, quæ contra Fideicommiſſi valorem ſit, erit cõtra voluntatẽ Teſtatoris.

&

& felicius ad effectum perducat. Ita, & quidem eleganter Ruin. *conſ.* 185. *vol.* 2. ſequitur Gabr.*loc.cit.nu.*33. & relationem ad caſum, cujus reſpectu noo ſit inutilis, nec patiatur ſuperfluitatem manifeſtam, *l.* 1. *de admin.tutor.l.quod Labeo.,de Carbonian.edict.* latè Cravet. *conſ.*701. *num.*42. *vol.* 4. & tunc ad proxima, quoties ſunt ejuſdem ſpeciei, *l.* 1. *§. alienatio,* ff. *quand. act.de pecul.l.Plautius, de aur.& argen.leg. l. ſi idem cum eodem, §. fin. de juriſd. omn. judic.*Clementina 1.*§.ad hoc preben.*Bellamer.*conſ.*3.*num.*13.Cravet.*conſ.*612. *num.* 6.*vol.*4.Alex.*conſ.*204.*num.*5.*vol.*2.

In dubio, An perſona, an verò hæreditas gravanda ſit?

Confirmatur; quia quando onus ita indeterminatè ponitur, ut ex verborum contexiu diſceroi nullo modo queat, an perſonale ſit, aut reale? hoc eſt, an hæredem ipſum, an verò hæreditatem gravet, communis apprehenſio hominum jubet, ut hæreditas, noo autem perſona gravetur. Ita Ruio.*conſ.*97.*col fin.vol.*2. unde bene ad propoſitum ſcribit Bald.*conſ.*279 *vol.* 1. quod onus imperſonaliter impoſitum poſt aliquos ſubſtitutionum gradus, cenſetur injunctum omnibus gradibus, & in omnibus eſt exſequeodum, ſequitur Ruin.*conſ.*137.*num.*6.*vol.*3. & comprobat Gabr.*loc.cit.nu.*4.

Verba clara nõ indigent interpretatione aut reſtrictione.

Quod, ſi alicui hæc doctrina non placeat, dicam verba clara & in terminis ipſis reſtricta, neque expoſitione, neque ulterioti reſtrictione indigere; addamque Teſtatorem verbis uſum fuiſſe clariſſimis, Reſtrictionemq; aliquam non patientibus, ibi. *Senza mai detrattione in neſſuno caſo di legitima, o trebellianica, che in ogni caſo s'intenda prohibita*; quæ quidem verba omnes caſus comprehendunt, nec magis unum, quàm aliom; habent præciſam naturam; nullam admittunt Reſtrictionem, & important præciſam executionem, latè proſequitur Auguſt.Barboſ.*de diction. uſufreq.dict.*140.*per totam.*

Legitimæ detractio eſt Margaretæ interdicta, ergo totam ipſa hæreditatem adivit & ut fideicommiſſaria poſſedit. At Margaretæ mater, hæres ab inteſtato, non habet jus in ea, quæ Margareta ut fideicommiſſaria poſſedit. Ergo non poteſt illud fideicommiſsũ decircinare.

Confirmatur: quoties enim facta eſt filio puberi, prohibitio detrahendi legitimam non cenſetur facta ſubſtitutis, ſed legitimis hæredibus, ut poſt alios teſtatur de communi Galtaula *in l. Centurio num.* 409.*de vulg.& pupill.*Mantic.*de conjectur. lib.*8.*tit.*3.*num.*6.*&* 8. Peregr.*de fideic.art.* 12.*num.*20.*&* 27.Caroc.*dec.*70. *nu.*5. Verus igitur illorum verborum ſeuſus hic eſt, ut legitimæ detractio cenſeatur Margaretæ filiæ inſtitutæ prohibita, cui debetur; eo quod privatio neceſſariò præſupponit habitum, Trebellianica verò, quia filiis primi gradus prohiberi non poteſt [ad text. *in* l. *jubemus*, C. *ad Trebell.* ubi Bald.& Salicet. *per eum text.* eamque veriorem opinionem eſſe dicit Dec. *conſ.*81, *num.*3. & *conſ.*227. *num.*5. Guid.Pap.*dec.* 51.Gabr.*conſ.*93. *num.*26.*lib.* 1.Covarr. *in Cap.Raynaldus,§.*3. *nu.*6. *ante finem, de teſtam.* Vnic. de Franch. *dec.*11. *num.*10. *& ſeqq.*Fachineus *libr.*12. *contr.cap.*11. licet eam ſententiã validè impugnet Meooch. *conſ.*164.*num.*23.*lib* 2.& *conſ.*1141. *num.* 17.quam itidem veriorem eſſe dixit Alex. *conſ.*67.*libr.*1. & poſt multos, quos refert Honded.*conſ.*59. *num.*37. *vol.* 1.] conſequitur, ut prohibita cenſeatur ſubſtitutis ipſis, quo ſenſu admiſſo ſalva redditur ratio recti ſermonis teſtatoris, ſalvaq; legum diſpoſitio.

Quid tandem, ſi adhuc aliquod maneat dubium dicendum ſit?

Præterea, ut nil maneat intactum, aſſeto in ſententiarum contrariarum concurſu manutenendum eum, qui poſſidet. Cum ergo Fideicommiſſum in poſſeſſione ſit, & legitimam ipſam includat, ſine multorum injuria non poterit decircinari. Ergo ſicut illud Margareta poſſedit, ſic ad ſubſtitutos hæredes debet illud tranſire.

SECTIO IV.

Quæſtio ſecunda (An Margareta Iuſtinianææ Cooſtitutioni *leg. quoniam in prioribus*, acceptando & approbando teſtamentum paternum, renunciaverit?) *reponitur & examinatur.*

Quid requiratur, ut filius legitimè cedat jure, quod per leges adquireret?

PRobavimus legitimæ detractionis ab hæreditate prohibitionem, ſupereſt modò oſtendere Margaretam hanc prohibitionem ipſam acceptaſſe legitimè: mens enim Teſtatoris fuit, matrem & cæteros ſubſtitutos per filiam, cui legitima debebatur, ſuæ ultimæ voluntati conſentientem, ab illius legitimæ omninò prætenſione excludere.

Debet ſcire, quid faciat, non tantùm in genere, ſed in particulari.

Et quidem ut Teſtamenti approbatio ſit valida duo ſuot neceſſaria. Primum, ſcientia certa, & individualis prohibitionis prædictæ, & reliquorum in teſtamento contentorum, nec enim ſufficit ſimplex, & generica approbatio. Ita DD. *in l.de his,* ff.*de tranſact.*Ruin.*conſ.*91.*num.*10. *libr.*1. Cardinal. *conſ.*44. *num.*3. Tiraquell.*ad l. connubial.gloſ.*8. *num.*183. & deciſum per Rotam Roman. refert Farinac. *dec.* 95. & requiritur, quod quis habeat plenam notitiam ſui præjudicii *ex gl.celebri in c.concertationi, verbo non conſenſerit, de appellat.in* 6.Alex.*conſ.*114.*nu.*4.*vol.*1.& ſcientia debet eſſe plena & certa juris, & facti, Bald.*in l.mater.num.*4 *&* 5.C.*de rei vind.* Ozaſc.*dec.*179.*nu.*13.*&* 17.Pariſ. *conſ.*47. *num.*97.*libr.*1. latè Socin.*conſ.*159.*col. penult.lib.*2.Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.* 15.*num.*123.Caſtillo *d.c.*107. *ex num.*53.

Debet habere juris & facti ſcientiam.

ad

Digitized by Google

ad 70. latè Giurba *dec.* 105. *nu.* 12. Et ratio eſt clariſſima: quia, ſi nihil volitum, quin præcognitum, de circumſtantia, quam neſcivit, non potuit filius deliberare.

Debet illud onus expreſsè & in individuo acceptare.

Secundò non ſufficit, quod omnes filius circumſtantias cognoverit; ſæpè enim, quæ cognoſcimus, non adprobamus. Requiritur ergo, quod non ſolum ſit approbatum expreſsè teſtamentum paternum, ſed ſpecificè, & individualiter quoad onus impoſitum legitimæ, quia ſimplex ipſius approbatio non extenditur ad jus quod competit filio in legitima, ita poſt plurimos tenet Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 87. & cum aliis. Sequitur Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 296. *nu.* 91. eſt enim ſpecialiter conſtitutum favore legitimæ, ut non ſit ſufficiens generale pactum, ſed requiratur expreſſa ipſius renunciatio, *ad text. in l. ſi quando, §. & generaliter. C. de inoff. teſtam.* ubi Claſſici omnes, & latè comprobat Rodetic. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus, ampliat.* 8. *per totum*, Vinc. de Franch. *dec.* 20. *num.* 6. Caſtillo poſt infinitos, quos allegat *d. cap.* 107. *num.* 54. *cum ſeq.*

In generali renunciatione nõ intelligitur Legitima.

Hæc autem duo intervenisse in hujuſce teſtamenti approbatione certum eſt. Nam quoad ſcientiam attinet, ſcitur paternum ipſum teſtamentum filia inſtante, eademque præſente, & audiente fuiſſe apertum, lectum & publicatum, ex quo actu plenam illam ſcientiam à Iure deſideratam reſultare non eſt ambigendum, ut advertit Sfort. Odd. *in repet. l. qui Romæ, §. duo fratres qu.* 3. *art.* 6. *num.* 98. Quo verò ad approbationem conſtat de ea his verbis. *In omnibus & ſingulis ejus partibus cum conditionibus & oneribus in eo contentis, prout ſibi à Iure permittitur*; quibus verbis compertum eſt cenſeri expreſsè, & ſpecificè approbatam prohibitionem legitimæ, & fideicommiſſum eam afficere, ut poſt Bart. Angel. Rip. & alios eſſe veriſſimum, & exploratiſſimum dixit Ruin. *conſ.* 56 *nu.* 6. & 52. *vol.* 2. bis ita judicatum refert Peregr. poſt alios *de fideicomm. art.* 36 *num.* 89. ſequitur Fuſar. *d. qu.* 296. *nu.* 93. receptam, & magis communem dicit Turret. *conſ.* 81 *n.* 22. *lib.* 1. Petra *de fideicom. qu.* 15. *nu.* 119. D. Mercurial. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *qu.* 9. *num.* 35. & 38. Balthax. Tomaſ. *de renunt. legit. cap.* 16. *num.* 89. latè Gallerat. *de renunt. cent.* 1. *renunt.* 47. *num* 15. & 21. & noviſſimè poſt alios ſic deciſum refert D. Conſil Marcian. inſignis Iureconſultus, & collega noſter *conſ.* 25. *num.* 5. & Peralt. *in repet. l. cum Patronus, de leg.* 2. *nu.* 13. exiſtimat, ſatis eſſe, ſi filius ſciens gravamen appoſitum, illud approbaverit, ſive verbis expreſſis, ſive tacitè per aliquem actum facti, ut potè, ſi proprium nomen approbationi ſubſcripſerit; aut hæreditatis, quam ſciebat Fideicommiſſi onere gravatam, poſſeſſionem adierit: aut aliquid ſimile fecerit. Cald. Pereyr. *de jur. emph. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 31. & 32.

Quomodo probetur oneris impoſiti admiſſio?

Approbatio verbis & factis poteſt fieri; loquimur enim æquè verbis, ac factis.

Id quod fortius procedit, ubicumque filiæ approbatio nonniſi ad legitimæ detractionem referri poteſt, quo caſu generalis quamtumvis renunciatio habet vim ſpecialis & individuæ, ita receptum apud noſtrates dixerunt Gabr. *comm. concluſ. tit. de legitim. concl.* 8. *nu.* 16. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 196. *nu.* 33. Mantic. *de conjectur. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 11. Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 101. Mangil. *de imputat. qu.* 91. *num.* 13. Rota Romana coram Sanctiſs. Ludoviſio *dec.* 539. *num.* 15. Surd. *de alimen. tit.* 9. *qu.* 15. *num.* 16. Motor. *conſ.* 9. *num.* 24. Balthax. Thomas. *loc. cit. num.* 9. Paul. Gallerat. *ubi ſupra nu.* 9. Cancer. *variar. tom.* 3. *tit. de pact. cap.* 7. *num.* 97. *cum ſeqq.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 24. *num* 42. & 43. Tiraquell. *ad ll. connub. gloſ.* 7. *nu.* 128. *cum ſeqq.* D. Reg. Rovit. *dec* 56. *nu.* 10. & 11.

Vbi propter unicam circumſtantiam petitur hæredis approbatio, illa approbatio ex hoc capite ad illam neceſſariò reſtringitur

Ad approbationis valorem legitimam ætatem requiri Adverſarii aſſeverant: negantque illam habuiſſe Margaretam.

Reſpondemus nil obeſſe approbationem illam teſtamenti paterni fuiſſe factam à Margareta, licet pubere, minore tamen decem, & octo annorum; nam minor non reſtituitur adverſus actum in ſua evidenti utilitate geſtum, & proinde actus ipſe ſuſtinetur omninò, quamvis ex incerto futuro eventu damnoſus poſteà evenitet, cum quiſque pater familias actum gerere teneatur inſpecta præſenti utilitate, prout diſertis verbis reſpondet Iureconſultus *in l. verum, §. ſciendum, de minor.* & communiter receptum dicit Sfort. Odd. *de integr. reſtit. par.* 1. *qu.* 4. *art.* 5. *nu.* 23. & 28. Et hoc ipſum clariſſimè probari poteſt. Quoniam reſtitutionis beneficium, quod Minoribus concedi ſolet, eorum ſupponit in contractuum celebrationibus imprudentiam. At hæc ratio ceſſit, quando contractus alicujus celebratio fuit ad evidentem minoris ipſius utilitatem. Ergo & ceſſat tunc reſtitutionis beneficium, quod in aliis caſibus concedi ſolet.

Vbi evidens fuit minoris utilitas, non datur reſtitutio, etiamſi contractus poſteà dãnoſus ſit.

Et quidẽ negare nolo eſſe nocivã filio inſtitutionem ſi denominetur hæres in minori parte quam eſt legitima, tunc enim jure poterit ſupplementum aut ipſam legitimam petere, nam ſcitè Angelus *in ſumm. verb legitima. nu.* 2. ſcribit. [Quid, ſi filius inſtituatur in minori parte? Reſpondeo, quod nihilominus aget uſque ad

Oſtenditur fuiſſe valde utile Margaretæ illud gravamen acceptare.

ſup-

ſupplementum, *leg. omnimodo.* quia hæc legitima datur in bonorum ſubſidium de Iure Naturæ.] At hæc conſideratio locum non habet in hoc caſu: certum eſt enim illam Teſtamenti paterni approbationem fuiſſe omninò Margaretæ proficuam, & utilem, utpotè cui ob agnitum onus prohibitionis legitimæ, lucrum opulentæ hæreditatis pluſquam quadraginta mille aureorum quæſitum fuit: quo caſu, non jam verior, ſed abſolutè vera eſt doctrina exiſtimantium, valere patris diſpoſitionem ſive onus injunctum legitimæ, eamque cum reſiduo bonorum reſtituendam eſſe fideicommiſſario, cujus ſententiæ author fuit Raphael Cuman. *in l. coheredi, §. cũ filio, nu. 2. de vulg. & pupillar. & in l. in fideicommiſſoriam, nu. 15. ad Trebell.* & *in conſ. 25. col. ult.* quem poſt multos ſecutus fuit Menoch. *pluribus locis*, & in ſpecie *in conſ. 1141. vol. 12.* ea præcipua ratione, quod filius conqueri non poſſit de injuncto legitimæ onere, quando pater plus, vel tantundem ei reliquit: ſcitur namque filium poſſe etiam in re propria gravari, quando ei ultra legitimam relinquitur: *ad tex. in l. filius fam. §.* apud Marcellum, *de legat. 1.* & *in l. Imperator, §. ſi centum de legat. 2.* tenet Fabian. *in auth. noviſſima nu. 169. C. de inoff. teſtam.* Surd. *de alimen. tit. 2. qu. 15. num. 180. & ſeqq.* D. Mercurial. Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. qu. 7. nu. 5. & 6.* Vinc. de Franch. *dec. 293. in fine* & aliis adductis probat Fuſar. *de ſubſtit. qu. 296. nu. 70.* & deciſum refert Maſtrill. *dec. 181.* D. Marcian. *d. conſ. 25. num. 9.* Et caſus hoc poterit exemplo explicari. Titii filius habebat domum, quæ valeret 500. aureis, legitima adſcendebat ad 100. & Titius teſtamentum condidit per hæc verba, *Conſtituo heredem univerſalem Sempronium filium meum, ſub onere quod domum illam ſuam donet cognato meo Toribio.* Ecce per teſtamentum in re propria gravatur, ſi illud acceptet. Et in hoc ſcitè caſu inutilem cautelam exiſtimat Ludovic. *dec. Lucen. 28. ex nu. 51.* ut filius relictum acceptet, & onus rejiciat, & quod incompatibile ſit, ut filius ſimul, & ſemel legitimarius ſit & univerſalis hæres, ut benè obſervat Gravell. *dec. Dolan. 61. num. 12. cum ſeqq.* & videtur tenere Surd. *de alimen. tit. 2. quæſt. 15. num. 181.*

An poſſit filius in re propria gravari?

Poterit, ſi gravamen acceptet.

An ſimul & ſemel hæres univerſalis, & legitimarius eſſe poſſit?

Sed dices, nihil certi concludi, nec data fuiſſe fundamenta, ex quibus poſſint Iudices ad definitivam venire. Nam Cumani ſententia, cui videtur noſtra reſolutio inhærere, non niſi incerta, & ut plurimum probabilis eſt; validè enim impugnatur ab Alexandro *in d. l. in fideicommiſſariom*, & ejus ſequacibus, quos ad unguem recenſet D. Reg. Rovit. *conſ. 61. libr. 2.* qui amplius teſtatur fuiſſe per Sac. Conſ. judicatum ſecundum opinionem Alexan. & Fuſar. *loc. cit. num. 71.* nihilominus tamen data pro probabili utraq; ſententia, de quarum viribus non eſt in præſenti neceſſariò diſſerendum; adhuc non ſunt illæ contrariæ: nam Cumani ſententia procedit ex hypotheſi, quod filius paterni teſtamenti diſpoſitionem acceptarit: & altera nihil ſupponit: quoniam in noſtro caſu, ſi nulla approbatio paterni teſtamenti intercederet, tunc, ut Gravell. *loc. cit.* affirmat, filia hæres univerſaliter inſtituta poſſet legitimam rejecto onere eidem impoſito detrahere, ſi id fecit ante actum præjudicialem agnitionis, & tacitæ approbationis teſtamenti paterni, ad eam tantummodò fine onere conſequendam, non verò ad hoc, ut poſſit conſequi ultra legitimam id quod à teſtatore eſt relictum, & rurſus ejus impugnare diſpoſitionem, ita advertit D. Mercurial. Merlin. *de legit. d. tit. 2. qu. 7. num. 26. verſ. ſed reſpondetur*, & latius comprobat Caſtill. *d. c. 107. nu. 64. cum ſeqq.*

An fundamenta noſtra doctrina ſint ſufficientia, ut ſententia in tribunali definitiva proferatur?

Authores, qui contrarii videntur, conciliantur.

Sed, quia ſumus in caſu quem Cumanus conſiderat, reſpondemus, agi omninò debere de Teſtamento, in quo Teſtator præcipit filio ſuo, ut hæreditatem cum onere accipiat, adjecta clauſula illa reſolutiva, ſive annullativa, quod aliàs legitima ſit contentus, & hæreditate privatus: quo diſtinctionis fœdere diffidentium ſententias conciliat Angel. *in §. prohibemus, Auth. de triunt. & ſemiſſ.* quem ſequitur D. Mercurial. Merlin. *d. libr. 3. tit. 2. quæſt. 8. num. 10.* & Surd. *de alim. quæſt. 15. tit. 2. num. 186.* Quæ quidem clauſula reſolutiva, licet expreſsè in Teſtamento non legatur, virtualiter tamen continetur illis verbis *nunquam & nullo caſu*, quæ eandem vim habent, juxta tradita per Ioann. Bernardinum Cantera Matienz. *ad l. 1. gl. 4. num. 18. in fine tit. 4. libr. 5. recopilat.* Ozaſc. *deciſ. Pedemon. 165. num. 14.* cum aliis relatis per Barboſ. *de dict. uſufreq. dict. 240. num. 15.* Ex quibus videtur dicendum, Mariam actricem excludendam eſſe omninò à petitione legitimæ prædictæ ex perſona Margaretæ ejus filiæ, quæ teſtamentum paternum cum onere injuncto expreſsè approbavit.

Quid reſolutivè in ſuo teſtator teſtamẽto voluerit?

Quo modo ejus voluntas percipiatur?

SE-

Digitized by Google

SECTIO V.

Quæſtio Tertia (An ex ſuppoſitione, quod ſufficiens approbatio oon fuerit, poteſtas removendi à legitima onera, quæ conceditur filiis, ad eorum hæredes ab inteſtato tranſmittatur : ac propterea nunc ad matrem Margaretæ Mariam ?) *reſolvitur, & dilucidatur ?*

An legitima tranſeat ad filii hæredes ſine onere ?

SVnt in hac Quæſtione duæ diverſæ Iuriſperitorum ſententiæ. Nonnulli enim exiſtimant permitti etiam hæredibus quod filio; & probant, Quia detractio illa oneris impoſiti in legitima fit ipſo jure & legis miniſterio *l. fin.* C. *de liber. præter. l. fin.* C. *de repud. hæredit.* ideoque ſicut tranſit in filium legitima abſque onere, quaſi illud impoſitum non fuiſſet, ita debet, & ad hæredes ipſius pervenire, per quos terminos hanc partem defendunt Facchin. *contr. jur. lib.* 12. *cap.* 10. Farinac. *conſ.* 159. *n.* 46. *&* 59.

Libertus portionem patrono debitam nõ poteſt gravare onere fideicommiſſi.

Alii decidunt contra: quoniam ſententia præcedens, ut exiſtimant, ex diametro textui, qui expreſſus videtur *in l. cum patronus* 28. *de legat.* 2. ubi caſus proponitur de patrono hærede inſtituto à Liberto ſuo, cum onere fideicommiſſi in portione ſibi debita: reſpondet autem Conſultus ad fideicommiſſum non teneri: quod ſi portio illa ad alium incipiat pertinere, hunc teneri eam reſtituere vigore fideicommiſſi, ea generica ratione, quia privilegium rejiciendi onus à legitima eſt perſonale ejus, cui portio ipſa debetur; quod quidem ad alium pertinere non debet, quam celebrem diſpoſitionem non magis in patrono procedere, quàm in filio, ex identitate, ſeu potiùs majoritate rationis DD. omnes fatentur. Ergo virtute hujus doctrinæ, ſi Margareta onus fideicommiſſi in legitima ſibi debita impoſitum recuſaret, uteretur ſuo jure, & illa portio tali onere illa vivente non gravaretur, at eadem mortua illo onere afficeretur, nam privilegium illud perſonale deſineret. Et pro hac doctrina, & rationum paritate præter Baldum, Caſtrenſem, & alios antiquiores, citari ſolent Peralta *in d. l. cum patronus, num.* 17. *& ſeqq.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num.* 423. *per tex. in l. final.* C. *de legat.* 1. Emanuel Acoſta *in cap. ſi pater, p.* 1 *verbo legavit. num.* 14. *de teſtam. in* 6. Rodericus Suarius *in l. quoniam in prioribus.* 1. *limitatione, num.* 19. & *limit.* 4. Surd. poſt alios, quos congerit, *conſ.* 412. *num.* 47. *&* 48. *vol.* 3. & 458. *num.* 27. *vol.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 983. *num.* 24. *vol.* 5. Marta *de ſucceſſ. legal. tom.* 2. *p.* 4. *qu.* 21. *art.* 11. *num.* 10 Iacob. Cancer. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *de invent. num.* 103. *& ſeq.* ideò Baldus *in d. l. cum patronus* eleganter ait, *quod mutatione perſonæ, mutatur etiam nomen legitimæ, & onus illi impoſitum habetur pro non ſcripto quo ad eum tantummodò, cui de jure debetur legitima abſque onere, non autem reſpectu ejus, qui ſuccedit legitimario,* idemque tenet Paulus de Caſtro *ibidem*, & mordicus defendit Roderic. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus, limit.* 4. Vaſq. *loco proximè cit.* Acoſta *in d. c. ſi pater. verbo legavit, nu.* 14. Marta *ubi ſupra*, Surd. *d. conſ.* 458. *num.* 26. & rurſus *conſ.* 541. *num.* 28. Gregor. Lopez *ad l.* 11. *tit.* 4 *p.* 6. *verbo. libremente*, & plures in hanc rem cumulat Maſtrill. *dict. deciſ.* 181. ubi refert pro hac opinione judicatum.

Conſideretur bene iſta rationis paritas.

Firmat doctrinam hanc Ius Canonicũ, & conſuetudo cõſtans à Regibus & Principibus in Orbe Chriſtiano approbata; nã, ſi vinea A. gabelas debeat ſolvere, & obnoxia contributionibus, ita ut poſſit à Civitate gravari, ſi tamen detur Clerico in titulum ut ad Majores Ordines promoveatur, fit libera; & tamen, ſi mortuo clerico, aut ad congruam dignitatem promoto, ad manus laicas tranſeat, non tranſit libera, ſed cum onere, quod priùs habebat; &, ſi iterum patrimonii Eccleſiaſtici titulo alii deſignetur Clerico, ſine oneribus illis tranſibit: non enim vineæ, ſed perſonæ (nempe, Clerico) eſt conceſſa illa immunitas. Quoniam, ut ſingulari libro *de dotis repetitione* (& etiam libro *de adſignatione libertorum*) Paulùs ait, *In omnibus cauſis id obſervatur. Vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat.* Quæ verba tanti fecerunt Iuris Compilatores, ut *nu.* 68. loco Regulæ propoſuerint Iudicibus, juſſerintque ad eam in tribunali pronunciari. Quam ob rem in illa vinea Clerico in patrimonii titulum donata, quia perſonæ conditio (nempe, dominum eſſe Clericum) locum facit (immunitatis) beneficio, deficiente ea (perſonæ conditione: puta, ſi eadem vinea ad manus ſæcularis trãſeat) etiam (exemptionis) beneficium deficiet. Ergo ſimiliter de hæreditate à Ioanne Bernardino in Margaretam filiam ſuam debebimus philoſophari. In hac autem hæreditatis maſſa una portio eſt legitima, alia eſt quæ præter legitimam complet hæreditatem. Hanc poſteriorem partem poſſe gravari à Teſtatore Fideicommiſſi circumſtantia certum eſt: & de priori diſputatur tantummodò. Et reſpondetur illam ipſam ad Margaretam Ioannis Bernardini filiam, & ea mortua ad alios hæ-

Bona, quæ oneribus civilibus in manu laici gravabantur, ſi Clerico in patrimonii titulũ ut ordines ſuſcipiat, adſignentur, ſiunt exempta: & ſi iterum ad laici manus redeant oneribus rurſus gravantur.

Proponitur Iuris Regula LXVIII.

An eodem modo de legitima filiis debita philoſophandũ ſit?

Et Caſui præſenti applicatur.

Digitized by Google

hæredes (collaterales) tranſmitti. In Margharetæ manibus ab omni onere Fideicommiſſi poſſe eximi non enim gravari legitima poteſt filia invita: cæterùm, ſi ad alias manus tranſeat, carere hoc privilegio, nam ex Iuris Regula LXVIII. in bonis, in quibus perſonæ conditio (nempe, quod filia ſit) locum facit beneficio (nempe, quod habeant rationem legitimę, & non poſſint à patre Fideicommiſſi circumſtantia gravari) in eiſdem bonis, ſi perſonæ conditio deficiat (puta, ſi ad alium qui non ſit filius tranſeant, jam non habebunt rationem Legitimæ) ac propterea beneficium (immunitatis) deficiet (non enim habebunt, cur non poſſint in patris teſtamento Fideicommiſſi circumſtantia gravari.)

Quid poſſit, & quia non poſſit Fideicommiſſi circumſtantia gravari?

Conſideratis utriuſque Opinionis momentis oculatiſſimi Iuriſprudentiæ Profeſſores hærent, & aſſerunt utramque videri probabilem. Ita Caſtillus *d.c.* 107. *num.* 72. & 73. *verſ. verè tamen.* Et alii.

An utraque ſententia ſit probabilis?

Ego autem rem eſſe claram omninò judico, & implicari multis textibus, quę poſſet expediri perpaucis. Conſidera Concluſiones ſequentes. Et ſit

Prima. *Sunt in Iure ſententia lata, & ſunt etiam ferenda.* Et hæc doctrina, non ſolùm quoad rem, ſed quoad modum loquendi eſt inter Canoniſtas communis, qui excommunicationem eſſe dicunt aliam latæ, & aliam ferendæ ſententiæ. Prior, ipſo facto, ante omnem ſententiam Superioris incurritur: poſterior verò Iudicis ſententiam expectat. Habetur etiam hæc doctrina apud Iuriſtas; nam ſunt pœnæ, quæ ipſo jure; & ſunt, quæ per ſententiam incurruntur. Nam in læſæ Majeſtatis Divinæ aut Humanæ peccato perdit ipſo jure omnium bonorum poſſeſſionem Hæreticus, Perduellis, &c. Ita *leg. manic. l. cog. c. de hæret.* Quemada *in Quæſtionib. Fiſc. quæſt.* 7. *num.* 6. Diana *part.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 5. §. *Tertia*, & *tract.* 8. *reſol.* 92. Cotonius *verb. Hæreticorum pœna. num.* 3. & 7. In aliis autem culpis lege merè pœnali interdictis, ante ſententiam Iudicis nemo ſolvere mulctam tenetur. Eſt communis: & multos ex ea caſus apud Cotonium *in ſumm. verb. reſtituere. num.* 18. 19. & 20. in ſpecie reſolutos reperies. Et, quia utrumq; dilucidare poteſt, Caſum ſubſequentem adjungo.

De lata, & ferenda ſententia.

De excommunicatione.

De crimine læſæ Majeſtatis.

De aliis criminibus.

In Civitate N. ſub pœna mille regalium applicandorum fiſco, pugiones interdicebantur. Accuſatur Titius, & qui condemnari deberet, à Iudice contra leges abſolvitur. Et quæritur, An prædictus Iudex ad reſtitutionem teneatur.

An Iudex, qui injuſtè abſolvit reum, teneatur ad reſtitutionem?

Cotonius *loc. cit.* ſic reſpondet. [Denique nec (tenetur ad reſtitutionem) Iudex ad talem pœnam, prout de Iure, non damnans, ut probabiliter Tannerus *in* 2. 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 6. *dub.* 2. *num.* 18. contra Layman *cap.* 5. *num.* 7. Et in ſpecie de Inquiſitore qui Semphronium, hæreticum, cujus bona confiſcari debebant, injuſtè & contra regulas Iuris abſolvit, Mouta *de ſenſal. ſect.* 3. *cap.* 1. *num.* 35. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 52. §. *Notandum* & *ibid. tract.* 6. *reſol.* 35. §. *Tertiò*, & *part* 4. *tract.* 6. *reſol.* 108. Et ratio eſt: quia in his caſibus non delinquunt contra Iuſtitiam Commutativam, ſed contra legalem. &c.] Interim in duobus iſtis caſibus (Titii & Semphronii) ſummam ego differentiam reperio. In primo enim Tannerus bene philoſophatur, nam ante Iudicis ſententiam illa mulcta, quam eſſet ſoluturus Titius, ſi condemnaretur, non pertinebat ad Fiſcum: quam ob rem iniquitate ſua ille Iudex non privat Fiſcum aliquo dominio (vel aliqua re, in qua habebat dominium) ſed facit, ne Fiſcus dominium adquirat. In caſu autem altero adlucinatur Mouta & Diana & Cotonius cum ipſo: nam, ſi hæreſis rerum omnium dominio reum ſpoliat, & illud in Fiſcum tranſmittit, Iudex, qui Semphronium abſolvit, privat Fiſcum re, quæ jam ante ſententiam erat Fiſci: ac propterea tenebitur ad reſtitutionem. Vide Andream Iſernienſem *cap.* 1. *verb. ſancimus. nu.* 9. *verſ. ſive autem dicatur*, quem etiam *n.* 30. D. Merlinus adducit.

An, & quando Fiſcus ante Iudicis ſententiã dominium adquirat: & quãdo nõ adquirat?

Secunda. *Legitima à reliqua hæreditate non eſt ex rei natura, non ipſo Iure ſeparata & diſcreta: Ergo eſt ab homine ſeparanda.* Quoniam in noſtro Caſu. Si Teſtator bona ad triginta millium aureorum valorem relinquebat, & illa Fideicõmiſſi onere jubebat affici. Tunc omnia hæc bona eſſent hæreditas, & non daretur Legitima. Cæterùm, ſi filia admittere gravamen nollet, & hæreditatem recuſaret; tunc locum haberet diviſio, & tertia bonorum pars vocaretur *Legitima*.

An, & quando legitima ab hæreditate ſeparetur?

Tertia. *Si filius recuſat hæreditatem, ob gravamen oppoſitum, & eſt cõtentus Legitima, ad alios defertur hæreditas, nec eſt liberum filio poſteà mutare conſilium & repudiatam hæreditatem acceptare.* Et idem dicendum contra eſt, *Nam, ſi admittit hæreditatem & gravamen, non poterit poſteà opinione mutata hæreditatem repudiare, & Legitimam à gravamine liberam eligere.* Probat id Iuris Canonici Regula XXI. *Quod ſemel placuit, ampliùs diſplicere non poteſt.* Cujus rationem exhibet Regula XXXIII. *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.* Quam Layman *libr.* 3. *tract.* 4. *cap.* 14. *num.* 3. & *libr.* 4. *tract.* 2. *cap.*

An filius, ſi acceptavit, aut non acceptavit hæreditatem, poſſit poſteà mutare conſilium?

2. cap.

a.*cap.* 12.*num.* 10. & alii Viri docti dilucidant. Firmat id lex, *Cum Patronus* (non enim debet contra nos ſed pro noſtra conclufione adlegari) ibi enim expreſsè dicitur, Patronum in portione, ſibi ex jure debits, non teneri fideicommiſſi acceptate gravamen, & poſſe portionem illam acceptare, & gravamen reſpuere: quod ſi illam acceptare noluerit, tũc illa alteri cohæredi accreſcet, & iſte non poterit illam portionem fideicommiſſi pondere exonerate. Qam ob rem ex lege hac in noſtro caſu colligitur Margaretam in portione quæ legitimæ nomine ſibi debetur non teneri ſideicommiſſi acceptare gravamen. Et ſi, hæreditatem ipſa totam & ſuam legitimam renuerit & habere noluerit, ad alium hæredem eam tranſire cum fideicommiſſi gravamine; privilegium enim filio conceſſum à Natura vel Iure eſt perſonale, & ad cognatos aut amicos, à Teſtatore ad hæreditatem vocatos, non extenditur.

leg. Cum Patronus. libro Digeſtorum XXXI. Infortiati VII. num. 28.

Privilegium legitimæ perſonale eſt, & ad cognatos non extenditur.

Stando igitur paritari à lege *Cum Patronus* deſumptæ, ubi filius recuſat hæreditatem, in eam alii jus ſtatim adquirunt, & poſteà hos ipſos nequit filius pro libitu jure jam adquiſito privare.

Vbi autem filius admittit hæreditatem, onere Fideicommiſſi affectam, tota afficitur iſto gravamine; adeoque illa etiam pars, quæ vocaretur *Legitima*, ſi hæreditas repudiaretur. Ergo poſt hujuſmodi acceptationem hæredes fideicommiſſarii etiam in illam partem habent jus, nec adquiſito jure poſſunt pro filii arbitratu privari.

Si ſemel hæreditas fideicommiſſi onere aſſiciatur, non poterit poſteà hoc onere privata authoritate liberari.

Corollarium. *Ergo Maria, Margaretæ mater, partem quæ fuiſſet* Legitima, *ſi Margareta hæreditatem recuſaviſſet, non poteſt onere* Fideicommiſſi *exſuere, & ab hæreditate ſeparando in partem, quæ potuiſſet* Legitima *vocari, convertere, illamque adquirere, ut hæres Margaretha immediata.* Patet clariſſimè & Regula LXXIX. *Quia nemo poteſt plus juris transferre in alium, quàm ſibi competit.* Azor *tom.* 2. *fol.* 622. *q.* 14 *libr.* 4. *cap.* 3. fusè Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 6. *num.* 6. & *li.* 3. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 15. & alii. At Margareta poſt teſtamenti paterni acceptationem, non amplius habuit jus ad legitimam, nec potuit tertiam partem à cæteris bonis hæreditatis ſeparare. Ergo poteſtatem, quam non habuit, in Mariam matrem ſuam non tranſmiſit. Hæc aliunde non habet, quid poſſit prætendere. Igitur ad illam tertiam bonorum partem, quæ potuerat eſſe Legitima & non fuit, nullum prorſus jus habet. Peralta *in d. leg. cum patronus. num.* 7. & 13. Surdus *d. conſ.* 458. *num.* 27. Cald. Pareyr. *ad titul. Inſtitut. de inofficioſ. teſtam. in* §. *Sed hæc. num.* 89. Fachineus *libr.* 12. *controverſ. cap.* 12. Grivellus *d. deciſ.* 61. *num.* 15. & alii.

Refutatio totius ...

ARTICVLVS IX.

De Tribunalibus. *Nomina* Tribunal, Senatus, Conſilium, & Concilium, *dilucidantur. De Iudice, Accuſatore, Reo, & Teſtibus, qui ſunt Perſonæ, quæ præcipuè in omni cauſa requiruntur.*

De vocum Etymo.

VERE, ut monet Philoſophus, aliud eſt, unde nomen deſumitur, & aliud quod nomen ſignificat. Quod etſi exemplis clariſſimis probari poſſet, ſufficiet impræſentiarum paucas voces proponere. *Tres* nomen eſt numerale, notæ ſignificationis. Quia autem Romanus Populus dividebatur in tres partes, quælibet ex illis tribus, nominabatur *Tribus*. Quæ vox tametſi ſub initium eſſet indeclinabilis, & poſtularet ut *una ex* ſubintelligeretur, ita ut ſenſus eſſet, *una ex tribus*; ſucceſſu Crites. temporis variationem admiſit, & per Declinationem IV. *Tribus, us, ui,* & in plur. *Tribus, uum, ubus*, inflecti occœpit.

Aliud eſt, unde nomen deducitur, & aliud quod nomen ſignificat.

Vnde Tribus *dicatur? Quid ſignificet? An, & quo modo declinetur?*

Multa ſunt in Lingua noſtra Nomina, quæ ſimilem eclipſim paſſa. *Veintiquatro de Sevilla*, Latinè ad literam *Vigintiquatuor Hiſpalenſis*, eſt unus ex viginti quatuor illis Senatoribus, qui illam Civitatem gubernant: illumque *Vigintiquatuórvirũ* vocarent Critici, eo nimirùm modo, quo Romani olim *Duumviros*, *Triumviros*, &c. *Duumviratum*, *Triumviratum*, &c. nuncupabant. Erant Duúmviri, quando duo ad aliquod expediendum negotium legebantur. Livius libr. 1. ab Vrb. *Duumviros facio, qui Horatia perduellionem ju-*

Veintiquatro de S...

Vigintiquatuorvir.

Duumviri. Duumviratus.

Perduellionẽ judicare, *quid ſit?*

Triumviri Capitales.

dicens, hoc eſt, *qui Horatium in cauſa perduellionis judicent*. Cùm autem negotium committebatur tribus, *Triùmviri* vocabantur. Et Romæ fuerunt triplices, Capitales, Menſales, & Nocturni. Capitales criminalia expediebant; Pomponius de origin. Iuris leg. neceſſarium. *Triumviri Capitales conſtituti ſunt, qui carceris cuſtodiam haberent, ut Athenis* Vndecim viri οἱ ἕνδεκα; *& cùm animadverti oporteret, interventu eorum fieret* Horatius Epod. 4.

Vndecimvir, Athenienſes.

Triumviralia flagella.

> *Sectus flagellis hic triumviralibus*
> *Præconis ad faſtidium.*

Triumviri Menſarii.

Præfecti monetariæ rei vocabantur Menſarii. Livius. *Triùmviri Menſarii creati ſunt; hique nummularii, & monetæ omnis generis & formæ curſoribus præerant.* Nocturnorum intererat providere, ne aliqua noctu domus incenderetur. Cornelius Tacitus. *Triùmviri Nocturni, quòd ad incendium in via ſacra ortum tardè venerant à Tribuno plebis die dicta damnati ſunt.*

Triumviri Nocturni.

Quia autem *Triumvir* eſt unus è tribus, Ovidius libr. 4. Triſt. Eleg. ult. pro definito definitionem uſurpavit; dixit enim,

Definitio pro definito poteſt poni.

> *Cepimus & teneræ primos ætatis honores,*
> *Deque viris quondam pars tribus una fui.*

Et poſt Cæſaris cædem, Octavius, Antonius, & Lepidus, qui reverà opprimebant Rempublicam, ut tyrannidem honeſto aliquo velarent (Hiſp. *encubrieſſen, deſmintieſſen, y disfrazaſſen*) nomine, dici voluerunt *Triumviri*, ut cenſerentur, publicam, & non privatam cauſam agere. Imminutus fuit numerus, & manſit nomen: ſi creviſſet, ſimiliter manſiſſet: & Hiſpali, ut exiſtimo, etſi creſceret numerus, nomen retineretur. Quoniam Muſicæ Scholæ pueri, quorum voces per notas ſuperiores decurrunt, qui *Tiples* nominantur Hiſpanicè, ſex olim erant, & ideò *ſeyſes* dicti; hodie ſunt plures (in Placentina Eccleſia ſedecim recenſentur) & tamen non mutarunt vocabulum. Et ante paucos annos illa trium Coronatum concordia, quæ *Fœdus triplex* dicta (Hiſp. *la triplice liga*) retinuit nomen, etſi multi alii Principes in ſocietatem etiam admitterentur. Sic ergo ſimiliter *Tribus*, ſtando impoſitioni primæ, eſt una ex tribus Populi partibus, & nihilominus creſcente partium numero retinetur vocabulum: unde in Hebræorum Populo erant Familiæ duodecim, à duodecim Filiis Iacobi provenientes, quæ nihilominus *Tribus* nominabantur.

Triple. Diſcantus.

Seyſes.

Fœdus Triplex La triplice liga.

Duodecim Tribus Iſrael. N. B. Si vocis ſtaretur origini, idem eſſet, *duodecim tribus*, ac *duodecim tertias partes* dicere: tres autem, & non plures Totum habet.

A voce *Tribus* deducuntur *Tribunal*, *Tribunus*, *Tributum*, &c. Eſt autem *Tribunal* locus, in quo præſidet, qui jus tribubus reddit. Et jam per extenſionem locum, in quo judicatur, ſignificat, quibuſcumque jus & æquum dicatur. *Tribunus*, qui in plebeo Magiſtratu præerat: & *Tributum*, pecunia, quæ Populo imperata tributim (hoc eſt, per tribus ſingulas) pro cenſus portione ſolvebatur. Bene ergo Varro tributum deducit à Tribu; etſi non omninò rejiciendus ſit Feſtus, qui ait, *Tributum dictum eſt, quia ex privato in publicum tribuitur.* Hodie ſignificationis ampliatione, ut dicebam, omnia loca (civilia & Eccleſiaſtica) in quibus vel nobilibus vel plebeis adminiſtratur jus, *Tribunalia* vocantur. Et omnia quæ exiguntur à ſubditis *Tributa* generali nominantur vocabulo.

Quid Tribunal ſit?

Tributum, quid ſit, & cur ita dicatur?

Senatus à ſenectute dicitur, ut ſciamus non eſſe conferendam juvenibus hanc dignitatem. Interim Pater-conſcriptus, etſi eſſet juvenis, *Senator* vocabatur.

Senatus unde dicatur?

Quales Senatores eſſe debeant?

Conſilium non multùm diſtare à Senatu videtur, inquit enim pro Sextio Cicero, *Senatus, Princeps ſalutis, mentiſque publicæ.* Et Conſiliarii dicuntur, qui in rebus arduis & gravibus conſuluntur à Principe; & omnes ſimul ſunt mens & intellectus publicus, qui Principi omittenda, aut agenda proponit.

Quid ſit Conſilium?

Quale ſit munus Cōſiliarii?

Conciliare eſt ad concordiam reducere. Iunoni Æolus apud Virgilium Æneid. 1.

Conciliare, quid ſit?

> *Tu mihi quodcumque hoc regni, tu ſceptra, Iovemque*
> *Concilias.*

Et libr. 3. Triſt. eleg. 11. Ovidius,

> *Quique bovem Siculo fertur donaſſe Tyranno,*
> *Et dictis Artes conciliaſſe ſuas.*

Quid Concilium? & an, & quomodo differat à Conſilio?

Et hinc *Concilium* concordium perſonarum conſeſſus. Videtur Conſilium & Concilium ita inter ſe differre, ut profana illud, & hoc cæleſtia & divina concernat; canit enim Virgilius

Virgilius Æn. 10.

> *Conciliumque vocat Divum pater, atque hominum Rex.*

Et hanc ob rem hodie conſeſſus Politicorum Patrum *Conſilium*, & Eccleſiaſticorum Patrum, aut Epiſcoporum congregatio nominatur *Concilium*.

Quænam Perſonæ in Tribunali requirantur?

Profectò in omni Tribunali (Senatu, Conſilio aut Concilio, in quo jus dicitur) quatuor requiruntur Perſonæ: videlicet, Iudex à Republica denominatus, qui pronunciet ex Iure: Accuſator aut actor, qui cauſam introducat: Reus, qui conveniatur: & Teſtes, quorum depoſitione Veritas cognoſcatur. De ſingulis in particulari diſſeramus.

MO-

Digitized by Google

MONITUM PROOEMIALE.

De Acceptione Perſonarum in omni Iudicio vitanda.

Προσωποληψία. προσωπολήπτης. προσωποληπτέω. λαμβάνω.

A Græcis dicitur Προσωποληψία Perſonarũ acceptio. Rom. 2. Epheſ. 6. & Προσωπολήπτης Perſonarum acceptor, Ac. 10 à verbo Προσωποληπτέω Rationem perſonarum habeo. Iacobi 2. Et hoc verbum à λαμβάνω deducitur, quod *accipere* importat. Ariſtoteles libr. 1. Ethic. Αὐτὸς μὲν θέλει λαμβάνειν διδόναι δὲ μή *Ipſe autem vult accipere; dare vero, non.* Eſt autem *Accipere perſonam* (ſi velimus ejus eſſentiã paucis verbis exponere) *attendere ad conditionem Perſonæ, nihil facientem ad illud negotium.* Et hæc Acceptio eſt Realis aut Moralis: Moraliſque in Philoſophicam, Theologicamque ſubdividitur.

Acceptionis Diviſio.

De Acceptione Reali. Quid ipſa ſit?

Contingit Realis Perſonarum Acceptio; cùm quis, ut experientia docet, accedens ad menſam v.gr. in qua duo quos non cognoſcit, & fortè nunquam vidit, de notabili pretio colludunt, & ſtatim, neſcio qua inclinatione duce, deſiderat, ut iſte lucretur & non alius. Et quidem in hoc deſiderio reperio manifeſtiſſimam προσωποληψίαν, at moralitatem non reperio: Et quidem me προσωποληψίαν reperire aſſero, non enim huic potiùs afficior, quàm alteri, ut ſit pro ratione voluntas, quia ab objecto ſumitur hæc affectuum diſcretio, & in perſonarum differentia conſiſtit Electionis motivum. Præterea in hac electione nullam eſſe moralitatem perſuadetur; quoniam, qui ſic deſiderat, non habet obligationem ſic vel aliter deſiderandi: Ab aliis igitur præſcindendo circumſtantiis hæc Perſonarum Acceptio, ad Phyſicam & non ad Ethicam ſpectare cenſetur.

Dari in nobis frequenter hanc Realem Perſonarum Acceptionem experientia perſuadet.

Moralitates in Theologicas & Philoſophicas ſunt dividẽda.

Moralis Perſonarum Acceptio eſt contra Legem aliquam, & quia legum aliæ Philoſophicæ, & aliæ Theologicæ ſunt, in Philoſophicam, Theologicamque dividetur Perſonarum Acceptio.

An dentur Actus qui ſint philoſophicè mali?

Si decentia poſtulet, ut tali Viro Dignitas talis conferatur; & tamen nulla ſit Divina aut Humana lex, quam violare poſſit, qui contra decentiam operetur, committet actum Acceptionis Perſonarum Philoſophicè malum, qui tamen nullum erit peccatum coram Deo.

Quid requiratur actus ſit malus Theologicè?

Si tamen Lex Moralis jubeat ut digniori conferatur Officium, & tamen Iudex non digniori, ſed ſibi chariori illud conferat, peccabit coram Deo, & Perſonarum acceptionem Theologicè malam committet.

Cur paſſim Acceptionis Perſonarum nomine Theologica intelligatur?

Et quidem Theologi, quoniam Conſcientias dirigunt, illas duas priores Philoſophis ediſſerendas relinquentes, *Acceptionis Perſonarum* vocabulo Theologicam tãtũ intelligũt: unde illorũ ſententia *erit Acceptio Perſonarum* (ut 2.2.*qu.63. art.4.* nos docet S. Thomas) *inæqualitas, commiſſa in Iuſtitia Diſtributiva materia, in quantum aliquid attribuitur alicui præter debitam proportionem.* Quod Alexander de Ales *in 2. 2. tr. de accept. Perſon.* exponit paulò uberiùs dicens, *Eſt injuſtitia, qua Perſona Perſonæ præfertur in conferendo ei aliquid, quod ex debito Iuſtitiæ alteri eſt conferendum, ratione alicujus conditionis tranſitoriæ non congruentis ad ipſam rem, exiſtentis circa Perſonam puta, divitiarum, poteſtatis terrenæ, vel cognationis carnalis, & non ob meritum ejus ad rem ipſam.*

Quid ſit Perſonarum Acceptio?

Committitur in materia Iuſtitiæ.

Hæc eſt definitio hujus Vitii. Secundum eſſentiam ſuam in infima conſtituitur ſpecie, at poteſt per materias, & circumſtantias dividi: ſunt enim variæ, in quibus hoc vitium exercetur, materiæ, & multæ cauſæ, ob quas in mentes Superiorum ingreditur. Hæ ferè reducuntur ad amorem, ſanguinem & utilitatem: illas in ſequenti Tabella repræſento.

An dividatur in diverſas ſpecies?

Theologica Perſonarum Acceptio eſſe poteſt & ſolet
- *In hoſpitum receptione.* diſt. 42. quæſt. Quieſcamus.
- *In Fidei prædicatione.* diſt. 96. quæſt. Vbi.
- *In eleemoſynarum erogatione.* diſt. 6. qu. Si cupis.
- *In ſententiarũ pronunciatione*, de Reg. Iuris lib. 6.
  - *circa honoris exhibitionem.* diſt. 1. quæſt. Viliſſimus.
  - *circa dignitatum collationem.* diſt. 40. quæſt. multi.
  - *circa dignitatum privationem.* diſt. 3. quæſt. 9. Neceſſe.
  - *circa pænitentiæ impoſitionem.* diſt. 26. quæſt. 7. Sacerdos.

Et

Et hæc ſunt præcipua hujus Peccati capita; de quibus multi Viri docti ſcripſerunt. Nos quia nec tempus nec locus permittunt orationem diffundi, breviter nonnulla ſubnotabimus.

PARAGRAPHUS I.

De Abbatibus Ordinis D. Benedicti. *Oſtenditur, ſumma Sanctum Patrem providentia caviſſe, ne Perſonarum Acceptio in Clauſtra Monachorum ſubreperet.*

Qualis eſſe debeat erga Monachos Abbas?

MUlta in Regula contra hoc peſſimum vitium magno ſpiritu ſcripta, ſummo fructu leguntur. Cap. 11. illud univerſim incriminatur, & proſcribit his verbis. *Non ab eo* (Abbate) *perſona in monaſterio diſcernatur. Non unus plus ametur, quàm alius, niſi quem in bonis actibus, aut obedientia invenerit meliorem.* &c. *Ergo aqualis ſit ab eo omnibus Charitas: una prabeatur in omnibus ſecundum merita diſciplina.*

Quo modo pauperes, & quo modo divites ſint recipiendi?

In hoſpitum receptione.] Si propter Deum hoſpites in Monaſterio recipiuntur, Charitas præcipit, ut pauperioribus clementiori liberalitate ſuccurratur. Et, quia S. Benedictus in Regula illos recipi præcipit, ne fortè Abbas προσωποληψίαν in eorumdem receptione committat, hoc illum Canone manuducit & regit. *Omnes,* inquit, *ſupervenientes hoſpites tanquam Chriſtus recipiantur; quia ipſe dicturus eſt, Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me.* Ita Patriarcha prudentiſſimus Sanctæ Regulæ cap. LIII.

Chriſtus ſuſcipitur, quando pauper ſuſcipitur.

Et verba Chriſti, quæ citat S. Pater habentur, Matth. 25. 35. ibi enim inquit Dominus, Ξένος ἤμην καὶ συνηγάγετέ με. *Hoſpes eram, & collegiſtis me.*

An, & ubi Monachi concionentur?

In Fidei prædicatione.] Non eſt Monachorum inſtitutum prædicationis cauſa per regiones exteras peregrinari; interim in ſuis ipſi Cœnobiis prædicatorum munus obeunt, & venientibus ad ſe legem Dei adnunciare non ceſſant. Ait enim Sanctus Legiſlator ubi ſupr. *Suſcepti autem hoſpites ducantur ad orationem, & poſteà ſedeat cum eis Prior, aut cui juſſerit ipſe. Legatur coram hoſpite lex Divina, ut ædificetur.*

Pſalm. 47.
Cur data fuerint Monaſteriis divitiæ?

In eleemoſynarum erogatione.] In receptione hoſpitis concinunt Religioſi, *ſuſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.* Et teſtantur, ſe à Dei miſericordia habere, quæ poſſint impertiri pauperibus; & à Deo habere pauperum illorum adventum, quibus ſervire poſſint. Et monentur à Patriarcha ſanctiſſimo dicente, *Pauperum & peregrinorum maximè ſuſceptio omni cura ſolicitè exhibeatur: quia in ipſis magis Chriſtus ſuſcipitur: nam divitum terror ipſe ſibi exigit honorem.*

Ad quam Iuſtitiam Iudicū Sententiæ pertineant?

In ſententiarum pronunciatione.] Sententiæ, privatæ illæ aut publicæ ſint, Iuſtitiam Diſtributivam & Vindicativam reſpiciunt; illa enim Honores exhibet, & Dignitates diſtribuit; hæc aufert officia, quæ aut per errorem collata, aut poſtea adminiſtrata malè fuerunt; & ubi neceſſarium eſt pœnas corporales, adjungit. Hic magna indiget conſideratione & circumſpectione Prælatus, ne præbeat occaſionem Satyrico, ut ſibi inſultet & inclamet.

Iuvenalis Sat. 2.

Dat veniam Corvis, vexat cenſura Columbas.

Unde ſumenda ſit pœnarum magnitudo?

Capita XXIII. XXIV. XXV. &c. uſque ad XXXI. magna prudentia & ſpiritu ſcripſit. Et in XXXIV. non amoris, aut odii, ſed malitiæ in peccato repertæ ulna ſeveritatem pœnitentiæ metitur; inquit enim, *Secundum modum culpæ excommunicationis vel diſciplinæ debet extendi menſura.* Non ergo ſecundum aliam circumſtantiam, quæ ad judicium non pertinet.

Ordinem, gradusque habere debent Religioſi.

Circa *honoris exhibitionem.*] Et poteſt hæc bifariam conſiderari: nempe Religioſorum, & Peregrinorum reſpectu.

Unde illi coordinandi ſint?

Circa primum adnotato in omni bene gubernata Republica debere eſſe gradus & ordines; ubi enim omnes ſunt æquales, nemo obedit, nemo gubernat, & univerſa perturbantur. Quia Monaſteria bene gubernata eſſe debent cap. 7. diſtribui in illis Religioſos per ordines debere ſupponens, præcipit unicuique, *ut pro Dei amore omni obedientia ſe ſubdat majori, imitans Dominum, de quo dicit Apoſtolus* ad Philipp. 2. *Factus eſt obediens uſq; ad mortem.* Ut autem Monaſticæ Hierarchiæ gradus juſtè determinentur, Cap LXIII. ſic ſtatuit.

Ordinat Religioſos antiquitas.

Ordines ſuos in Monaſterio ita conſervent, ut converſionis tempus & vitæ meritum diſcernit, utque Abbas conſtituerit. Ecce gradum ex tribus cauſis Religioſis adſignat. Ex antiquitate converſionis, vitæ merito, & prudenti voluntatis arbitrio. Prima ratio eſt communis, & niſi alia potior occurrat, ſed cætera paria ſint, debet neceſſariò obſervari; unde ait. *Exceptis iis, quos altiori conſilio Abbas prætulerit, vel degradaverit certis ex cauſis, reliqui omnes ut convertuntur, ita ſint: ut verbi gratia, qui ſecunda hora diei venerit in Monaſterium, juniorem ſe noverit illius eſſe, qui prima hora venit diei, cujuslibet ætatis aut dignitatis ſint.*

Vita etiam meritum.

Secunda ratio habet locum in paucis, quibus merita ad gra-

Google

gradū altiorem exaltant;unde Cap.LXII. Monachum ad Sacerdotium promotum, ſi in humilitate perſeveret, in ſuperiori gradu collocat;inquit enim. *Locum illum ſemper attendat, quo ingreſſus eſt Monaſterium* (quem haberet, ſi conſideraretur converſionis antiquitas)*præter officium altaris. Et,ſi fortè electio Congregationis, & voluntas Abbatis,pro vita merito eum promovere* (in altiori gradu conſtituere) *voluerit, tamen Regulam à Decanis & Præpoſitis conſtitutam, ſibi obſervandam ſciat: quod ſi aliter præſumpſerit,non ut Sacerdos, ſed ut rebellis judicetur*. Cap. LX. præſcripſerat modum, quo Sacerdotes, aut Clerici ſuſcipientur ad habitum, & de gradu ſic ſtatuit. *Concedatur ei* (Sacerdoti) *poſt Abbatem ſtare, & benedicere,aut miſſas tenere, ſi tamen ei juſſerit Abbas.* &c. Et agens de Clericis ſubdit. *Siquis Monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri collocetur*.&c. Tertia eſt ſecundæ modus: nam judicium de Promovendi meritis committitur Prudentiæ Prælati. Prudentiæ inquam, non Voluntati exlegi, inquit.n. Providus Legiſlator: *Abbas nō conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi libera utens poteſtate injuſtè diſponat aliquid, ſed cogitet ſemper quia de omnibus judiciis, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem*. Et huc pertinent etiam illa Capitis LXV.verba. *Cogitet Abbas ſe de omnibus judiciis ſuis Deo redditurum rationem;ut fortè invidia,aut zeli flāma urat animam ſuam*. Nam, & agens de hoc eodem argumento Cap. II. dixerat. *Non præponatur ingenuus ex ſervitio* (vitam ſuam) *convertenti, niſi alia rationabilis cauſa exiſtat. Quod ſi ita Iuſtitia dictante Abbati viſum fuerit, & de cujuslibet ordine id faciat. Sin aliàs propria teneant loca; quia ſive ſervus, ſive liber, omnes in Chriſto unum ſumus, & ſub uno Domino æqualem ſervitutis militiam bajulamus;quia non eſt Perſonarum Acceptio apud Deum*. Roman.2.11.

De Sacerdotum in Monaſterio gradu.

De gradu aliorum Clericorū.

Omnia Abbatis Prudentia, & nulla volūtati S. Benedictus committit.

Circa *dignitatum collationem.*]Ipſæ non cognatis non amicis;non divitibus, nobilibus-ve,ſed benemeritis conferri debent. Cap. LXII. Sanctus Pater. *Siquis Abbas ſibi Presbyterum vel Diaconum ordinare petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit Sacerdotio fungi.*

Quibus ſint dignitates conferendæ?

Circa *dignitatum privationem*.] Ex cauſa Præpoſitus deponi poteſt.Cap.LXV *Quod,ſic nec ſit correxerit,tunc dejiciatur de ordine præpoſituræ, & alius, qui dignus eſt, in loco ejus ſubrogetur. Quod ſi & poſteà in Congregatione quietus, & obediens non fuerit, etiam de monaſterio expellatur*. Sacerdos ſuperbus & incorrigibilis non ſolum à miniſterio ſuſpenditur, ſed ſi neceſſarium fuerit, proſcribitur ex Monaſterio. Cap.LXII. *Sæpè admonitus ſi non correxerit, etiam Epiſcopus adhibeatur in teſtimonium. Quod ſi nec ſic emendaverit, clareſcentibus culpis projiciatur de Monaſterio, ſi tamen talis fuerit ejus contumacia,ut ſubdi aut obedire Regulæ nolit*. Monachus ob culpas poteſt ad gradum inferiorem detrudi. Cap.LXIII. *Exceptis iis, quos, ut diximus altiori conſilio Abbas*(propter merita vitæ)*prætulerit: vel degradaverit certis ex cauſis,reliqui omnes,ut convertuntur, ita ſint*. Sed, ſi ſit incorrigibilis poterit ex Monaſterio expelli. Iubet Cap.XXVIII. ut omnia adhibeantur corporalia & ſpiritualia remedia, ut religioſus contumax convertatur, tandem offert Domino pro infirmo illo fratre Communitatis orationes. *Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, tunc jam utatur Abbas ferro abſciſſionis, ut ait Apoſtolus*, Auferte malum ex vobis, & *iterum*, Infidelis, ſi diſcedit, diſcedat, *ne ovis morbida omnem gregem contaminet*.

An, & quando poſſint,qui ſunt in dignitate aut officio deponi?

An, & quando incorrigibiles ex monaſterio expelli poſſint?

Verba S. Patris, quæ valde latè ſonāt, incepit S.Bernardus reſtringere, ejuſque prudentem reſolutionem multi Summi Pontifices approbarunt.

Circa *pœnitentiæ impoſitionem.*] Monet Cap.XXVII. Sanctus noſter Pater Abbatem, ne in correctionibus,Perſonarum acceptione laboret. *Noverit*, inquit, *ſe infirmarum curam ſuſcepiſſe Animarum, non ſuper ſanas tyrannidem; & metuat Prophetæ comminationem, per quem dicit Deus*, Quod craſſum videbatis, aſſumebatis; & quod debile erat, projiciebatis. *Et Paſtoris boni pium imitetur exemplum*.&c. Sanè actus humanos in duas claſſes Practica Prudentia diſpeſcit. Et hi profectò ſunt, quos Prælatus non debet facere: quos autem, cum de correctione ſubditi tractat, debet agere. Reſpondet. *Omni ſolititudine* (ſumma autem indifferentia) *curam gerat Abbas circa delinquentes, quia non eſt opus ſanis Medicus,ſed male habentibus*. Et prudens Medicus, ut infirmitatis remedium adhibeat, non ægroti divitias, aut nobilitatem, ſed vires & morbi vehementiam conſiderat. Ergo prudens Abbas libret pœnæ pondus & pœnitentis vires: & hanc ob rem, *Meminiſſe debet ſemper Abbas, quod dicitur* (dicitur enim Abba, Pater; debet ergo ut Pater procedere.) *& ſire, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quàm difficilem & arduam rem ſuſcepit, regere Animas & multorum ſervire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium ſuaſionibus & ſecundum uniuſcujuſque qualitatem vel intelligentiam* (diſſolutionem & capacitatem) *ita ſe omnibus conformet,& aptet,non ſolum detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur; verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat*.

De correctione culparum.

Ezech. 34.

Luc. 16.

Sicut medicinæ, etiam bonæ, ſi per accidens ita male diſpoſitus æger ſit, ut ei debeant nocere, non applicantur:ita pænitētiæ & cēſuræ applicandæ ſunt,quando prodeſſe poſſint.

PA-

PARAGRAPHVS II.

De cæteris Principibus & Iudicibus : *In iis diris graviſſimis Perſonarum Acceptio divinitùs incriminatur.*

Cur diſſeruerit Author de Regula Benedictina.

EGI de Regula Benedictina, ut vel meam devotionem ſequerer, vel obſequerer Genio, qui in quacumque materia ex illa depromit argumenta, quæ difficultates ſuccurrentes dilucident. Modò convertam ad Tribunalia (Eccleſiaſtica, & Politica) oculos, rimaborque, An in illis hoc Vitium locum habeat? Saltem, ne habeat, exclamat Dominus, & minas graviſſimas fulminat.

Adducuntur Generalia Præcepta.

Levit.19. 15. *Non conſideres perſonam pauperis; nec honores*(nempe,contra Iuſtitię terminos) *vultum potentis : ſed juſtè judica proximo tuo.*

Deuter.1.17.*Nulla erit diſtantia*(differentia) *Perſonarum ; ita parvum audies ut magnum.*

Deuter. 16.19. *Non accipies Perſonam, nec munera ; quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba Iuſtorum.* (*)

*) Dicit Titius. Etſi munera accepero juſte judicabo. Sed apertè decipitur, quia munera excęcant mẽtis oculos ne poſſint videre veritatem.

Ad Rom. 10. 12. *Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci ; nam idem Dominus omnium.*

Ad Coloſſ.3. 11. *Expoliantes vos veterem cum actibus* (cum affectibus & paſſionibus)*ſuis.*

Deuter.1.16. *Iudex debet audire utramque partem.*

Peccant in modo ſæpe Iudices, & peccant ſæpe graviter; interdum enim modus pertinet ad ſubſtantiam. *Audite illos*, ait Dominus, *& quod juſtum eſt judicate, ſive civis ſit ille, ſive peregrinus, nulla erit diſtinctio Perſonarum : ita parvum ſicut magnum judicabitis ; nec accipiatis cujuſquam Perſonam*; Nota illa verba, *Audite illos*: non enim ait *Audite illum*; quia ſine cauſæ cognitione non poſſunt Iudices ad ſententiam procedere ; nec cenſendi ſunt habere cauſæ cognitionem, antequam audiant utramq; partem.

An Iudices ſint neceſſarii?

Et poſteà cap. 16. hanc de Tribunalibus legem præſcribit. *Iudices, & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per ſingulas Tribus tuas, ut judicent populum juſto judicio, nec in alteram partem declinent.* Et quæ ſunt iſtæ portæ, de quibus loquitur? Porrò nomina Hebræa SAAR, & PETAH, Græcumque Πύλη, ſicut Latinum *Porta*, per varias Metonymias decurrunt. *Porta* dicitur à portando, quod per illam omnia in domum aut civitatem importentur. Sic per primam ſignificationis tranſmutationem res quæ porta munitur (arx,domus, palatium,&c.)*Porta* dicitur : & per Antonomaſiam Metropoles *Portæ* vocantur. Vnde & hodie Conſtantinopolis, Turcici Imperii Sedes, Porta cognominatur : & Oratorem ad Portam mitti dicimus, qui ad Calipham Turcarum. Iubet ergo Dominus,ut in ſingulis Portis (muratis & clauſis oppidis ſeu civitatibus) ſint tribunalia, ne clientes æris temporis & ſalutis diſpendio Hieroſolymam venire cogantur.

Quid Porta Politicè ſit? Vnde dicatur?

Orator *hodie ad Portam quis dicatur?*

Qui puſillanimis aut imperitus eſt, debet Iudicis non acceptare dignitatem.

Alii Iudices ex malitia, & alii ex mera fragilitate exorbitant. An & hi peccant? Peccant utique; quoniam ſuæ propriæ imbecillitatis conſcii,debebant munus non acceptare. Eccleſiaſt.cap.7. *Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates : ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* Horum memor Summus Pontifex Innoc. IV.in cap.1.de ſent. & re judic. in 6.ita in Concilio Lugdunenſi ſtatuendo reſcripſit, *Caveant Eccleſiaſtici Iudices, & prudenter attendant, ut in cauſarum proceſſibus nil vendicet odium, vel favor uſurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmii juſtitiam non evertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus, quæ in cauſis agenda fuerint, præſertim in concipiendis ſententiis & ferendis præ oculis habeant ſolum Deum, illius imitantes exemplum,qui querelas populi tabernaculum ingreſſus ad Dominum referebat, ut ſecundum ejus imperium judicaret.* Cujus quidem præcepti non ſolum ſunt plenæ Sacræ Literæ, ſed etiam Græcorum, Latinorum & Carthaginenſium Hiſtoriæ.

Quales eſſe debeant Iudices & præcipuè Eccleſiaſtici?

De Regina Didus æquitate.

Pulchra ſunt & ad rem Didûs ad Trojanos Æneæ milites verba, quæ apud Virgilium Æneid. libr. 1. leguntur, videlicet.

Vultis & hic mecum pariter conſidere regnis?
Vrbem (*) *quam ſtatuo, veſtra eſt : ſubducite naves,*
Tros Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur.

*) Modus loquendi à Græcis ſumptus.

Ecce Virago prudentiſſima, veram optimè percallebat Politicam, ſciebatque ſine Iuſtitia amicitiam & pacem conſervari non poſſe ; nec locum eſſe poſſe Iuſtitiæ, ubi Acceptio perſonarum præſcribit.

Pulchra etiam ſunt Zeleuci verba: nam in egregio illo ſuarum legum prohœmio, quod verò Chriſtianis Legislatoribus verecundiam facit, ita ſcripſit : *Porrò Principes non ſint contumaces ; neque ad contumeliam judicium ferant, neque judicando amicitiæ, inimicitiæ-ve meminerint, ſed Iuſtitiæ; ſic enim Iudicia, quàm juſtiſſima pro-*

Quales eſſe debeant omnes Reges & Principes?

Digitized by Google

proferent & officio ſuo digni erunt: ſiquidem ſervos quidem convenit ob timorem aliquid juſtè facere, liberos verò propter reverentiam, & honeſtatem. Hæc Zeleucus, quæ inſeruit Ioannes Stobæus ſuo ſermoni 42. de legibus & conſuetudin.

Sed proh dolor? *Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt jumentis & ſimilis factus eſt illis.* Agitatur paſſionibus, qui regi ratione deberet: & quia Officia Iudicialia ſub haſta venduntur à Principe, poſtea Iudices ſententias vendunt. Vnde de uno ex his, quidam Iunior Satyricus

Ovidius libr. 2. Amor.

Præmiaq; & pœnas decreta & vota Senator
Vendere jure poteſt, emerat ipſe prius.

Non eſt cur de Iuſtitia inopes cogitent: nec enim perſonæ nec locus ipſis patet, ſed tribunalia omnia ſunt clauſa, & ſurdi Iudices; hodie enim

Curia divitibus clauſa eſt; dat cenſus honores:
Cenſus amicitias: pauper ubique jacet.

An pauperes ubique cadant?

Et *Pauper ubique cadit*, debuit dicere, hodie enim in tribunalibus, chorda, qua debilior, frangitur, neque eſt hoc vitium noſtri ſæculi, nam & olim fuit, eritque; Sui ævi depravatos mores *lib. 2. de Ira. c. 8 & 9.* ſic luget Seneca. *Hac conditione,* inquit, *nati ſumus, animalia obnoxia non paucioribus animi, quàm corporis morbis; non quidem obtuſa, nec tarda, ſed acumine noſtro male utentia, alter alteri vitiorum exempla. Omnia ſceleribus, ac vitiis plena ſunt. Plus committitur, quàm quod poſſit coercitione ſanari. Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine: major quotidiè peccandi cupiditas, minor verecundia eſt. Expulſo melioris, æquiorisque reſpectu, quocunque viſum eſt libido ſe impingit. Nec furtiva tam ſcelera ſunt: præter oculos eunt; adeoque in publicum miſſa nequitia eſt, & in omnium pectoribus evaluit, ut innocentia non rara, ſed nulla ſit. Nunquid enim ſinguli, aut pauci rupere legem? undique velut ſigno dato ad fas, nefaſque miſcendum coorti ſunt. Adde nunc publica perjuria gentium, & rupta fœdera, & in prædam validioris, quidquid non reſiſtebat adductum.*

Improbos ſæculi ſui mores deſcribit Seneca.

An ex Sæcularibus tribunalibus ad Eccleſiaſtica Acceptatio Perſonarum tranſiverit?

Et tales interdum homines in Eccleſiaſtica Conſiſtoria ſubrepunt, ait enim *libr. 12. Moral.* Gregorius. *Quis non erubeſcat dicere* (immò & audire) *Quid mihi dabis, ut tibi Iuſtitiam faciam? Nonne ſimile eſt, ac ſi dicatur. Quid mihi vultis dare ut Veritatem abnegem, Officium perdam, & Deum vendam?*

An Iudex, qui vendit Iuſtitiam, vendat Deum?

Crites.

PARAGRAPHVS III.

An Acceptor Perſonarum ſit Deus?

VIderetur quod ſic, ſunt enim multa & varia Sacræ Scripturæ teſtimonia, quæ convenientem ſolutionem requirunt.

Malachias 1. 2. *Non-ne frater erat Eſau Iacob? Dicit Dominus. Et dilexi Iacob. Eſau autem odio habui.* Et id antequam quidquam boni aut mali facerent à principio. Ergo ſine meritis dilexit alterum, alterum odio habuit ſine demeritis. Acceptione ergo perſonarum laborat.

De Iacobo & Eſavo. An non in alterius electione & alterius reprobatione Dei acceptionem perſonarū habuerit?

Præterea ipſe Paulus acceptionem perſonarum à Deo removere non ſcit, exclamat enim, *O altitudo divitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei: quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus!* Ad Rom. 11. 33. Illud *in* eſt negativum unde clarius vertit Arias Montanus, dicens, *imperveſtigabiles viæ ejus.* Et huc reſpiciens Auguſtinus exclamat, *Decreta Dei occulta eſſe poſſunt, injuſta eſſe non poſſunt.*

Et in eadem Epiſt. cap. 9. *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit, Miſerebor, cui miſertus ſum: & miſericordiam præſtabo, cui miſerebor. Igitur non eſt volentis neq; currentis, ſed Dei miſerentis.* Ergo, ſi humana ſalus à Divina voluntate dependet, actus Fortunæ eſt, non Virtutis venire ad gloriam, ad quam vocat, eligit, & excipit Deus perſonas, quas vult.

An miſereatur Deus, quorum vult?

Præterea oſtendere, non eſſe perſonarum Acceptionem in Deo, ſuperat mentem, etſi aliàs ſublimem, Auguſtini; nam in hac quæſtione ſemper interrogat; & doceri vult, non docere. Pulchra eſt illa ab ipſo inſtituta Pharaonis cum Nabucodonoſore collatio: quam proponit his verbis. [*Nabucodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & Regnum quod perdiderat, rurſus accepit? Pharao autem in flagellis durior eſt effectus, & periit. Hic mihi rationem reddat, qui Divinum conſilium nimium altè ſapientique corde dijudicat, cum medicamentum unius* (& ejuſdem) *Medici manu confectum, alii ad interitum, alii valuerit ad ſalutem, niſi quia Chriſti bonus odor aliis eſt odor vitæ in vitam, aliis eſt odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant; quantum ad dignitatem, ambo Reges; quantum ad cauſam, ambo captivum Dei populum poſſidebant: quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines*

De Pharaone & Nabucodonoſore.

Habetur 23. quæſt. 4. can. Nabucodonoſor.

Vnde ſumenda ſit eorum diſcretio?

gerum fecit eſſe diverſos, niſi quod unus Dei manum ſentiens, in recordatione propria iniquitatis ingemuit; alter libero contra Dei miſericordioſiſſimam veritatem pugnavit arbitrio?

Habetur ibid. §. De Tyriis.

Addamus alium locum ex eodem Auguſtino. *De Tyriis verò & Sidoniis quid aliud poſſumus dicere, quam non eſſe eis datum deſuper, ut crederent? quos credituros fuiſſe ipſa Veritas docet, ſi talia, qualia apud nos credentes facta ſunt, virtutum ſigna vidiſſent. Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, ſi poſſunt, qui calumniantur: & oſtendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit & apud eos, quibus erant profutura, non fecerit? Nos etenim, ſi rationе facti profunditatem judicii ejus penetrare non poſſumus; manifeſtiſſimè tamen ſcimus, & verum eſſe, quod dixit, & juſtum eſse, quod fecit: & non ſolum Tyrios & Sidonies, ſed etiam Corazaim & Bethſaida potuiſſe converti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc voluiſſet in eis Dominus operari: Neque enim ulli falſum videri poſſet, quod Veritas ait; Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.*

Cur, quæ coram Judæis prodigia & miracula patravit Dominus, eorum Tyriis, Sidoniis & aliis Ethnicis noluerit facere?

Præter prædicta teſtimonia videretur adhuc Aeceptionem Perſonarum eſſe in Deo, rationibus probari poſſe. Nam interrogo, Cur ipſe ex infinita multitudine animarum, quam creare poteſt, has ex Omnipotentiæ ſuæ theſauris tranſtulit ad rerum exiſtentium flaviſſas, & cæteras manere voluit intra terminos puræ poſſibilitatis? Et poſito creationis decreto etiam interrogo, Cur ante præviſa hominum merita & demerita, hos prædeſtinaverit ad gloriam, & illos non prædeſtinaverit? Quoniam nulla ex parte hominum ratio, nulla ex parte Dei requiritur, unde ſumi poſſit probabilis aut vera reſponſio. Ergo dicendum eſt, Deum hos homines creaviſſe, & non illos; & ex creandis hos ad Cælum præordinaſſe, & non illos, quia ſic voluit. At acceptio Perſonarum in hoc conſiſtit, quod ſtet pro ratione voluntas. In Deo igitur reperitur Perſonarum Acceptio, Majorem autem, cui diſcurſus innititur, ab Arriaga *tom. 1. Theolog pag. 327. a.* Poncio *in 1. ſenten. diſt. 45. pag.* 1198. Macedo *de Clavibus Petri pag. 171. b.* & paſſim ab aliis Viris Magnis defenditur.

De Creatione. Cur Deus, hos, & nõ illos procreaverit?

De Prædeſtinatione. Cur hos & non illos prædeſtinaverit?

An quia ſic voluit?

Et veniendo ad Novæ Legis Sacramenta, ſi interrogem, Cur ſeptem, & non plura, aut pauciora? cur hæc, & non alia? cur tali loco & tempore, & non alio inſtituerit Dominus noſter Ieſus-Chriſtus? Ea ſic inſtituiſſe, quia ſic voluit, pag. 223. a. reſpondebit Averſa, communi opinioni ſubſcribens.

De numero, materiis & formis Sacramentorum.

Confirmat omnia hæc reperta apud Horat. 1. Serm. Satyr. 8. ſimilitudo, Ibi n. lego.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Cùm Faber addubitans ſcamnum, faceret-ne Priapum,
Maluit eſſe Deum: Deus hinc ego, furum aviumque
Maxima formido.

Cur ex hoc ligno ſtatua Dei potiùs, quàm ſcamnum ſit factum?

At lignum illud, nec vane-gloriari poteſt, quod in Deum fuerit transfiguratus, nec conquereretur licitè, ſi in ſcabellum pedum dedolaretur, ſed deberet monente Horatio dicere, *ſum inutile lignum*. Ergo ſi nos ex nobis nil niſi inutilis materia ſumus, & tameo ex ſola Dei Miſericordia ad Æternam Gloriam prædeſtinamur, Aceeptionem Perſonarum in Deo cogimur confiteri, quia non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis tota hominum Prædeſtinatio.

Et ſumptam ex Horatio confirmat dilucidatque propoſita ab Apoſtolo Similitudo: Deum enim cum Figulo, & nos cum luto comparat. Ecce Figulus ex eadem maſſa argillæ conformavit duo vaſa; alterum, ut in Regia menſa poneretur; alterum, ut in loco vili exciperet ſordes. Et, quia ex parte materiæ differentia non erat, nulla hinc poteſt deſumi ratio, ob quam ſic Figulus fecerit & non aliter. Tota ergo ratio ſe tenet ex parte voluntatis Figuli. Ergo ſicut eſt Acceptio lutorum apud Figulum, ſic eſt & Acceptio perſonarum apud Deum. Modò verba Apoſtoli conſideremus. *O homo*, exclamat, *quis es, qui ceſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem Figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quod ſi Deus volens oſtendere iram & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet divitias Gloriæ ſuæ in vaſa Miſericordiæ, quæ præparavit in Gloriam.* Quibus verbis, probare videtur evidenter Apoſtolus Deum eſſe acceptorem Perſonarum; in ipſo autem, nam eſt ſupremus Dominus, hanc eamdem Acceptionem omni culpa carere.

** Cur ex eodem luto tale, & nõ tale vas ſit cõcinnatum?*

Sicut lutum in manu figuli, ſic homines in manu Dei.

An, & cur in perſonarum acceptione non peccet Deus?

His tamen non obſtantibus ſit noſtra Concluſio. *Non eſt Acceptio Perſonarum in Deo*. Eſt de Fide Catholica, expreſsè & pluries tradita in Scripturis. Conſidera locos ſequentes.

VERA SENTENTIA.

Deuter. 10. 17. *Deus magnus, & potens,*

&

& terribilis;qui perſonam non accipit, nec munera.

*) Iubet Dominus, ne reſpicias vultum & ſtaturam, nam aliqui imperio faciem dignam habēt, & proceritas corporis ad majeſtatem conducit, quā ob rem cothurnis Tragœdi utebantur. Et quidem eſſe aliquos qui ſolo aſpectu terrent, ſuadet Hiſtoria Marii. Victus enim à Sylla immiſsū percuſſorem Gallum vultus authoritate ita deterruit, ut ſe potuerit ſubducere & trajicere in Africam, ubi diu exulavit.

Samuel. 16.7. *Non reſpicias* (*) *vultum ejus* (de Eliabo Eſaji filio ad Samuelem ait Dominus) *neque altitudinem ſtaturæ: quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominum ego judico.*

Sapient. 6. *Nō ſubtrahet Perſonam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujuſquam: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus.*

Ad Roman. 2. 11. *Non eſt acceptio Perſonarum apud Deum.*

Ad Coloſſenſ. 3. 11. *Exſpoliātes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induētes novam; eum, qui renovatur in agnitionem Dei, ſecundum imaginem ejus, qui creavit eum; ubi non eſt Gentilis* (Græcus) *& Iudæus, circumciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſervus & liber; ſed omnia & in omnibus Chriſtus.* [Legit Langius *Chriſti* ſed malè; quoniam in Græco expreſsè habemus χρισός.]

Actor. 10. 34. *In Veritate deprehendo* (inquit Petrus) *quia non eſt Acceptor Perſonarum Deus; ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur Iuſtitiam, is acceptus eſt illi.*

RESPONDETVR ARGVMENTIS.

NOn eſt nova, & nuper excitata Quæſtio, quæ interrogat, *An in Deo ſit* Προσωποληψία (*Perſonarum Acceptio.*) nam Auguſtini ævo ediſſerebatur: & Sanctus Pater illam *in Epiſt. CV.* quæ ad Xiſtum eſt, ex veris fundamentis decidit.

An Deus ſit perſonarum acceptor?

Deum ait eſſe non poſſe προσωπολήπτην quia ubi nō datur obligatio, nulla fit Injuſtitia; & ubi hæc non committitur, Προσωποληψία locum non habet. Quos vult Deus ante meritorum prævisionem ad Gloriam æternam præordinat; & poſteà, eùm prædeſtinatos coronat, & præſcitos punit, his reddit pœnam debitam, & illis indebitam gratiam, quam ſequitur debita gloria.

An ante meritorum præviſionem homines ad Beatitudinē prædeſtinentur?

Vnde, nec illi ſe indignos pœna illa poſſunt dicere, nec hi ſe dignos gratia aut miſericordia. Ecce totus nervus difficultatis conſiſtit in merito. Porrò, ſi hominum merita, ut ad cælum prædeſtinarentur homines, poſtularent, & tamen Deus aliquos in maſſa perditionis relinqueret, injuriam illis profectò faceret, & Προσωπολήπτης (Acceptor Perſonarum) appellari deberet.

An ad gloriam homines ullum jus habeant?

Cæterùm, ſi ex ſe nullum jus homines ad Gloriam habent, gratias ſummæ Miſericordiæ prædeſtinati debent agere, nec habent unde cōquerantur omiſſi, in eis non eſt punienda hæc omiſſio, ſed ſola peccatorum commiſſio: nam poſſent illa non committere; &, ſi non committerent, non punirentur.

Crites.

HInc igitur, ut argumenta ſub initium poſita diluamus, reponenda eſt definitio, quam ſub initium hujus Moniti expoſueramus.

Quid ſit Perſonarum Acceptio?

Accipere enim *Perſonam*, ut ibi dicebamus, *eſt attendere ad conditionem Perſonæ, nihil facientem ad illud negotium.* Et in memoriam revocanda eſt illa Perſonarum Acceptionis diviſio, vi cujus in Realem & Moralem, & hæc in Philoſophicam & Theologicam diſtribuitur. Et his præmiſſis has concluſiones ſtatuo.

PRIMAM. *Repugnat, ut Deus poſſit facere actum malum Theologicè.*

Cur Deus nihil malū Theologicè poſſit facere?

Demonſtratur: Quoniam Theologica malitia, vel in violatione Legis Naturalis, vel Divinæ conſiſtit. Si primum, infinita Dei Bonitas noſtram Concluſionem confirmat. Si ſecundum eamdem perſuadet Summi Numinis Suprema Authoritas: nam, ſi ſic diſcurratur, actus malus Theologicè malus, actus eſt violatio legis ſuperioris: & Deus nulli Legiſlatori eſt ſubditus. Non ergo eſt poſſibilis talis violatio.

SECVNDAM. *Repugnat ut Deus eliciat actum malum moraliter, etiam ſi de Philoſophica malitia diſputetur.*

Cur nec Philoſophicè malū?

Patet quia, cùm Deus, non ſolùm realiter, ſed etiam moraliter infinitè ſit bonus, nullum actum poteſt elicere, qui ſit malus moraliter. At, quando creavit Angelum A & non B. quando prædeſtinavit Angelum C, & non D, nulli injuſtitiam fecit, nullam indecentiam commiſit. Non ergo fecit actum, qui Theologicè aut Philoſophicè eſſet Perſonarum Acceptio.

TERTIAM. *Quando creavit hunc Angelum Deus & non illum, & quando ex creandis hunc & non illum intentionis ordine prædeſtinavit, non reſpexit circumſtantiam Perſonæ, ſed ſolùm ſuum honorem & gloriam. Et quando in ordine exſecutionis hunc gloria æterna coronavit, & illum æternis condemnavit ſuppliciis, non qualitatem Perſonæ, ſed merita alterius, & demerita alterius, tanquam ſanctiſſimus, Iudex, reſpexit.*

An detur Cauſa Voluntatis Divinæ? An omnia propter ſe fecerit Deus?

Sanè ad circumſtantiam perſonæ Deum nullo modo reſpicere patet, quia *omnia propter ſemetipſum operatus eſt Deus*; &, ut perſuadet S. Thomas 1. *part. quæſt. 19. art. 5.* & omnes Scholaſtici *ibid.* non datur cauſa voluntatis Divinæ: ſed Deus vult, quia vult. *Libr. 83. quæſt.* Auguſtinus, *Qui quærit,* Quare Deus voluit Mundum facere? *cauſam quærit voluntatis Dei: omnis autem cauſa efficiens major eſt, quàm id quod efficitur. Nihil autem majus voluntate* [*] *Dei. Non igitur cauſa quærenda eſt.* Et ſimiliter de Chriſto philoſophandum eſt; *ſic enim, & non aliter Sacramenta inſtituit, quia ſic voluit.* Ita Averſa *pag. 223. a*

*) Sub illud ævum non erant voces ſcholaſticæ prædictæ ſignificatione, & ideò *efficientem cauſam* nominat, quā nos *ſpecificativam* diceremus.

HIs ergo præmiſſis argumēta oppoſita conſideremus,& ſingula juxta hanc doctrinam diſſolvamus.

De Iacobi electione, & Eſavi reprobatione,

Sanè aſſerimus verbis Malachiæ nihil contra noſtram Concluſionem probari; dicimus enim, Prædeſtinationem, quam *dilectionem* Propheta nominat, eſſe actum in Deo poſitivum; Reprobationem autem, quam *odium* dicit eſſe negativum hoc eſt meram non prædeſtinationem. Et addimus, ut intentum evinceret, debuiſſe Adverſarium probare (1) Iacob propter perſonam ſuam electum fuiſſe, & propter perſonam Eſavum odio habitum: quoniam, ut Concluſione III. dicebamus, non ab eorum perſonis, ſed à gloria & voluntate Dei deſumitur iſta diſcretio. Ergo in Deo non reperitur Realis Perſonarum Acceptio. Subjungimus debuiſſe (2) probare in illa electione & diſcretione decentiam aut indecentiam reperiri; aliàs enim ille actus non poteſt habere Philoſophicam Moralitatem. Et denique (3) ut aliquid Theologicè diceret, oſtendere procul dubio deberet, Eſavum ante Prædeſtinationis decretum habuiſſe jus, ut eligeretur ad Gloriam: ſi enim tale habuiſſet jus, inferret illi Deus ſummam injuriam, & Προσωποληψία macularetur.

De prædeſtinatione S. Pauli.

Eodem modo ad locos ex Apoſtolo adductos reſpondemus. Ex Prædeſtinatione Pauli & non Prædeſtinatione Iudæ, multa & multa proveniunt, & in ſpecie ex illa S. Stephani oratio, & ex hac contritionis negatio (non enim tenentur Deus dare peccatoribus gratiam, ut agant pœnitentiam: æternam enim pœnam graves culpæ, & nullam prorſus gratiam merentur) & huc reſpiciens, *O altitudo divitiarum, Sapientiæ & Scientiæ Dei!* exclamat Paulus; non enim ſufficit Intellectus Humanus ſeriem Divinorum decretorum comprehendere. Verùm enim verò Intellectus Humanus percipit, nullum jus Humanam Naturam, nullum Angelicam antequam conderentur, habuiſſe ad exiſtentiam, nullum habuiſſe ad Prædeſtinationem; & ideò illis Hominibus & Angelis qui non ſunt creati; & illis, qui ſunt quidem creati, ſed non prædeſtinati, nullam inferri injuriam.

An aliquod ad exiſtentiam habeant jus creatura poſſibiles?

De Pharaone & Nabucodonoſore.

Ad primum teſtimonium Auguſtini reſpondeo, non interrogare ibi Sanctum Patrem, an, & cur in intentionis ordine, à Deo fuerit Nabucodonoſor prædeſtinatus, & Pharao præſcitus? ſed, cur in ordine exſequutionis habuerint tam diverſos fines? Et diſcrimen ex libero arbitrio deſumit: utrique enim gratia præveniens data, at illa Babylonius fuit uſus, & Ægyptius abuſus.

In altero etiam teſtimonio exſequutionis ordinem Sanctus Doctor conſiderat, & agit de gratia, quæ datur peccatori, ut pœniteat. Hæc, ut dixi, nulli peccatori debetur. Ergo, ſi uni datur, & alii non datur: agere gratias debet, qui recipit; & conqueri non poteſt, qui non recipit.

Gratia nulli debetur.

Et ad rationes, quæ ſubjiciuntur, reſpōdeo; multos homines & multos Angelos, in meræ poſſibilitatis theſauris relictos, qui potuerunt creari; ex creatis omnes (tam Homines, quàm Angelos) præſcitos, potuiſſe ad Gloriam eligi, & ad Æternam Beatitudinem per gratiæ auxilia coordinari. Fateor Sacramenta potuiſſe aliter & aliter inſtitui: &, ſi in ipſis eſſent materiæ liberæ potuiſſe regenerari in Chriſto illum, qui arena, ut in hiſtoria legimus, fuit baptizatus. Fateor multos ſine Baptiſmo infantes mori, multos adultos ſine confeſſione & viatico. At omnibus, ais potuiſſet Deus gratias conferre, quæ negantur. Fateor. Sed quid infertur inde? Ergo Deus eſt Perſonarum acceptor? Nego rotundè hanc Conſequentiam; ſupponit enim injuriam & violatum jus Perſonarum Acceptio: & Deus nemini tenetur conferre iſtas miſericordias: non enim vocarentur *gratiæ*, ſi eſſent debitæ.

Ergo ſi his dat, & illis gratiā negat Deus, nō erit acceptor perſonarum.

ET denique pro Coronide hujus Difficultatis proderit P. Roderici de Arriaga ſententiam proponere & examinare, quoniam *in 1. part. tract. de Provid. d. 37. ſect. 5. ſubſect. 1. pag. 416. b. num. 5.* ſic ſcribit.

Poteſt Deus in aliquo ſenſu dici perſonarū acceptator.

Advertè, Deum in aliquo ſenſu dici poſſe perſonarum acceptatorem, quatenus uni facit plura beneficia quàm alteri, & hoc à ſemetipſo, unde & Paulus dixit de Jacob & Eſau: *Antequam quidquam boni aut mali egiſſent, Iacob dilexi, Eſau odio habui.* Neque in hoc ſenſu unquam Patres negarunt, Deum eſſe acceptatorem perſonarum, imò hoc ipſum expreſsè ipſemet Chriſtus inſinuavit in illa parabola, in qua æqualem retributionem dedit minus & plus laborantibus. Objectioni autem ſibi factæ reſpondit, *Amice tolle quod tuum eſt, & vade, volo autem & huic noviſſimo dare, ſicut & tibi.* Quod licèt non intelligatur de præmio gloriæ, intelligitur tamen de auxiliis & vocationibus ad majora merita. Eo ergo ſolo ſenſu, Deus dicitur non acceptare perſonas, quatenus benemerentibus non negat præmium propter aliquam diſplicentiam in naturali defectu perſonæ; hanc enim diſplicentiam non habet; ſicut è contrario decedentes in peccato non relinquit inultos ob naturalem perſonæ bonitatem: ſolùm enim conſide-

Auctoritas D. Pauli.

Non conſiderat Deus perſonā, ſed circumſtātias meritorum

rat

tat quantitatem meritorum, cum circumſtantiis adjectis, non autem ipſam perſonam,&,ut puniat,& ut præmio afficiat.

An Perſonarũ acceptio in Prædeſtinatione inveniatur?

Et ego re bene perpenſa aſſevero, Virũ ingenioſiſſimum non penetraſſe Acceptionis Perſonarum eſſentiam: illa enim non conſiſtit in eo quod plus uni detur, quàm alteri,ſed in hoc quod hæc differentia à Perſonarum differentia proveniat.Quamob rem,cùm non elegerit Iacobum Deus, quia erat Iacobus; nec reprobaverit Eſavum,quia erat Eſavus, ſed quia ſic voluit: nulla,ne Realis,quidem, in Prædeſtinatione eſt Acceptio Perſonarum concedenda.

De Patrum Antiquorum ſententia.

In ſenſu à ſe adſignato, inquit Arriaga, Veteres Patres Deo nunquam Perſonarum Acceptionem negaſſe. Sed cur hæc ſcribit Vir doctus, ſiquidem illa Dei actio,in ſenſu à ſe adſignato Acceptio Perſonarum non eſt. Vt id optimè intelligas, illa Pſalmi verba propono. *Manus tuæ fecerunt me & plaſmaverunt me*. &c.An ne Deus habet manus? Et quid, ſi dicat Titius, *Habet metaphoricas: & in hoc nullus Chriſtianus ſenſu negavit Deum eſſe marmoreum?* Reſpõdebo adlucinari Titiũ; nam, etſi verum ſit Deum habere Metaphoricas manus,tamen habere manus Metaphoricas,non eſt eſſe marmoreum. Ergo tametſi unum Deus & non alium prædeſtinet, non eſt dicendus eſſe Perſonarum acceptor: quoniam unum, & non alium prædeſtinare, non eſt Perſonarum Acceptio; ut enim talis eſſet, deberet illud Deus facere propter illas perſonas.

Pſalm. 118.

An Deus manus metaphoricas habeat?

Evangelica Parabola dilucidatur.

Addo,Parabolæ illa verba, quæ adducuntur, non firmare, ſed deſtruere Opinionem Arriagæ. Nam in illa Parabola non agit Chriſtus de Vitæ æternæ præmio,hoc enim nec eſt æquale in omnibus, nec datur à Deo,quia ſic vult, ſed quia jure Promiſſionis ſic debet. Sed neq; agit de primis auxiliis; nam de illis non poteſt dici, *Tolle, quod tuum eſt* illa enim nulli prorſus debentur. Ergo agit de ſecundariis auxiliis, quæ quando bene prioribus utimur, de congruo & promiſſione meremur. Quod ſic expono. Dicit Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, *Petite, & accipietis*. Adſignavit ergo auxilia & favores Orationi pro præmio Primum auxilium,quod ad orandum ex.gr. eſt, ſiquidem eſt primum ab alio præcedente non pẽdet.Illud concedit Cajo & Aurelio Deus, negat aliis, quia vult, quia eſt Dominus; & quia differentia hæc à Perſonarum differentia non ſumitur, nõ eſt Deus Perſonarum Acceptor. Pone Aurelium & Cajum bene uſos auxiliis datis fuiſſe; pone æquali fervore oraviſſe: Pone quaternos gratiæ auxiliatricis gradus illis ex vi Promiſſionis

Deſumpta eſt ex cap. 20. Matth. & Dominica in Septuageſima cantur ab Eccleſia.

Orantibus Deus auxilia ſpecialia promiſit.

Tametſi nunquam det minus quam promiſit,ſæpè dat multò plus quàm promiſit

deberi. Quid,ſi quatuor Aurelio donet Dominus,& Cajo quinque. Anne habebit,cur conqueri poſſit Aurelius? Minimè: illi enim *Tolle,quod tuum eſt*, dicet Dominus. Et, ſi inſtet,Cur non utrique gradus quinque? Et, ſi inæqualitas conducebat ad aliquid, cur non illi dantur gradus quatuor, & mihi quinque? Reſpondebo differentiam,quam Perſonarum Acceptio in Perſonis conſiderat à Divina Voluntate deſumi; verba enim Chriſti Domini ſunt, *Amice tolle,quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic noviſſimo dare, ſicut & tibi*. Ecce ratio diſcriminis non à Perſonis ſumitur,ſed à voluntate Divina. Ergo in illo non habet locum Perſonarum Acceptio.

Cur in hac differentia nulla ſit Perſonarum Acceptio?

SECTIO I.

De Iudice. *Quales eſſe Iudices debeant,& cur inventi & admiſſi à Republica? Debent Reos examinare. Eorum verba ſemper ſunt per Tranſſcendentales Circumſtantias reſtricta. Et hæ ipſa Circumſtantia,quæ à Tribunali & Iudiciali Dignitate proveniunt, & omnem Interrogationem reſtringunt, recenſentur, & dilucidantur. Oſtenditur Rei ſemper Reſponſionem per Interrogationem à Iudice factam reſtringi. Adduntur nonnulla commiſſionum, Iudicibus datarum formulæ: & quid importent ipſa in praxi,deciditur & explicatur.*

SVrdi ſunt multi Principes, & tametſi altiori voce ſingulos adloquatur.

An ſint Principes ſurdi?

Μεδὲ ποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.

Nunquam jus dicere imperitos viros permitte.

propter generis nobilitatem iſtos, illos propter numeratas pecunias,utroſque Iurium ignorantes Tribunali præficiunt, ut etiam quando juſta,eadem proferant & pronuncient injuſtè: Sunt enim Tribunalia in Republica erecta,ut puniantur audaces, qui præſumpſerint contra Patriæ decreta & leges vivere.

An indocti poſſint Tribunalibus præfici?

Qui à Latinis denominatur *Iudex*, à Græcis Κριτής dicitur, nam κρίνω eſt *judicare*. Ariſtoteles *Politic.* 2. Et videtur Latinus meliùs rem expoſuiſſe, quàm Græcus: quoniam *Iudico* idem eſt ac *Ius dico*; unde *Iudex* idem eſt ac *Ius dicens*. Vide Sanctum Thomam *in* 2. 2. *quæſt.*60. *art.*1.

Κριτής. κρίνω Iudex. Ius dico.

Iudex eſt vir bonus, Iuris-dicendi, & æquitatis obſervandæ peritus, ad id muneris adlectus publica authoritate. Claudius Cantiuncula *de Officio Iudic.lib.*2.*cap.*2.& *libr.*

Qualis eſſe debeat Iudex?

Vnde dicatur?

libr.9.cap.8. Vnde ſcitè Caſſ. *in epiſt.* ſcribit *Tamdiu* Iudex *dicitur, quamdiu & juſtus putatur; quia nomen, quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur.* &c. *Profeſſionem conſtat eſſe Iuſtitiæ, legum peritos Iudices ordinare; quia non facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina* (ab omni erroris ſuſpicione) *purgavit.*

Cur ſint Tribunalia inſtituta?

Sed cur Tribunalia in Republica erecta, & Iudices ſunt à Principibus denominari? Sequens reſpondebit CONCLVSIO. *Vt ſecundum adlegata & probata expientur crimina, & compeſcantur ſcelerati, Tribunalia publica ſunt inſtituta.* Non igitur ut tyrannidem exerceant Senatores, & puniant aut abſolvant quos velint. Non ut *ſit pro ratione Voluntas*: & denique, non ut *det veniam corvis, vexet cenſura columbas.*

Quænam circumſtantia, in omni Iudicum Interrogatione ſubintelligi debeant?

Corollarium I. *Ergo, quando in alicujus cauſa examine Iudex Reum aut Teſtem examinat: puta, ſi v. gr. dicat,* Occidit-ne Fridericum, Aurelius? *hæc verba tres à Loco recipiunt Reſtrictiones, quæ tribus adverbiis* Criminosè, Politicè, & Homologicè *ſignificantur.*

Corollarium II. *Hæc ergo facta à Iudice interrogatio,* Occidit-ne Fridericum Aurelius? *æquipollebit huic,* Occidit-ne criminosè, politicè, & homologicè?

De Adverbio criminosè.

Syncategoremata, ſeu adverbia reſtringentia Interrogationem expono. *Occidit-ne criminosè?* eſt *Occidit-ne ita ut in occiſione crimen commiſerit?* nam, qui cum moderamine inculpatæ tutelæ invaſorem occidit, homicidium perpetrat, & tamen crimen non committit.

De Adverbio politicè.

Occidit-ne politicè aut civiliter? eſt, *Occidit-ne ita ut probari poſſit?* quæ enim probari non poſſunt, puniri non poſſunt: & quæ puniri non poſſunt, civiliter facta non ſunt: unde *in libell. de præcept. & diſpenſ.* ſcitè Bernardus ait, *Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt.* Non ergo de peccatis ſecretis & ſine teſtibus commiſſis in Tribunalibus inquiritur. Et quidem etiam apud priſcæ ætatis Iuris-Conſultos hæc Reſtrictio invenitur, quoniam Hebræorum illa lex שפך &c. *Effundens (qui effuderit) ſanguinem hominis per hominem ſanguis ejus effundetur*, ab Onkelo in Paraphraſi Caldaica ſic exponitur, דישוד &c. *Quicumque effuderit ſanguinem hominis coram teſtibus, per ſententiam Iudicum ſanguis ejus effundetur.* Nota illud *coram teſtibus*, & illud *per ſententiam Iudicum.* Et collige ex primo leges Reipublicæ non impoſuiſſe pœnas criminibus quæ probari non poſſunt: & ex ſecundo cauſas omnes per Iudices expediri debere & in nulla bene gubernata Republica privatam Iuſtitiam tolerari.

Non ſunt facta civiliter, quæ probari non poſſunt.

Quo ſenſu debeant Leges intelligi?

An poſſit privata Iuſtitia tolerari?

De Adverbio homologicè.

Tandem *Occidit-ne homologicè?* eſt Interrogatio, Iuris Majeſtate ſuffulta; videlicet, Interrogatio imperans & reum & teſtes ad reſpondendum cogens; & æquipollet huic. *Occidiſti-ne, ita ut ex Iurium & Legum diſpoſitione tenearis mihi reſpondere, & veritatem confiteri?* & hoc importat illud adverbium ὁμολογικῶς, quia ὁμολογία, *Confeſſio* eſt, & ὁμολογητής, *Confeſſarius*. Et ob hanc Reſtrictionem Petrus, qui homicidium criminosè (quia ex odio) & politicè (quia coram teſtibus) perpetravit, ſi contra Ius interrogetur, poterit ſine mendacii ſuſpicione negare: verba enim Iudicis, videlicet, *Commiſiſti homicidium?* per Homologiæ circumſtantiam reſtricta, æquivalent his, *Commiſiſti homicidium, quod coram me confiteri tenearis?* & ideò ſine mendacio dicit Petrus, *Non commiſi*: quoniam tametſi illud commiſerit criminosè & civiliter, non illud commiſit juridicè, homologicè, ita ut teneatur id fateri.

ὁμολογία. ὁμολογητής.

De obligatione confitendi.

Nec eſt ſpeciale hoc in Tribunalibus Humanis, nam etiam in Sacramentali habet locum; quoniam Pœnitens, qui jejunium v.gr. violavit, & poſteà confeſſus & abſolutus ritè fuit, ſi in altera confeſſione, An jejunium violaverit? interrogetur, negativè poterit reſpondere: nam illa Confeſſarii verba, *Violaviſti jejunium?* intellecta homologicè, reddunt hunc ſenſum, *Violaviſti jejunium, ita ut illud peccatum tenearis mihi confiteri?* Et negat Pœnitens; nam, ut dicebamus homologicè, hoc eſt, non de peccatis ritè confeſſis, & abſolutis, ſed de nondum confeſſis Confeſſarius interrogat, & ipſe jam fuit confeſſus & abſolutus, nec habet violati jejunii peccatum, quod debeat confiteri.

Confeſſarius in Pœnitentia Sacramento de peccatis ritè confeſſis & jam abſolutis non interrogat.

Corollarium III. *Non ergo eſt neceſſarium, ut Reus, aut Teſtis reſponſurus, legitimè ad verba æquivoca, aut ad Mentalem aliquam Reſtrictionem recurrat: ſiquidem ab Interrogatione per Locum & Iudicis Officium reſtricta, Reſponſio præſtanda reſtringetur.*

Reus non indiget Reſtrictione Mentali.

Hæc ſunt vera Theologiæ Criminalis Fundamenta: nunc Doctrinas communes recognoſcamus, & ad præcedentem Concluſionem & Corollaria reformemus.

SEd quia interdum curioſæ aliquæ & plenæ ingenio proponuntur Quæſtiones, quarum eſt maximè neceſſaria Diſſolutio; illas ſubjiciam, & breviter dilucidabo. Erit igitur

Cur hæ Quæſtiones ſubſcribantur.

PRIMA. *Quid eſt judicare?* Eſt Iurium momenta & rationes perpēdere, & utriuſque partis fundamentis libratis tandem pronunciare ſententiam. Non eſt actus

Quid judicare ſit?

li-

liberæ Voluntatis, ſed ad rectam rationem ſpectat: non enim cœcè & clauſis oculis, ſed re bene perſpecta & examinata poteſt Iudex ad ſententiam venire. Cicero. *Conſulibus permiſſum* (injunctum) *erat, ut de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, judicarent*. Et iterum. *Atque, ut aliquando de rebus ab iſto cognitis, judicatis, & de judiciis datis dicere deſiſtamus*. Non ergo poteſt Iudex ſine cauſæ cognitione procedere: nec aliter jus ore proferre, quàm apud ſe ſtatuerit, & ipſæmet leges dictaverint. Hæc eſt Iudicationis univerſim ſumptæ generalis idea: modò Reſtrictiones nonnullas perpendamus.

Cicero 4. in Verr.

Proponuntur nonnulla formula, qua ampliant, aut reſtringunt Ordinariam Iudicū poteſtatem.

Quid ſit ſimpliciter & purè judicare?

SECVNDA. *Injunxit Titio Princeps*, ut ſimpliciter & purè judicet, *& interrogat quid importent hac verba quo modo illorum vi procedere debeat in praxi?* Reſpondeo verbis his Ordinariam authoritatem & poteſtatem Titii nec reſtringi, nec protrahi; ſed intra terminos communes relinqui: mens enim Principis, per illa expreſſa, non eſt, ut Iuris ordinem Titius in judicio non ſervet, ſed ut abſtineat à ſubtilitate pernitioſa, legumque interpretationes captioſas & fraudulentas non admittat, hoc eſt, ne ſit ſimilis illi contra quem apud Plautum *in Curc. ſcen. 3. act. 5.* exclamabat Pars læſa, *Iſtam rem judicaſti perfidiosè Phadrome*. Vide Gloſſam *in Clem. ſæpe de verb. ſignif. in verbo, ſimpliciter*. Ordo enim Iudiciarius inventus eſt, ad inveniendam dilucidandamque, non autem ad occultandam & obnubilandam Veritatem, ut in capitis *dilecti filii de judic.* illuſtratione monet Panormitanus.

Cur Tribunalia erecta ſint?

TERTIA. *Commiſſa Livio cauſa fuerat, in qua* deberet ſine ſolennitate Iuris procedere. Et *reſcire deſiderat, quid ſibi ſpecialiter per illa verba præcipiatur?* Et ego ante Reſponſionem reſcire omninò debeo, qualis ſit ille Princeps; qui cauſam committit; & qualis ſit hujus cauſæ materia. Principes enim, qui ſupremi non ſunt, legibus ſubſunt, & nullum poſſunt Iudicem ab illarum obſervantia ſubducere. Ergo conceſſa in Iuris ſolennitate diſpenſatio, in ore Principis ſubjecti legibus, ad accidentarias juris circumſtantias, quæ illæſa quoad valorem ſententia, poſſunt intermitti, reſtringitur. Si ſupremus ſit Princeps, quia privare neminem niſi ob bonū publicum jure adquiſito poteſt; & reſarcire debet damnum, quando contra jus adquiſitum ob publicum bonum procedit; verba Supremi Principis etiamſi indefinitè ſonent, ab ejus poteſtatis terminis reſtringuntur; non enim cenſendus eſt concedere authoritatem, quam non poteſt. Præter Principem, qui cauſam delegat aut committit; & materiam cauſæ, conſiderare oportet circa modum eſſe aliquas ſolennitates ex Iure Humano, & alias Iure Naturali aut Divino requiſitas; quarum illæ, & non hæ, ſubjiciuntur Supremorum Principum authoritati. His præmiſſis, ſuppono Principem eſſe ſupremum, & Reſpondeo inter Ius Naturæ & Humanum eum debere, juxta ea, quæ mox dicebamus, diſtinguere: illud enim neceſſaria præſcribit, hoc autem ad melius addit ſolennitates. Livius igitur ſatisfaciet præcepto, ſi leges Iuris Naturalis obſervet, etſi ad Cæſareas leges & Pontificios Canones Definitivam ſententiam non elimet. Et ſine Iurium ſolennitate dicuntur agere, qui ex Æquitate & Clementia procedunt. Seneca. *Clementia liberum arbitrium habet; nec ſub formula, ſed ex æquo & bono judicat*. Ergo procedere ſine ſolennitate Iuris erit à Cæſarei & Pontificii legibus canonibuſque præſcindendo, oculos ad Naturale (in quo Ius Gentium (*) clauditur) convertere, & ſecundum Æquitatem & Rationis dictamen pronunciare.

Quid ſit citra Iuris ſolennitates judicare?

De Supremi & non Supremi Principis authoritate.

An poſſint diſpenſare in legibus?

An, quando, & quomodo aliquem Iure adquiſito privare?

De Iure Naturali & Humano.

Quid ſit ex æquitate judicare?

(*) Decalogus prout privatas perſonas concernit *Naturale Ius* dicitur; ut autem publicas & morales, *Ius Gentium*.

An-ne idem eſt ſine ſolennitate, *ac* ſine ſtrepitu Iuris *procedere?* Reſpondeo has duas formulas apud Angelum *verb. Iudicare.* § 6. coincidere: citat enim Clementinam *de verb. ſignif.* & ait ibi doceri quod in hoc caſu poſſit Iudex omittere omnia, quæ non ſunt de Iure Gentium, vel Naturali. At Ego re bene conſiderata inter has duas formulas differentiam manifeſtam invenio.

Quid ſit ſine ſtrepitu Iuris judicare?

Princeps enim quando à Iudicio Iuris ſolennitates auſert, omnes Humanas leges removet, & tantùm Naturales & Divinas relinquit: quando autem removet Iuris ſtrepitum, expenſis conſulit, & ne gravetur cliens, præcipit, ut ſine inutili ſcriptione proceſſuum, & vociſeratione Patronorum, auditis partibus, Iudex ſtatuat ſecundum legum Humanarum præſcriptum.

Qua ſit inter ſtrepitum & ſolennitates differentia?

An-ne poſſet in caſu Livius intermittere Teſtium examen? Minimè: eſt enim naturalis amor proprius, & nemini in cauſa propria creditur. Nec contra militant de creando Imperatore Conſtitutiones, & Ciſtertienſium Privilegia. Nam, ſi Electores pro ſe ipſis poſſunt dare ſuffragium, id nō ſubeſt alicui inconvenienti; nam, cùm hodie ſint octo, ille, cui proprium ſuffragium proſit, debet habere tria vel quatuor, quæ non fuiſſet habiturus, ſi non eſſet digniſſimus. Et Ciſtertienſes, qui in cauſis propriis poſſunt teſtimonium proferre, hujuſmodi Privilegiis ob puritatem vitæ & erga Apoſtolicam Sedem merita ab Eccleſia honorantur; quia tamen ſemper ob-

An Naturali Teſtes, Iure, an verò Humano requirantur?

An in Imperatoris Creatione Electores poſſint ſibi ipſis votum dare?

An Ciſtertienſes in cauſis propriis teſtimonium perhibere poſſimus.

ſiſtunt

ſiſtuot adverſarii his frui & gaudere gratiis minimè permittuntur.

Quot requirãtur Teſtes?

Sed quot examinare Teſtes debet Livius? Duos, vel tres, etſi Iura Humana plurium teſtimonium requirant. Quoniam in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, & cæteri ad pompam & cauſæ Majeſtatem citantur.

An infantes poſſint eſſe Teſtes?

Sed quales hi Teſtes eſſe debent? An-ne citari & examinari à Livio poterunt à Iure Pontificio aut Cæſareo prohibiti? In Angeli *Summ. verb. Iudicare. num.* a. deficere nonnihil percipio: quærit enim de infantibus, & reſpondet de infamibus: & hos admittit nam Iuris Poſitivi eſt infamia, ut conſtat *ex cap. tuas. de ſimon.* Et poſitivas leges Livius obſervare non debet. Interim, ſi me audit, utroſque arcebit à tribunali Livius; non enim illos (infantes & infames) inhabiles reddunt Iura Humana, ſed ex natura rei inhabiles eſſe pronunciant. Infantes quidem, quia carent prudentia & judicio: infames verò, quia regulariter ſunt improbi, & ſemel mali, ſemper præſumuntur mali, ex Regula VIII. Pontificii Iuris in ſexto. Hæc autem ipſa teſtimonia loco indiciorum Ius Naturale admittit; pueri enim ſolent, quæ viderunt referre; & non ſemper infamia eſt cum improbitate conjuncta. Sed quia præter infantes & infames alii etiam non ſinuntur teſtimonium proferre, placet audire Ambroſium, qui illos *in Epiſt. 66.* verbis iſtis depingi. *Duobus, aut tribus teſtibus, ait, ſtat omne verbum; ſed illis teſtibus, qui ante diem heſternum, vel nudiuſtertius non fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, nec læſi ulciſci ſe velint. Inoffenſus igitur affectus Teſtium quæritur, ita tamen ut Accuſator propiùs in medium procedat.* Et juvabit etiam auritum ab oculato diſtinguere, quoniam *in Truc.* inquit Plautus. *Pluris oculatus Teſtis unus, quàm auriti decem: Qui audiunt, audita dicunt; qui vident planè ſciunt.*

An & infames?

An infamia ſit Iuris Poſitivi?

An infantium & infamium depoſitiones indiciorum vim habeant?

Alii etiam Teſtes à tribunali arcentur.

De Teſte Oculato & Aurito.

An citatio ſit de Iure Naturæ?

Sed poſſet-ne Livius omiſſa citatione partis ad ſententiam venire? Nego cum communi ſententia; nam citatio ad Ius Naturale pertinet; nemo enim poteſt condemnari inauditus. Ita Doctores univerſi. Nec contrà militant illarum Provinciarum mores, in quibus de perfidia accuſati ſtrangulantur, & poſteà proceſſus conficitur: cùm, quia non dantur tales mores in ulla bene gubernata Republica; tum, quia, ſi aliquando id alicubi accidit, temeritatis Judices incriminantur, & illorum Scandalum non debet in exemplum venire: quoniam *Num.* 35. 30. & *Deuter.* 17. 6. & 16. 55. & *Matth.* 18. 16. & alibi, non ſolùm, ne ante informationem condemnetur reus; ſed, ne vi ſemiplenæ (ob unius teſtimonium) in diſcrimen vocetur, jubet Dominus.

Nemo dãnari poteſt ante informationem ſemiplenam.

De illo, cui dicitur, ut ferat ſententiam quam voluerit

QVARTA. *Procedit Claudius, cui indictum eſt*, Iudica prout volveris: *& interrogat, quid debeat facere?* Reſpondeo poteſtatem & authoritatẽ Iudicialem in Claudio reſtrictam à legibus, per hæc verba ampliari; & hæc ipſa verba per terminos, qui circumſcribunt humanam Principum authoritatem ad ſenſum opportunum reſtringi. Primò enim per voluntatem Principis extenditur dilataturque in Claudio judicialis authoritas: ut non debeat exerceri ad Iuris apices, ſed ad voluntatem judicantis. At hæc ipſa voluntas per alias circumſtantias reſtringitur; illa enim generalis Regula, *Nemo dat, quod non habet*, quæ ad Ius Pontificium reſtricta num. 79. proponitur à Boniſacio his verbis. *Nemo poteſt plus Iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur.* Quibus conſonant *lex. creditor.* § *Lucius.* D. *man.* & *caput nuper, de dotis poſt divort. reſtit.* Princeps enim, licet contra Ius Civile in aliquibus judicare potuerit (*) in nulla re poterat contra Ius Naturale. Ergo illa Principis verba *Iudica, prout volueris*, per limites Regiæ poteſtatis reſtricta, æquivalebunt his, *Iudica, prout prudenter volueris:* & Prudentia tunc dictat, ut ſaltem Canones Iuris Naturalis obſervet. Vnde *in extravag. ad reprim.* Bartolus illum, ait, cui committitur, ut faciat quod vult, vel ſicut voluerit, licèt non teneatur ſequi Regulas Iuris Civilis, manere nihilominùs obſtrictum Regulis Iuris Naturalis & Gentium, ſeu Naturalis Æquitatis: quas, quia Imperator obſervare non voluit *in Clem. Paſtorali de re judic.* reprehenditur.

An illud Axioma, Nemo dat, quod non habet, *etiam in Moralibus & Politicis ſit admittenda?*

*) *Sit lex Regia*, Contractus in charta non ſigillata ſcriptus nullus eſto; *qua tamen circumſtantia non requiritur Iure Naturæ. An-ne Claudius, cui Princeps dixit*, Iudica prout volueris, *judicare poterit, contractum in charta non ſigillata factum fuiſſe validũ? Minimè. Ergò, ubi agitur de jure adquiſito, debet ſecundũ leges humanas judicare.*

Quid ſit ſecundum Æquitatem & Veritatem judicare?

QVINTA. *Dictum eſt Petro*, Iudices ſecundum Æquitatem & Veritatem. *Quid ergo debet, aut poteſt facere?* His verbis Petri poteſtatem nec ampliari, nec reſtringi, *in cap. literas. de ju. ca.* aſſerit Paludanus: vera enim Æquitas eſt, quæ publico præſcriptoque Iuri conformatur. Interim aliquid videtur Petro Principem conceſſiſſe: unde ſcitè Angelus Antonio adhærens pronunciat Petrum in iſto caſu non teneri Ius ſcriptum rigoroſè ſervare, ſed ex Æquitate procedere. Quam ob rem dicere potero, ſic debere duas illas circumſtantias intelligi, ut Veritas concernat factum, Æquitas Ius. Petrus igitur, ſi Veritatem privatìm ſciat, etſi oppoſitum per teſtes in proceſſu conſtiterit, debebit ſecundum Veritatem, quam ſcit, & non ſecundum adlegata & probata procedere: & præſcindendo à Legum Humanarum præſcripto, Æquitati (hoc eſt, Naturali Iuri) Reſolu-

An Iudex, qui privatim Veritatem ſcit, ſi oppoſitum planè in proceſſu probetur, ſecundũ privatam ſcientiam poſſit, an verò ſecundùm adlegata & probata debeat pronunciare ſententiam?

tio-

tionem ſuam attemperare.

Ex hac doctrina non juvat conſequentias generales inferre, nam D. Thomas 2.2. *quæſt.* 67. *art.* 1. quem Cajetanus *ibid. art.* 2. Aragonius & Salonius *ibid.* Navarrus *cap.* 25. *num.* 9. Valentia *diſp.* 5. *quæſt.* 11. *p.* 2. Toletus *libr.* 5. *cap.* 56. Trullěchius *in præcept. Decalog. tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 2. *dub.* 3. *num.* 14. & 15. Acacius *tom.* 2. *reſol.* 136. *pag.* 310. *a num.* 2. & alii communiter [contra Contradum 1. *part. reſponſ. Caſ. conſc. quæſt.* 194. Petrum Aragonium *quæſt.* 77. *art.* 2. Sotum *de Iuſtit. libr.* 5. *quæſt.* 4. *art.* 2. & alios pios & doctos Theologos] docent inferiorem ſeu Ordinarium Iudicem qui propriis oculis vidit Ioannem occidi à Lælio, ſi Teſtes reum eſſe Iſidorum convincant debere omnia media adhibere, ut ſe ab obligatione judicandi ſubducat; &, ſi id non poſſit conſequi, poſſe Iſidorum ſecundum allegata & probata ultima ſententia condemnare. Interim multis Viris doctis & piis D. Thomæ ſententia nimis dura videtur. Audiunto P. Mendum, qui *in Opinionum certò probabilium Epitome in præleg. Diſcurſ. num.* 18. ſic ſcribit. [Si Iudex oculis ſuis videat homicidam, & alius homicidii illius accuſetur, & probetur plenè cauſa, tenetur abſtinere ſe ab Officio Iudicis in illa cauſa, & eam ad Superiorem remittere, ac teſtem (a) agere. Si id nequeat, juret coram populo (b) eum eſſe innocentem: ſi non ſufficiat, probabile eſt utrumque poſſe eum morte damnare ob bonum publicũ, ut ordo judicii ſervetur: & debere eum (c) alio ſupplicio non mortis damnare: nam Reſpublica, à qua leges dimanant, nequit de vita diſponere. Sicut, ſi Tyrannus minetur everſionem Civitatis, niſi innocens occidatur, non poteſt occidi, quia in vitam non habet jus Reſpublica, adhuc ſi bonum publicum inſtet, juxta hanc opinionem.]

a] At Teſtis ultroneus, qui non eſt rogatus & requiſitus, nullam habet authoritatem.

b] Illud juramentum eſt extrajudiciale manet extra proceſſum, & innocentem accuſatũ non juvat.

c] Iudex non poteſt imminuere pœnas à Iure præſcriptas: immò nec Rex in multorum ſententia. Acacius *quæſt.* 244. *nu.* 3 *pag.* 324. *b.* ſic ſtatuit. *Infiero con Caietano y otros, que ſi el Principe librasſe de muerto al que juſtamento fue condenado a ella por aſſaſſino, homicida, o ladrō o por otro deliso ſemejante, commutando la ſentenzia dada en deſtierro, o pena pecunaria, pecaria mortalmente, y eſtaria obligado a reſtituir los daños.* &c.

Quid ſit judicare prout videbitur?

Sexta. *Commiſſio Aurelii continebat hæc verba.* Iudica prout tibi videbitur. *Quo igitur ille modo judicare debebit?* Hæc verba nihil addere aut minuere Iudicis poteſtati ordinariæ, adeoque illam nec ampliare nec reſtringere cenſet Bartolus, nam *in extrav.* ad verbum *videbitur* aſſerit, ad juris Regulas in hoc caſu ſententiam ſuã Aurelium conformare debere. At exiſtimo illum adlucinari; nam ſingula Principis verba habere debent pondus, & hanc ob rem hæ duæ Formulæ, *Iudica*, & *Iudica prout tibi videbitur*, different inter ſe. At illa prior legibus ſcriptis Iudicem ſubjicit: ergo poſterior aliquid habet, quod non continebatur in altera. Quid ergo habet?

Panormitanus *in cap.* 1. *de ja. conſcen. Crites.* ſtiens Bartolo *in leg. quod tamen.* §. *arbiter.* D. *de arbitr.* aſſerit illud verbum *videbitur* ad intellectum pertinere: & ideò colligit Aurelium in judicio debere ſuam ſententiam ſequi, & quod ratio ſibi dictat proferre. Vnde, tametſi Iudices Ordinarii [ut bene contra Ioannem Sancium *in ſelec. diſ.* 54. *num.* 11. & *diſp.* 64. *num.* 63. docent Thomas Sanchez *de matrim. libr.* 7. *diſp.* 7. Diana *part.* 2. *tract.* 13. *reſol.* 5. & 12. & *par.* 9. *tract.* 6. *reſol.* 2. Coronius *in Summ. verb. Opinio. num.* 2.] non poſſint ſequi Cujacii, Donelli, Fabri, & aliorum Iuriſprudentum ſingulares ſententias, ſi tamen illas Aurelius veras crederet, poſſet eas in caſu noſtro amplecti & ſecundum ipſas pronunciare.

De ſingularibus Cujacii, Donelli, Fabri, & aliorum ſententiis.

An illis aliū Iudicet, jam ſaltem in noſtro caſu Aurelius poſſit præbere aſſenſum, & ſecundum illas judicare.

Vt autem Quartam & Sextam Concluſionem intelligas, adnotato, eſſe in formulis verba quæ ad Intellectum, & eſſe etiam quæ ad voluntatem ſpectant. Prioris generis ſunt, *Iudica prout videbitur*; *Secundum ſcientiam & conſcientiam tuam*; *juxta ſententiam & opinionem tuam*, *Prout ſeaſeris*, *Prout expedire cognoveris*: &c. Poſterioris autem, *Iudica prout volueris*, *Prout placuerit*, *Vt libeat*. &c. Et utrumque Intellectum & voluntatem includere videtur hæc formula, *Arbitrio tuo cauſam totam committo*. Tunc enim, ut ſcitè notat Angelus, hæc verba denotant *arbitrium boni viri ratione regulati*. Vide Panormitanum *in cap.* 1. *de ſeq. poſ. ſuper Gloſſ. in verb. ſuo verſ. nota primò* & leg. *Fideicommiſſ.* §. *quamquam.* D. *de legib.* 3 & *leg. Thais* §. *ſororo.* D. *de fideicommiſſ.* & *in cap.* 5. *de Conſt. in* 4. Vide etiam *Textum cum Gloſſa in cap.* 2. *de cor. vicia*. Et compone cum eis quæ dicit Bartolus qui *in extravag. ad reprimen. in verb. videbitur. verſ. tertio caſ. princip. legem* 1. D. *de arbitr.* & alios locos opportunos adlegat.

In Commiſſionum, quæ dari ſolent, formulis, verba, quæ intellectum, ab illis, quæ voluntatem concernunt, diſtinguuntur.

In ſingulis formulis concedētis authoritas, voluntas, & materia capacitas debent conſiderari.

NOTA.

AN Iudex ferre ſententiam poſſit in cauſa, in qua agitur de utilitate & jure Titii, pro quo in aliis litibus fuit Advocatus?

Quæſtio proponitur.

An Iudex, qui à Lælio, aut laudatus panegyrico fuit, aut libri dedicatione honoratus, poſſit in Lælii cauſa judicare?

An Iudex poſſit judicare aut ſuum votum proferre in cauſa Friderici, qui eſt ſuus Conſeſſarius?

Reſolutio,

Quænam licita & quænam illicita ſint?

EST Fundamentalis Iuris Regula, *Omnia licent, quæ lege non ſunt interdicta*. Homo enim eſt Agens liberum, & ideò facere poteſt, quæ velit, niſi lege prohibeatur. *leg. libertas, in princ. ff. de ſtatu homin.* Iudex igitur legitimus, qui judicat in cæteris cauſis, poterit in hac v.gr. in ſpecie judicare, quoties non detur lex, ob quam abſtinere teneatur.

Pater Mendus

Eſt doctrina certiſſima. P. Mendus *in ſententiarum certè probabilium Epitome. verb. Accuſator, num. 13.* aſſeverat, legitimam & neceſſariam cauſam, ob quam Semphronius hic & nunc ad accuſandum debeat admitti, eſſe non dari certam cauſam, ob quam debeat repelli. Ergo per identitatem rationis, cauſa neceſſaria & legitima, ob quam Aurelius, aliàs verus Iudex, qui eſt in exercendi ſui officii poſſeſſione, cenſendus ſit, hic & nunc poſſe judicare, eſt non dari cauſam manifeſtam & certam, ob quam debeat non judicare,

Angelus.

Et huc reſpiciens Angelus *in ſumm. verb. Iudex*; ſumit initium ab his verbis. [Iudex quis poteſt eſſe? Reſpondetur. Quilibet, qui non prohibetur. *cap. cum apud deſpon. & leg. mutus. ff. de procur. §. 1.*]

Standum eſt Legibus.

Ergo, ſi dentur expreſſæ leges, quæ jubeant Iudici, ne Titii, Lælii, & Friderici cauſis pronunciet, abſtinere debebit: ſi autem non dentur, poterit liberè ad ſententiam procedere.

An adſumi in Iudicem poſſit, qui fuit Advocatus?

Advocatum, quia patrocinium ſub cauſæ initium præbuit, ſi adſumatur in judicem, illam cauſam per ſententiam terminare non poſſe, definit expreſsè Iuſtinianus *l. fin. C. de aſſeſſ.* & rationem præbet, *ne affectionis ſuæ vel advocationis memor, incorrupti Iudicis non poſſit nomen perferre.* Quam Imperatoris Conſtitutionem firmat Ius Pontificium *cap. poſtrem. de appellat.* Vide Innocentium III. *cap. cum inter. de except.*

Quid, ſi non in illa cauſa, ſed in aliis Advocatus fuerit?

Hanc doctrinam extendunt Cathalones ad eum, qui quando introducta cauſa fuit, in aliis cauſis erat Advocatus. Audi Franciſcum Merlinum *in Controverſ. Forenſib. centur. 2. cap. 38. pag. 217. nu. 6.* dicentem. [Has affectionis reliquias, ex quo quis fuit Advocatus, tanti æſtimarunt nonnulli Populi, ut etſi in illa cauſa in qua nunc Iudex eſt, evidenter conſtet patrocinium non præſtitiſſe adhuc, ſi tempore introductionis cauſæ Advocatum in aliis fuiſſe appareat, Iudicis partes non debere gerere, ſicuti particulari conſtitutione Cathaloniæ ſancitum, & ſecundum eam in occurrenti judicatum refert Fontanella *deciſ. 8. num. 15.*] Ergo, quia hoc eſt municipale jus, manet eum, qui in aliis cauſis fuit Advocatus, modò in ea, de qua agitur Advocatum non egerit, extra Cathaloniam eſſe habilem, ut judicet, & ſententiam pronunciet,

An recuſari Panegyriſta poſſit?

Et ad πανηγυριστὴν veniens, non percipio, cur in Lælii cauſa Iudex ille procedere ad ſententiam non poſſit. Si enim abſtinere deberet, id vel ob cauſam particularem, vel generalem teneretur facere. At neutrum dici poteſt. Ergo. Probatur quoad priorem partem Minor; quia nulla in alterutro Iure exſtat lex, quæ jubeat Iudici, ne in Lælii, ſui Panegyriſtæ cauſa ad ſententiam procedat. Et probatur quoad priorem partem. Quia ut nuper ſcribit P. Raymundus Nidus Soncinas *in doctiſſimo ſuo libro de Conſervatorib. Regularium. cap. 9. partic. 2. pag. 179.*

Cur recuſentur Iudices?

[ad hoc, ut Iudex recuſetur, legitima cauſa expoſcitur, quæ eſt unica, nimirùm ſuſpicio, Specul. *tit. de recuſ. Iud. §. 2. in princ.* Ioannes Andreas *in Addition. ad Specul.* Hartmannus *in obſerv. prax. obſerv. 9. in princ.* Guazzinus *defenſ. p. cap. 19.* Emanuel Gonzalez *in cap. cum ſpeciali. de appellat. num. 3.*

Generalis Doctrina.

Recuſatio enim Iudicis fit ſolum, quia eſt ſuſpectus: at ſuſpicioni multæ aliæ cauſæ ſubordinatæ ſunt, ex quibus ſuſpicio arguitur: de quibus videantur allegari Scriptores. &c.] At inter ipſas nec Panegyricum ſcriptum, nec Liber dedicatus reperitur. Ergo. Immò nec poni hæc poſſunt; tam parvi enim Mœcenates (ſi merentur hoc nomen) quibus docti ſuos labores nuncupant) obſequia hæc habent, ut experientia docti aſſeramus, Scriptores tot folia chartæ prodegiſſe, quot impendunt in Epiſtolis Dedicatoriis. Vnde jam Viri Docti cautiores redditi non Principibus, ſed Amicis ſuos libros dedicant.

De illis, qui libros dedicant, & quibus libri dedicantur.

An poſſit recuſari Confeſſarius?

De Confeſſario eodem modo philoſophor; nam Summus Pontifex, Epiſcopi & Prælati ſubditis confitentur, & non ideò cenſentur inhabiles, ut in eorumdem cauſis ſint Iudices; nec enim tantus eſt Pœnitentis erga Patrem ſpiritualem amor aut contra; ne poſſit eos ſuſpectos reddere.

Concluſionũ Concluſio.

Stat igitur, nullam ex his tribus cauſis, quæ ſub initium ponebantur ſufficere, ut Iudex arceri à tribunali debeat. Ergo illis non obſtantibus poterit cauſam examinare & ad ſententiam venire.

Sic ſentio ſalvo meliori judicio.

SEC-

Digitized by Google

SECTIO II.

De Accuſatore, & Denunciatore. *Quid ſint? quomodo differant? In quibus caſibus, & de qua materia teneantur denunciare? Oſtenditur Epiſcoporum Monitoria reſtringi plurimis limitationibus.*

Quid ſit Accuſatio aut Denunciatio?

ACcuſatio & Denunciatio eſt criminis ad Superiorem delatio. In objecto conveniunt & differunt præcipuè in fine, quoniam in accuſatione Rei punitio intenditur, in Denunciatione emendatio. Ita D.Thomas 2.2.*qu.67.art.3.ad* 2. P. Mendus *in Opinionum certò probabilium Epitome.verb.Accuſator.nu.2.*

Illarum differentia.

An fraternam correctionem requirant?

An, & cur correctio fraterna exſit à Societate?

Præter differentiam, quæ à Fine ſumitur, aliæ inter Accuſationem & Denunciationem inveniuntur. Nam PRIMO, correctio fraterna Denunciationem debet neceſſariò præcedere: cum tamen Accuſator etſi poſſit fraternam correctionem præmittere, non tenetur: nec ideò rejici Accuſatio à Superiore poterit, quod fraterna correctio omiſſa ſit. Ita Corduba *de detract.qu.2.concl.4.*& alii. [Et hic obiter nota, hanc de fraterna correctione doctrinam, eſſe generalem: & tamen non habere locum in Societate Ieſu, in qua, quia jure naturali ceditur, poſſunt immediatè Superiori denunciari culpæ, quæ non ſunt emendatæ; & ſi emendatæ ſint, ſi adſit probabile & morale relabendi periculum.] SECVNDO, Accuſator debet probare, ſaltem ſemiplenè, quæ dicit, aliàs talionis pœna condemnabitur: Denunciator autem nihil debet probare. [Et hic obiter nota, eſſe aliquos, qui valdè temeſè loquantur, ſcribantque, contra pœnam talionis, velintque publico bono eſſe nocivam: nam, ſi Accuſatorem pęna talionis maneat, nemo accuſare audebit: ſi nemo accuſet, crimina manebunt impunita: &, ſi regnet impunitas, omni ſcelerum iniquitate Reſpublica dedecorabitur. At vires hujus argumenti, inquam ego, cognoſcebat perfectiſſimè Deus, & tamen in legibus quas per Moyſem tulit, illam ſtatuit *Gen.9.6.Exod.21.23.Levit.24.17.Deuter.* 19.9. Ergo argumento poſito nil omninò probatur. Ergo nego primam argumenti propoſitionem: quia, qui Rempublicam amat, & habet teſtes, accuſare poterit, & audebit: & frænum habebit Calumniator ne contra innocentem inſurgat.] TERTIO, regulariter Accuſatio in ſcriptis exponitur; ſic enim *cap.accuſatorum.24. qu.8.* ſtatuitur; at verò Denunciatio raò, vel nunquam ſcribitur. QVARTO, ſemper accuſatio eſt de materia gravi, & culpam mortalem ſupponit; non enim ob leves negligentias erecta fuerunt Tribunalia: cum tamen Denunciatio eſſe poſſit de levibus, & præcipuè in Sanctiſſimis Religioſorum Communitatibus.

De Probatione. An requiratur?

De pœna talionis.

An ſit perniciosa in Republica?

Talionis pœna, ſi non eſſet ſanctiſſima, non fuiſſet in Teſtamento Veteri inſtituta divinitùs.

Crites.

An Accuſatio & Denunciatio fieri in ſcriptis debeant? &, an de materia levi inſtitui poſſint?

De Monitorio, quo ſubditi jubentur denunciare.

Poſſunt & ſolent Superiores per edictum jubere, ut criminoſi denuncientur; at ſimilia præcepta reſtringuntur ſecundum concomitantes circumſtantias. Pono exemplum. Publicatur è cathedra, & publicis locis affigitur hoc Decretum Epiſcopi: *Cum theca Semphronii fuerit fracta, & inde ſublati centum aurei ſub præcepto & excommunicatione jubemus, ut qui notitiam de fure habeat, intra tot dies apud noſtrum Cancellarium denunciet.* Et aſſero multis illud circumſtantiis reſtringi. Excipit enim tacitè ab hoc præcepto Epiſcopus (1) illum, qui præſcindendo ab hoc edicto non poterat licitè crimen detegere: (2) ſi pecunia ſit reſtituta: (3) ſi ille qui denunciaturus eſſet, ſit conſors delicti: (4) ſi denunciatori immineret aliquod grave periculum: (5) ſi fur ſit filius Semphronii: & (6) addunt aliqui, ſi ille, qui pecunias illas abſtulit, illas inculpatæ cōpenſationis titulo ſubripuerit. Et quidem has omnes, & alias ſimiles Reſtrictiones in illo Monitorio reperiri, clariſſimè demōſtraturus ſum.

Quas-nam Reſtrictiones à circumſtantiis indipiſcatur?

Hæc doctrina, tametſi Denūciationem in ſpecie concernat, generalis eſt, & per analogiam aliis materiis poterit applicari.

Erat Prima Reſtrictio. *Excipitur ille, qui ab hoc Edicto præſcindendo, non poterat hoc furtum detegere.* Quoniam hoc Edictum in Iure Naturali aut Divino non diſpenſat; & hanc ob rem Confeſſarius, qui hoc crimen in Confeſſione audivit: Theologus, cui conſilii cauſa revelatum fuit ſub naturali ſigillo, & alii ſimiles, poſt edicti promulgationem illud adhuc ſubricere debebunt. Excipe etiam caſum, in quo nondum ille fur ſit fraternè correctus P.Mendus. *verb.Accuſator. num.2.* [Cum Epiſcopus aut Prælatus præcipit, denunciari ſibi aliquod delictum, ſi id ſit ejuſmodi, ut in eo locum habeat correctio fraterna, ante hanc nequit denunciari, cum ea ſit de præcepto Divino, quod anteponendum eſt humano.] Et citat Fumum in illuſtratione Armillæ, *verb. Denunciatio.* Et hinc ad Iusjurandum tranſiens, ait. [Hinc etiam ſi juraverit quis denunciare crimina, juramentum intelligitur eo modo, quo id præſtare ſit licitum: nam Iuramentum de illicitis non obligat; ſicut, ſi juraſset non denunciare, intelligitur, dum denunciare non teneatur.] Ergo Patris Mendi ſententia, ſi Petrus dicat, *Iuro, me crimina denunciaturum eſſe*, & Paulus, *Iuro, me crimina denunciaturum non eſſe*, ſi uterque homo probus & bonus ſit, à

De Confeſſario.

De Conſiliario.

An fraterna Correctio debeat præcedere Denūciationē?

An, & quo modo obliget juramentum in hac materia: pata, ſi quis, ſe denunciaturū, aut non denūciaturum eſſe juraverit?

Perſonæ circumſtantia aſſero hæc duo Juramenta (quæ indiffinitè prolata nullum caſum viderentur excipere) limitari, & reſtringi, ita neuter de omnibus agat peccatis, ſed de illis Petrus, quæ non vergant in Reipublicæ damnum, adeoque non debent denunciari ex præcepto,

Quando adæquatus finis legis ceſſat in caſu aliquo particulari, obligatio ejuſdem legis ceſſat in eodem caſu particulari,

Erat ſecunda. *Excipitur ille, qui ſciat jam hanc fuiſſe pecuniam reſtitutam.* Patet; quia, cum hæc Cenſura in gratiam Semphronii fulminetur, & jam ipſe quæ volebat, recuperaverit, ceſſat Cenſuræ finis, ac propterea, ceſſat impoſiti præcepti obligatio. P. Mendus *in Opinionum certò probabilium Epitome. verb. Accuſator. nu. 7, pag.* 21. his verbis præcedentes Reſtrictiones dilucidat. [Si ſub præcepto, aut cenſura, ait, jubeatur delinquentes denunciari, tenetur quis eos denunciare, quos licitè poſſet, adhuc eo præcepto non urgente; ut, ſi crimen ſit publicum, aut ſemiplenè probatum per ſufficientia indicia & rumorem (non ergo tenetur eos (*) denunciare, quos à præcepto præſcindendo non poſſet.) Quod ſi Judex aut Superior ſolum intendat partis læſæ ſatisfactionem, aut delinquentis emendationem, abſque alia pœnæ inflictione, & ſit ſatisfactum, aut ille omninò emendatus non tenebitur quis eum denunciare (::) at ſi nulla infamia præceſſit non tenetur quis tunc alium denunciare.

(*) Medina Codic. de reſtit. quæſt. 12. Navarrus, Sylveſter, Corduba, Sotus, Navarra, & alii.

(::) D. Thomas 2. 2. quæſt. 33. art. 7. ad 3. D. Antoninus, Navarrus, Navarra, & alii.

De complice. An denunciare teneatur?

Erat Tertia. *Excipitur conſors delicti.* Demonſtratur, quia nemo tenetur ſe ipſum accuſare aut denunciare, & tamen ſe ipſum denunciaret, qui conſortem apud Superiorem deferret. *Ita* Diana *part.* 1. *tract.* 4. *reſol.* 8. *&* 9. Mendus *verb. Denunciatio. n.* 10. Suarez, & alii Doctores communiter.

An humana leges obligent cum periculo vitæ?

Erat Quarta. *Excipitur ille, cui mors, aut grave damnū propter denunciationem immineret*, Vidimus enim Reos accuſatores aut Denunciatores occidiſſe. Et ratio reſtrictionis eſt; quia non debeo proximum magis amare quàm me ipſum. At ego propter centum aureos proprios nolo exponere vitam periculo, Ergo propter centum alienos non teneor. Hæc eſt certa & generalis Reſtrictio, quæ in Civilibus nullam difficultatem patitur: cæterùm in materia Hæreſeos ab aliquibus reſtringi ſolet: nam Coronius *in ſumm. verb. Denunciare. num.* 6. ſic ſcribit. [Nota tertiò, quod quamvis Fagundez. *p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. excuſet à denunciando hæreticū eum, cui periculum vitæ, famæ, aut bonorum æternorum in propriam, vel patris, matris, uxoris, fratris, vel alterius conjunctiſſimi perſonam immineat, unde docet Freyta *qu.* 19. *num.* 15. quod hæreticus, qui ob timorem magni damni complices tacuit, non eſt tradendus brachio ſæculari & diminutus, ſed mitius tractandus, His tamen non obſtantibus, Bonacina *diſp.* 6. *punct.* 2. *num.* 6. teſtatur, hanc doctrinam non omnibus probari. Et illam Genuenſis *cap.* 18. *nu.* 8. limitat, niſi hæreticus dogmatizaret, & seduceret animas, aut corpora læderet, &c. nam in his caſibus tenetur homo exponere propriam vitam pro patria. Et ipſe Freytas, ſtante praxi, contrariam ſententiam amplectendam eſſe, inquit, maximè in caſu hæreſis formalis, *part.* 1. *tr.* 4. *reſol.* 7. Et bene docet *qu.* 12. *num.* 19. quod ſtando etiam in prima ſententia periculum in bonis temporalibus amici non excuſet: quia major amicus eſt Deus & amicus uſque ad aras. Alioqui nunquā denūciandus foret amicus vel conſanguineus hæreticus, quia incurreret pœnam confiſcationis bonorū. *c. cum ſecundum de hær. in* 6. Amiſſionem verò bonorum temporalium propriorum tunc ſolùm excuſare, quando cogeret factum mutare *p.* 4. *tr.* 5. *reſol.* 36.

Comm° turale homini° ſt, ut amet filios. Ergo niſi contrarium conſtet, nolle, ut ſuus infametur fili° debebimus neceſſariò præſumere.

Erat Quinta. *Excipitur caſus, in quo fur eſſet filius illius, qui procuravit Monitorium.* Quoniam nemo prudens volet ſuum filium infamari. Antonius Coronius *in ſumm. verb. Furtum. num.* 13. ſic ſcribit. [Quando promulgatur Monitoriū ut reveletur furtum factum de bonis certe perſonæ, non tenetur quis revelare filium talis perſonæ, ſi ille furatus eſſet, niſi conſtet mentem patris eſſe, ut etiam filius, ſi reus ſit, manifeſtetur. Nam pater nunquam præſumitur velle filios diffamare. Ita contra Naldum *verb. Excommunicat. num.* 8. & *verb. Filius num.* 3. Raynaud. *de monit. par.* 1. *cap.* 3. *qu.* 14. Qui tamen id non extendit ad complices. Sed hoc etiam eſt difficile, nam eo ipſo quod revelantur ſocii & complices, certum moraliter eſt, detegendos eſſe filios. *part.* 5. *tr.* 13. *reſol* 69. Ex furto oritur obligatio reſtitutionis tam in fure, quàm in concauſis, de qua re vide *verb. Reſtituere quis teneatur ex injuſta actione,*

An denunciare quis ſuum proprium filium debeat?

Ex hac Quinta Reſtrictione oritur altera, nam ſi Semphronii filium non teneris v. gr. deferre, nec teneberis tuum filium, aut fratrem, quia ratio à fortiori decurrit. P. Mendus *verb. Denunciatio. num.* 8. [Quādo præcipitur denunciari furem, incendiarium, percuſſorem, & ſimiles, non tenetur quis denunciare patrem, avum, uxorem, filium, nepotem, alios-ve valde ſanguine conjunctos, ſicut nec ſeipſum; eorum enim infamia ſupra ipſum reflectitur, & pietas, ac ſanguinis vinculum excuſat.] Et citat

De occulta compenſatione.

Dia-

Google

Diſnam, Raynaudum, & Angelum, qui plures Iurium textus, ut id probet, adducit.

Ab aliquibus additur hæc Sexta. *Excipitur caſus, in quo qui centum illos aureos abſtulit jure occultæ compenſationis uſus fuerit.* Illa ponitur à P. Mendo *verb. accuſatio num.* 9. his verbis. [Si denunciandum furem eſſe præcipiatur, & quis ſciat, aliquem rem accepiſſe ob occultam compenſationem, omnibus requiſitis ſervatis, non debet, nec poteſt eum denunciare, quia injuſtè infamaret illum. (*) Quod verum eſt etiam ſi adderetur, in excommunicatione denunciandum eſſe adhuc eum, qui titulo compenſationis rem accepiſſet. Cùm enim accipiens ſic non peccaverit, excommunicatio in eo vi caret, ſiquidem proferri nequit validè, ubi peccatum grave non intercedit.] At ſunt aliqua, quæ non intelligo. Primò enim, caſus in terminis, ſub quibus proponitur à P. Mendo, impoſſibilis eſt: illæ enim circumſtantiæ, multæ & variæ ſunt, & nullus præter ipſum Cajum poteſt de ſingulis exactam habere notitiam: Ergo tametſi Lælius ſciat, Cajum Semphronii pecunias ſubripuiſſe; & tametſi audierit, eum id feciſſe compenſationis inculpatæ prætextu: ſcire certò non poterit, an certæ veritati innitatur prætextus; & an in illo actu fuerint omnia, quæ in occulta compenſatione, ut ſit honeſta & licita, requirunt Authores, ſervata: maximè, cùm Theologicarum ſubtilitatum imperitus ſit Lælius; & Authores, qui occultæ compenſationis innocentiam defendunt, in multis diſſentiant inter ſe. Secundò, videtur P. Mendus, tametſi doctiſſimus & oculatiſſimus, in ſuæ dilucidatione ſententiæ involvere contradictoria; quoniam, ſi hujuſmodi compenſatio laudabilis & honeſta dicatur, non habent locum illa verba (injuſtè infamaret illum.) nemini enim eſt dedecori, facere quæ ſunt honeſta & licita: & ſi dedecori eſt compenſatio ſecreta, non eſt honeſta aut licita compenſatio ſecreta. Tertiò duas hic perſonas P. Mendus confundit: denunciantem, videlicet & denunciatam. Vt enim Lælius, qui Cajũ denunciare debebat, excommunicationẽ incurrat, non eſt neceſſarium, quòd peccaverit Cajus mortaliter: ſed requiritur & ſufficit, quòd Superiorum interſit reſcire, quid fecerit Cajus. Tenebitur ergo interdum Lælius ſub peccato mortali denunciare eum, qui non peccavit mortaliter: ut In hæreſi materiali videre eſt; non enim peccat materialis hæreticus (ſi enim peccaret, non jam eſſet materialis, ſed formalis) & tamen illum denunciare tenemur; Superiorem enim erit examinare, an ſit materialis, aut formalis. Et rem confirmo aliud exemplum producendo. In plerisque omnibus diœceſibus, publicis Notariis præcipitur, ut, ſi in teſtamento aliquid ad pias cauſas legetur, intra tot dies denunciare id debeant, ne ob hæredum negligentiam, & ſuperiorum ignorationem Purgatorii Animæ priventur ſuffragiis. Pone in caſu, Cajum teſtamentum condidiſſe, centumque aureos pro miſſarum eleemoſina tali Monaſterio legaſſe: pone & Lælium fuiſſe Notarium, & hoc teſtamentum ſcripſiſſe. Ergo vides clariſſimè factum Caij, non ſolùm non fuiſſe peccatum, ſed fuiſſe bonum & meritorium, & tamen illud debere à Lælio denunciari. Ergo poſſet ſimiliter quis dicere (etiam admiſſa doctrina occultas cõpenſationes excuſante) eſſe in caſu duas quæſtiones toto cælo diverſas; alteram, an Cajus debeat ob illarũ pecuniarum ſubreptionẽ puniri? & alterã, an Sẽphronius ſit læſus, eidemque poſſit per Iudicis aſſiſtentiam ſuccurri? Ergo, peccaverit, aut nõ peccaverit in illo facto Cajus, habent profectò Superiores jus examinandi, quis, nam illas pecunias ſubripuerit; & eorumdem erit diſquirere, An juſtam cauſam habuerit ſubripiendi: & hoc examen non ſpectare ad perſonas privatas, certum eſt.

Interim, quia Ego privatam omnem juſtitiam à Republica damnari video, & in nulla bene gubernata Communitate excuſationem hanc admitti, Occultas compenſationes omnes eſſe illicitas cenſeo, Reſtrictionemque, quæ ex hoc capite deducebatur, non admitto. Et, ut videat Pius Lector, me non ſeduci affectibus, ſed ratione præmoveri graviſſima, lineas ſubſequentes ſcribo.

Porrò, ſi in Furto, ſeu bonorum temporalium materia, privata Iuſtitia locum habet; etiam illum habere poterit in Homicidio: Ergo, ſi poſſum mihi & adverſario jus privatim dicere, quando injuſtè lædor in bonis temporalibus, (hoc eſt, ſi poſſum clam à Semphronio centum aureos ſubripere, quando illos mihi certò debet, & non habeo teſtes, aut vires, aut modum illos per Iudicem recuperandi, quia tales ſuccurrunt circumſtantiæ, ut non poſſit me publica Iuſtitia defendere) ſimiliter (aut etiam à fortiori; quoniam pretioſior mihi eſt vita, aut honor, quàm omnia bona temporalia) potero mihi, & adverſario jus privatim dicere, quando injuſtè lædor in vita aut honoris materia, (hoc eſt, quando per calumniam accuſatus & falſorum teſtium depoſitione traductus aut ſub corrupto, & ſubornato Iudice ſuc-

*) Sylveſter verb. furtum quæſt. 15. Navarrus, Angelus, Corduba, Navarra, Medina, & alii.

An, qui prætexto occultæ cõpenſationis rem ſubripuit, ſit denunciandus?

An Caſus impoſſibilis ſit?

Tam multa Authores requirunt, ut occulta compenſatio ſit licita, ut præſtare illius innocentiã negare.

Nemini ſunt dedecori, quæ honeſta & licita.

An denunciari debeat materialis hæreticus?

An teſtamentũ conditum ad pias cauſas?

An, qui compẽſationis prætexto aliena ſubripit?

Omnis Iuſtitia privata condẽnatur in omni bene gubernata Republica.

Immò expreſsè condemnavit Innocentius XI. die 2. Martii 1679. Propoſitione XXXVII.

An in homicidio admittatur?

An etiam in honoris materia?

ſuccumbens, tametſi pius & innocens, vita debeam aut honore privari.) Ergo, ſi potero tunc me indemnem reddere, privatim pecunias ſubripiendo, potero nunc vitam meam & honorem tueri. Accuſatorem, Teſtes, aut etiam Iudicem occidendo. At id non poſſum. Ergo nec illud. Probatur Minor, nam Alexander VII. die 24. Septembr. 1665. has Propoſitiones condemnavit. [Num. 17. *Eſt licitum Religioſo vel Clerico calumniatorem gravia de ſe crimina, vel de ſua Religione ſpargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publicè & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.* Num. 18. *Licet interficere falſum Accuſatorem, falſos Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò* (*) *imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare,* &c.]

*) Nota illud *certò*, ut ſcias unum & idem poſſe adverbium ad duo extrema referri, & duo ſubjecta afficere & modificare, nam Authores cõdemnatæ opinionis, eam admittebant in eo caſu tantũmodò, quo certò immineret, certò iniqua ſententia,

SECTIO III.

De Reo. *Quis ille ſit, & quomodo, & à quot Iudicibus debeat examinari?*

Quis olim Reus, & quis hodie dicatur?

REus à re dicitur: & eſt ille, de cujus re agitur, & ideò olim, tam qui in judicium vocabatur, quàm qui vocabat, *Reus* nominabatur. Gallus Ælius apud Feſtum, *Reus eſt*, inquit, *qui cum altero litem conteſtatam habet, ſivè is egit, ſive cum eo actum ſit.* Et Cicero 2. de Oratorib. *Reos appello, non modò eos, qui arguuntur, ſed omnes de quorum re diſceptatur.* Sed jam tandem, qui debet, non autem qui poſtulat, *Reus* dicitur; qui enim reum in judicium vocat, eſt *Actor*.

Quis nominetur Actor?

Sicut crimina admiſſa, ſic & vota emiſſa reos conſtituunt. Modeſtinus *leg.* 1. D. *de duobus reis conſtit.* Virgilio conſonans, qui Æn. 7. cecinerat,

Voti reus.

Vobis lætus Ego hoc candentem in littore Taurum
Conſtituam ante aras, voti reus.

An fœminæ Reæ eſſe poſſint?

Etiam fœminæ, quia & delinquere, & promittere poterant, Reæ erant, ſi in judicium (publicum, aut privatum) vocatæ. Ovid. eleg. 3. lib. 2. Triſt.

An, & quæ crimina honeſta dicantur? An ebrietas ad illa pertineat?

Protinùs hæc vetiti criminis acta rea eſt. (a)

Et iterum eleg. 1. lib. 4.

Et mecum juncti criminis acta rea eſt. (b)

*) Hoc ſenſu *Peccata Regularia*, quæ cõtra Religioſorum regulas: *Civilia*, quæ contra leges Civiles; *Theologica*, quæ cõtra Θεὸν καὶ λόγον, contra Deum, & ratio nem commiſſa.

a) Modeſtiæ philoſophicæ violatio crimen eſt; & ideò *honeſtum crimen* Seneca *cap. ult. de tranquillit.* ebrietatem ad quam non interdici lege humana videbat, & neſciebat Naturali aut Divina interdici, *honeſtum crimen*: hoc eſt (ſic enim epithetum intelligo) *crimen contra Honeſtatem perpetratum* (*) ad mentem Catonis appellat: nam ut civile ſit, eſſe debet lege Civili vetitum; & ut Theologicum lege Divina. Malitia ergo Philoſophica ab omni lege Divina, & Humana præciditur: Malitia autem Theologica in Divinæ, & Civilis in Humanæ Legis violatione conſiſtit. Vbi enim non eſt lex, nulla eſſe poteſt prævaricatio.

b) Agit de ſua muſa, & oſtendit agentes & cooperantes pœna æquali puniendos.

De Cooperatione.

De modo, quem in accuſationibus obſervabãt Antiqui.

Aſconius recenſet hunc modum procedendi apud Veteres. Dicebat apud Prætorem Accuſator Reo, *Ajo te* v. gr. *Siculos ſpoliaſſe*. Si tacuiſſet, lis ei æſtimabatur ut victo; quia qui tacet, conſentire videtur. Si negaſſet, petebat à Magiſtratu diem Accuſator inquirendorum criminum, & inſtruebatur Accuſatio.

Quot fuerint olim Iudices?

Et quidem quanta olim circumſpectione cauſæ examinarentur, conſtat ex Iudicum numero, qui impendebantur. Ovidius Eleg. 1. libr. 2. Triſt.

Non male commiſſa eſt nobis fortuna reorum
Vſque decem decies inſpicienda viris.

An unicus ſufficiat?

At hodie in Regiis Tribunalibus coram paucis: & in Epiſcoporum Conſiſtoriis lites graviſſimæ, in quibus de Sacerdotum honore & vita diſceptatur, coram unico aguntur: & ideò ſicut in antiquis judiciis tribunalibus tam multi Iudices ſine cauſarum confuſione intereſſe non poterant: ſic hodie in conſiſtoriis unicus eſſe non poterit ſine manifeſto periculo.

SECTIO IV.

An, quando, & quomodo Reus reſpondere teneatur?

NOn tenetur reſpondere Reus, ſi certò ſciat contra ſe non exſtare aliud niſi dictum Denunciatoris, ait Antonius Coronius *in ſumma verb. Reus. num.* 6. ex Antonino Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 102. §. *Notandum quartò*, & *part.* 9. *tract.* 9. (qui eſt miſcell. 4.) *reſol.* 43. Qui tamen poſteà illum etiam excuſat, ſi de hoc ipſo notitiam probabilem habeat. Subſcribunt Valentiæ *tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 13. *punct.* 2. Dicaſtillo *de Iuſt. libr.* 2. *tract.* 1. *diſp.* 9. *dub.* 1. *n.* 12. & aliis. Sed quia aliud eſt *non reſpondere*, & aliud *negare*, aut *cum æquivocatione reſpondere*, addemus concluſiones ſequentes. Sit

PRIMA,

Reus qui illegitimè interrogatur, negare poteſt,

R*Eus accuſatus de crimine, quod reverà commiſit, quouſque ſemiplenè probatum ſit, illegitimè interrogatur; & ſi reſpondere cogatur, non eſt cur ad Æquivocationes aut mentales Reſtrictiones recurrat; rotundè enim negare crimen poterit, & illud negando non mentietur.* Demonſtratur: & ne mutemus exempla, ſupponamus ab Aurelio fuiſſe Fridericum occiſum. Accuſatur, & in carcerem truditur. Nulli ſunt teſtes, aut ſaltem nulli, qui ad ſemiplenam probationem ſufficiant; & tamen ad tribunal adducitur, & examinatur. Inquit Iudex. *Reſponde mihi, utrùm Fridericum occideris?* Et illi Aurelius, *Non occidi*. Et tu hæres. Fateris enim Aurelium, ſi non mentitur, poſſe ſuam reſponſionem juramento fulcire; verùm enim verò intelligere vis, cur non mentiatur ille, qui in tribunali

Google

bunali negat, ſe commiſiſſe crimen quod reverà commiſit? Et Ego Tibi, Interrogationem per locum & Iudicis officium reſtringi, & debere bene intelligi antè quàm de Reſponſione pronunciemus Cenſuram. Erat Interrogatio. *Reſponde mihi, utrùm Fridericum occideris*, quæ per circumſtantias conſignificantes reſtricta, æquipollet his verbis. *Mihi reſponde, utrùm peccaminosè & criminosè, & ita ut peccatum tuum probari & legitimè puniri poſſit, & illud fateri tenearis, Fridericum occideris?* Ad hanc reſtrictam Interrogationem reſpondet Aurelius, *Non occidi*. Et hæc Reſponſio reſtricta per Interrogationem vera eſt: quoniam, *Non occidi*, ait Aurelius, *ut tibi dicam; quoniam, ut reſpondeam legitimè, debeo legitimè interrogari, & tu me illegitimè interrogas*. Præterea, *Non occidi*, ait Aurelius, *nempe Politicè, ita ut probari crimen poſſit, & ſecundam leges puniri*.

Verba Iudicis per locum & officium reſtringuntur.

Reſponſio Rei per Interrogationem jam reſtrictam reſtringitur.

Corollarium. *Peccat igitur graviſſimè Iudex, cum Reum contra formam Iuris examinat*. Ita Ludovicus de Miranda *de Ordin. Iudicial. quæſt. 19. art. 8. concl. 1.* Sotus *de ſecret. membr. 3. quæſt. 1. concl. 1.* Et probatur clariſſimè: Quia eadem lex, quæ Reo præcipit ut quando legitimè interrogatur, Veritatem reſpondeat, præcipit Iudicibus & Senatoribus, ne Reos contra formam Iuris interrogent.

Vbi contra Iuris formam Reum examinant, graviter peccant Iudices.

Petis Primò. *An à tali Iudice contra Iuris formam interrogatus Reus, mentiri poſſit?* Negat S. Thomas *in 2. 2. quæſt. 69. art. 2.* Negat S. Auguſtinus *libr. contr. mendac.* & omnes Iuniores & Antiqui cum ipſis.

An aliquando Reus mentiri poſſit?

Sed inſtas. Petrus reverà commiſit homicidium. At poteſt in Caſu dicere *Non commiſi*. Ergo poteſt mentiri. Patet conſequentia, quia *Commiſi* & *Non commiſi*, ſunt contradictoria: & hæc non poſſunt eſſe ſimul vera. Ego autem nego eſſe contradictoria, quia alio ſenſu dicitur *Commiſi*, & alio diverſo *Non commiſi*, prima enim in ſenſu reali, & ſecunda in homologico & politico eſt vera.

An contradictoria ſint Cōmiſi, & Non commiſi?

Petis Secundò. *An quando Fiſcalis gerit vices Accuſatoris, & qui aliàs accuſaret, adſumitur in Teſtem cenſenda ſit ſemiplena Informatio?*

An, qui advenerat accuſaturus, poſſit accuſandi munus exonerare in Fiſcalem, & demum in Teſtem admitti?

Prima Sententia aſſerit; &, ut video, placet multis Tribunalibus, & Iudicibus, hac enim via adquirit Teſtes Cauſa, quos aliàs non haberet.

Non placet tamen Dicaſtillo, qui *loc. cit.* ſic ſcribit. [Iam ad hoc fere ſemper utuntur cautela vel aſturia, nimirum Officiali publico ad id deſignato (*Fiſcalem* appellant in Hiſpania, quamvis aliqui alio nomine etiam id muneris obeant) rem defert, qui alioquin erat accuſaturus, & ille ipſe accuſaturus producitur tanquam Teſtis ab Officiali illo vel Fiſcali. Quæ omnia ſæpe (*a*) multum fraudis habere poſſunt, vel periculi, cùm omnia jam tandem nitantur dicto & authoritati unius fortaſſe nebulonis vel ad id pecunia corrupti qui Denunciatoris vices gerit & Accuſatoris per alium ſubmiſſum ad hoc, & ſe ipſum facit Teſtem. Quæ omnia, an ſint ſemiplena probatio, alii viderint. Ego non puto. Vnde, ſi conſtaret Reo (*b*) id ita factum eſſe, non puto eum debere ſuam cauſam cenſere tanquam ſemiplenè probatam. Porrò, nec Accuſatorem, nec Denunciatorem, qui intendit punitionem, poſſe eſſe Teſtes, conſtat *ex leg. nullus D. de teſtib.* cum hi ſuſcipiant cauſam tanquam propriam.

a) Ego dixiſſem, *quæ omnia ſemper multum fraudis habere poſſunt, & ſæpe multum fraudis habent.*

b) Semper, ut exiſtimo, conſtare poterit, nam id ſit publicè, & hujuſmodi homines *Teſtes Fiſci* vocantur.

Diana Ordinatus *tom. 6. tract. 1. reſol. 97. §. 1. pag. 64. a.* hanc Dicaſtilli Opinionem nec condemnat, nec approbat; inquit enim. (Sed nolo praxim receptam ſi extſtet (*c*) condemnare: ideò tu cum Iudicibus timoratæ conſcientiæ cogita: multa enim (N. B.) à Fiſcalibus efficiuntur, quæ ego valde dubito in foro conſcientiæ ſuſtineri poſſe.)

c) De aliis Regnis non ſcio, at extare in Neapolitano mihi certum eſt.

Ego verò in hac Quæſtione peto à Viro ſincero, Cur leges Accuſatoris & Denunciatoris teſtimonium non curent? Reſpondebunt ideò illos à teſtimonio excludi, quia non ſunt fide digni: & eos fide dignos non eſſe, quoniam cenſentur agere cauſam propriam ac propterea paſſione præpediri & ſeduci. Hæc paſſio eſt quædam qualitas phyſica, realiter animæ inhæret; & non dependet à Fiſcalis ingenio. Ergo, ſi Titius, ſi permitteretur accuſare, obcœcaretur paſſione, & tamen paſſionem non aufert Fiſcalis officium accuſatoris adſumendo: manebit Titius qualis anteà. Ergo, ſi anteà non erat fide dignus, nec erit poſteà fide dignus. Stat ergo bene Dicaſtillum diſcurrere.

Qui non erat heri fide dignus, etſi Fiſcalis faciat quidquid velit, non erit hodie fide dignus.

SECVNDA.

R*Eus poſt ſemiplenam informationem interrogatus ſi crimen reverà commiſit, tenetur ſe illud commiſiſſe fateri.* Eſt communis. Ita S. Thomas 2. 2. *quæſt. 69. art. 1.* nec non Cajetanus, Bañez, & Thomiſtæ cum ipſo. Ita etiam Alfonſus de Vega *in Summ. tom. 2. cap. 8. caſ. 1.* Homobonus *tract. de Statib. part. 2. cap. 4.* Miranda *in libr. Ordinis Iudiciar. tom. 2. quæſt. 19. ar. 8. concl. 1.* Aldecte *de relig. diſcipl. tuend. lib. 1. cap. 11. num. 5. & libr. 2. cap. 4. num. 8. & 24.* Ioannes de la Cruz *in Direct. conſc. p. 1. præ-*

Quid Reus debeat facere poſt informationem ſemiplenam?

1.precept.8 art.3.dub.8 concl.2. Ledeſma *in Summ.tom.1.tract.8.cap.24.concl.2.* Pitigisnus *in Pract.Crim.part.1.cap.7.in additionib.* Soto *de Iuſtit.libr.5. quaeſt.6. art.2.* Corduba *in quaeſt. libr.1. quaeſt.43. dub.3.* Azorius *part.3.libr.13.c.25. quaeſt.3.* Saytus *in Clavi Regia.libr.12.cap.16. num.1.* Valentia *diſp.5. quaeſt.13. punct.1.* Sylvius *in 2.2.quaeſt.69.art.4.* nec non Salonius, Sylveſter, Tabiena, Gabriel, Navarrus, Toletus, Henricus, Paludanus, Covarruvias, Gomezius, apud Saytum *ubi ſupr.* & alii. Hæc doctrina aliquorum judicio eſt tam certa, ut Texeda *in Theolog. Moral.tom.1.libr.2.tract.3.controv.7.num.80.* & Turrianus *in Select.Centur.1.dub.75.* & *de Iuſtit.tom.2.diſp.50.dub.2.num.7.* & alii, oppoſitam improbabilitatis nota, & aliis cenſuris inurant. Vt autem fateri teneatur, debent ei notificari dicta teſtium vel teſtis. Aldrete *de Relig.diſc.libr.2. cap.4. num.7.* Miranda *tom.2. quaeſt.19. art.13. concl.1.* Diana *part.3. tract.5. reſol.91.* qui contra Ioſephum à S.Maria *in Trib. Relig. tract.4.cap.17.§ 3.* aſſerit id locum habere etiam in Regularium cauſis.

Sanè doctrina, quam tradit hæc Secunda Concluſio eſt communis, & à pleriſque omnibus Iuris-Conſultis & Theologis defendi ſolet, Interim adhuc proponatur hæc

TERTIA,

Praecedentem doctrinam non niſi probabilem eſſe,

PRobabile eſt non teneri poſt ſemiplenam informationem Reum confiteri crimen à ſe commiſſum, ob quod ſit gravi pœna damnandus. Et *gravis pœna* nomine intelligitur mors, aurium aut manuum, aut cujuſcumque alterius membri mutilatio, flagella, triremes, infamia, &c. proſcriptio, bonorum confiſcatio &c. Et huc reſpiciens Diana Ordinatus *tom.6. tract.1. reſol.100, pag.66.a.num.4.* pronunciat [reum obligari, etiam ſub peccato, quando damnum, quod timet, non eſſet tanti momenti: quia leges humanæ poſſunt obligare regolariter ad aliquod damnum ſubeundum. Et quidem ad incolumitatem Reipublicæ neceſſaria eſt hæc poteſtas in Iudice: nam pro ejuſmodi criminibus non facilè poſſunt Rei ſubjici torturæ: quare, ſi Reus non obligatur ad reſpondendum, difficilis maneret punitio talium delictorum, quæ idcircò multiplicarentur cum maximo Reipublicæ detrimento &c.]

Quam ob rem hac limitatione præmiſſa tuentur Tertiam hanc noſtram concluſionem Diana *part.2.tract.15. reſol.27. & part.50.tract.13.reſol.23.* Sancius *diſp 43. num.29.* Peſantius *diſp. unic. ad qu.70.* & alii, quorum ſententiam probabiliſſimam eſſe ait Antonius Coronius *in ſumm. ver. Reat. num.10.*

Hujus ſententiæ probabilitatem firmat, Lugo *de Iuſt.tom.2. diſp.40. ſect.1.nu.14.*(*) loquit enim. [Dubitatur, *An ſemper, quoties praecedit probatio ſemiplena, vel juridicè interrogatur, teneatur Reus rogatus fateri veritatem contra ſe?* Hæc eſt Quæſtio celebris & neceſſaria ad praxim quotidianam: oportet enim omninò ſcire, quomodo Confeſſarius ſe debeat gerere cum ejuſmodi Pœnitentibus. Communis Sententia docet, teneri ſemper Reum, legitimè interrogatum fateri Veritatem, etiamſi propterea morte plectendus eſſet. Secunda Sententia negat illam obligationem eſſe adhuc univerſalem. Excipiuntur autem ab aliquibus varii caſus. Primus eſt, ſi timeatur ſententia mortis. Secundus, ſi damnandus eſſet Reus ad triremes. Tertius, ſi confiſcanda omnia bona. Quarto, ſi periclitaretur (*) omninò in honore: & in aliis caſibus ſimilibus. Suarez conſultus anno 1596. eam dixit probabilem, ſicut & P. Salas, & P. Henriquez cum aliis Theologis doctis, ut teſtatur idem Salas in ſchedula propria manu ſcripta, quam apud me habeo. Vnde exceſſit Turrianus, dum hanc ſententiam improbabilem omninò eſſe affirmat. (a)

Et Lugonem eſſe penes ſe inſtar multorum, inquit Diana Ordinatus *tom.6. tr.1. reſol. 10. n. 3.*

*) Et vix dabitur caſus, in quo aliquis, aut plectend⁹ ſit capite, aut ad triremes mittendus, aut bonorum poſſeſſione exſuendus ſine graviſſima honoris jactura.

Addatur P.Serra *qui in 2.2.qu.69.art.1. dub.1.* ſic ſcribit. [Sylveſter hanc ſententiam non judicat improbabilem, etiam in vita D.Thomæ, cum *verb.Accuſatio 1.qu.13.* & *verb.Confeſſio. qu.1.* illum intelligat, quando agitur ad pœnam ſpiritualem, & non aliam. Ego abſolutè hanc ſententiam ob authoritatem Authorum citatorum & argumenta facta, probabilem judico: ſcilicet non eſſe cogendos miſeros reos, etſi juridicè interrogentur, in cauſa capitali confiteri crimen. Nam ut ait Mag. Soto *lib. 5.de Iuſt.qu.6.ar.2.concl.5.poſt med.* debent Confeſſarii conſiderata maturitate tunc uti, ne calamitoſum morti temerè addicant; ſcientes in re dubia propendendum eſſe potiùs in favorem Rei. Et ideò niſi meridie clariùs lex illos cogat, non ſunt miſeri cogendi, maximè in cauſa capitali, aut honoris & famæ. &c.] Et hic obiter nota hæc ultima verba, videlicet, *niſi meridie clariùs lex illos cogat*; & infer totam noſtram DIALEXIM *De Non-Certitudine* nuper editam magna Viri hujus authoritate confirmari; fuit enim P. Serra Illuſtriſſimi D.Acacii March de Velaſco, Epiſcopi de Origuela &c. Magiſter, Vir piiſſimus & doctiſſimus, ut ipſe teſtatur Acacius.

a) Sunt in Scholis homines ſuorum ſcriptorum admiratores, quibus cætera diſplicent: & hi, nam præjudiciis manifeſtis laborant facile ſuis contrarias opiniones condemnant, & nimiis cenſuris imprudenter inurunt: & talē fuiſſe Turrianum, non ſolū in hac Quæſtione, ſed in aliis, ejus Scripta evidenter oſtendunt. De Texeda quid dicam? Eadem eum navi vehi, & eodem etiam vento conduci. Diana Ordinatus *tom.6. tract.1. reſ. 100. num. 2. pag. 65. b.* ſic ſcribit. *Olim Reverendiſſimus Generalis Patrum Dominicanorū Magiſter Turcus, non ſemel dixit mihi, dictum Texedam limites tranſire in Cenſuris Opinionum.*

Hanc eamdem Opinionem benignam,

pro-

probabilem judicant Villalobos *in ſumm. tom. 2. tr. 56.* P. Bardi *de conſc. diſcept. 4. cap. 26. 5.* Pellizarius *in Manual. Regul. tom. 2. tr. 9. cap. 4. ſect. 2. nu. 113.* Lezana *in ſumm. tom. 4. verb. Reus Regularis. num. 5.* Eſcobar *in Theol. Moral. tr. 6. exam. 6. cap. 6. nu. 49.* Geſualdus *in Theol. Moral. tom. 3. tract. 7. cap. 2. nu. 26.* Baſſeus *in Theol. Moral. verb. Reus. num. 4.* Fagundez *tom. 1. in pracep. Decalog. libr. 8. cap. 32. num. 11. & ſeqq.* Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 8. cap. 4. dub. 1. nu. 11.* Gaſpar Hurtadus *diſp. 4. de Reo. diff. 3.* Baunius *tom. 3. lib. 3. tr. 3. qu. 7.* Reginaldus *in Praxi tom. 2. libr. 14. cap. 3. ſect. 3. num. 3.* Portel *in Dub. regul. titul. Correctio fratr. verb. reus. num. 43.* Peyrinus *de Relig. ſubd. tom. 1. qu. 1. cap. 16. tr. 1.* Filliucius *tr. 4. num. 166.* Fagundez *de praceptis Decal. prac. 8. cap. 31. num. 11.* Alcozer *in ſumm. cap. 16. §. Et reo.* Vnde patet poſse & debere Confeſsarium abſolvere in Confeſſione Sacramentali Reum, qui eſt ſemiplenè convictus, & tamen habet intentionem reſpondendi negativè in judicio: adhæreret enim Reus probabiliſſimæ ſententiæ, quam ei Confeſsarius inhibere nõ poteſt.

Cum autem doctrinæ, authoritates, & rationes, quæ ſolent pro hac Tertia Concluſione adduci, plus probent, quàm ipſamet Tertia Concluſio poſtulare videtur, addi debuit hæc

QVARTA.

Hac Concluſio connectitur cũ precedenti.

SI probabile eſt Reum non teneri confiteri poſt informationem ſemiplenam, etiam erit probabile non teneri poſt plenam, ubi nemo negativus damnatur.

Ergo vel utraque ſententia admittenda, vel utraque ſimul neganda.

Et conſidera primò illud *ſi*; puto enim rationes, propter quas ſententia, quæ traditur in Tertia Concluſione, judicatur probabilis, ſuadere etiam ſententiam, quã quarta hæc Concluſio proponit, ſimiliter eſſe probabilem: quã ob rem ſic diſcurro. Illæ rationes, vel ad Probabilitatem ſufficiunt, vel nõ ſufficiunt; ſi ſufficiunt, utraq; eſt probabilis; &, ſi non ſufficiunt, neutra eſt probabilis.

De Plenæ, & Semiplenæ Informationis nominibus.

Et conſidera ſecundò illud *plenam*, & illud *ſemiplenam*: nam, ſi *plenæ informationis* nomine illa intelligitur, quæ ad cõdemnationem ſufficiat, ubi nullus poteſt negativus damnari, centum teſtes ſine Rei confeſſione ad plenam informationẽ non ſufficient; & ideò debebimus dicere, in plena informatione ipſam Rei confeſſionem includi. Verùm enim verò impræſentiarum *ſemiplenam* vocemus illam, in qua Reum unus Teſtis condemnat: plenã, in qua duorum Conteſtium depoſitione ille convincitur; & quæritur, *An in caſu,*

Quo modo alibi poſſint intelligi? &, quo à nobis modo impræſentiarũ intelligantur?

quo niſi fateatur, à Iudice condemnari non debeat, poſſit licitè crimen negare? Et pronuncio, affirmativè reſpondere debere Authores pro tertia Concluſione citatos. Diſcurramus igitur & exponamus fundamenta, quæ à ſingulis ſupponebantur.

S. Thomas, Sylveſter, & Serra.

Sanè, ſi D. Thomas, ut Sylveſter, & Serra illum interpretabantur, agit de Reo, qui pœna ſpirituali eſt condemnandus: & non de illo, qui corporali eſt puniendus, ſicut non jubet in capitali cauſa, ut poſt ſemiplenam informationem rem fateatur, ſic nec poſt plenam, ſi negativus condemnari non poſſit. Stat ergo Sanctus Thomas, Sylveſter, & Serra pro hac ſententia.

Magiſter Sotus.

Ideò Sotus jubet, ut abſolvatur Pœnitens, qui poſt ſemiplenam informationem negat, quia non eſt meridie clarius eſſe legem, quæ reum tunc ad confitendum obliget: ſed nec datur lex meridie clarior quæ poſt plenam informationem eum obliget, qui negativus condemnari non poteſt. Ergo de utroq; pari modo debemus diſcurrere.

Ioannes Sancius, & Lugo.

Citantur, & approbantur à Lugone verba Ioannis Sancii *in ſelect. diſp. 43. nu. 29.* dicentis [Prima ſententia (quæ docet debere Reum fateri poſt informationem ſemiplenam) probabiliſſima eſt, maximè accedente communi authoritate. Secunda tamen (quæ hanc obligationem non admittit) eſt valde probabilis & in praxi omnino ſecura, præſertim in cauſis capitalibus. Debet autem intelligi, quamdiu Reus ſperat, poſſe negando fugere condemnationem alias negatio erit omninò inutilis. &c.] At poſt informationem plenam, ubi Reus negativus condemnari non poteſt, non erit inutilis negatio, quoniam non ſolum ſperat, ſed certò ſcit Reus, ſe negando poſſe fugere condemnationem. Ergo ibi negare poterit licitè, etiam poſt informationem plenam.

Nota bene illud, quamdiu Reus ſperat.

Antoninus Diana.

Poſtquam multos Authores citaverat Diana Ordinarius *tom. 6. tr. 1. reſol. 100. pag. 66. b.* ſic ſcribit. [Ex his ſequitur in hoc caſu Reum non eſſe cogendum à Confeſſario, ut Veritatem aperiat in cauſis temporalibus ſupradictis, dum adeſt ſpes evadendi: quia, ut dictum eſt, hic non peccat conformando ſe opinioni probabili. &c.] At ubi nemo condemnari poteſt negativus, etiam poſt informationem plenam, non ſolum eſt ſpes, ſed certitudo evadendi, ſi crimen negetur. Ergo ita intellexit Diana omnes Authores quos citavit, ut etiam de hoc caſu loquantur. Et huic ſententiæ conſtando *par. 2. tr. 15. (qui eſt Miſcell. 1.) reſol. 26.* agens de Reo

Quomodo procedere debeat Confeſſarius?

qui legitimè interrogatus negavit, teneatur retractare ſuum dictum?

qui interrogatus, veritatem negarat, & tamen condemnatur ad mortem, quærit, An in caſu debeat veritatem fateri? Ergo agit de Reo interrogato poſt informationem plenam. Et quia aliqua ad mentem aliorum ſcripſerat, ſuam ſententiam manifeſtat his verbis. [Hæc omnia dicta ſint ſtante opinione, quod Reus legitimè interrogatus teneatur reſpondere: ſed ego contrariam ſententiam teneo.] Et ecce univerſim loquitur & caſum ſemiplenæ, à caſu plenæ informationis, non diſtinguit. Immò (& id bene nota) agit de Reo, qui fuit negativus damnatus, cui negatio non profuit: de quo quarta noſtra Concluſio nil ſtatuit.

Rationes pro Tertia & Quarta Concluſione ponuntur.

HIS præmiſſis proponamus rationes, quibus Tertia probabatur ſententia videamuſq; an-non æquè probent aut ſuadeant iſtam quartam. Igitur argumentantur

De jure ſervandi propriã vitam.

Primò, Quia quilibet habet à Natura jus conſervandi ſuam vitam, etiam cum invaſoris morte, & rerum qualiumcumque diſpendio. At minorem crudelitatem & deformitatem præſefert crimen verbis negare, quàm invaſorem gladio occidere.

An homicidiũ poſſit cum mendacio comparari?

Ergo licebit reo poſt ſemiplenam, aut etiam plenam informationem tueri ſuam vitam veritatem negando. Sed quia Turrianus & Texeda poſſent reſpondere eſſe falſam Minorem, nam in multis caſibus homicidia ſunt licita, & in nullo mendacia, hanc eamdem rationem aliis verbis repono. Sic inquam. [Occidere hominem

Quid ſit occidere?

loquendo humanitùs non eſt immediatè animam ſeparare à corpore, hoc enim ſolus Deus poteſt facere: ſed eſt ponere aliquid, ex quo mors ſequatur, puta decapitare, ſtrangulare, venenum infundere,

An poſſit Reo præcipere Iudex, ut ſe occidat?

cibos negare &c. At Iudex Reo, etiam poſt informationem plenam, non poteſt præcipere, ut ſe occidat. Ergo neque, ut ſe laqueo pendat, nam hinc ſequetur ejus mors. Ergo neque, ut crimen commiſſum fateatur; nam, ubi nemo damnatur negativus, ex hac ipſa confeſſione ſequetur ejus mors.] Minor eſt communis & tam certa, ut præter P. Ioannem Poncium *in Curſ. Theol diſp.* 52. *qu.* 4. *concl.* 1. *nu.* 18. non

An condemnari poſſit reus, ut venenum hauriat?

habeamus, quem citemus pro ſententia contraria: quoniam Aragonius, Victoria, & Corduba, quos ipſe citat, eſto aſſerant poſſe Reum, ut venenum hauriat condemnari; non tamen tenent hanc ſententiam, quia judicant poſſe damnari ut ſe occidat, ſed quia exiſtimant ſumere venenum non eſſe ſe occidere, ſed quaſi adſcendere ad patibulum gradus, aut collum gladio, aut laqueo permittere. In quo, benè aut malè diſcurrant; ſaltem non habent Ioannis Poncii ſententiam. Admiſſa autem Minori, non poteſt prima conſequentia negari: & ex illa inferri videtur ſecunda,

Interim, quia ſpecialiter agunt hic Authores de illo, qui ut pereat veneno condemnatur, proderit præmittere paucalas lineas ex P. Mendi Epitome, nam *verb. Reus. num.* 8. ſic ſtatuit. [Nequit obligari Reus juſtè damnatus ut ipſe ſibi mortem inferat; id enim natura refugit, & eſt crudelitas: quæ non ſolum datur in cruciatu excedente culpam, ſed in modo inuſitato & indebito. Vnde nequit obligari ut abſtineat omninò à cibo, ſi ei detur: nec ut ſumat venenum. At cum non poteſt vitare mortem, valet proficiſci ad locum deſtinatum, præparare collum, & ſimilia: nam hæc cooperatiò ad mortem eſt (*) remota, & de ſe indifferens, mortemque non inducens; & honeſtatur præcepto Iudicis, & adſtantium exemplo: nam ubi non poteſt evadere, alacriter & non reluctans debet ſubire mortem.] Et citat S. Thomã 2. 2. *qu.* 159. Bonacinam *diſp.* 1. *qu.* 1. *punct.* 7. §. 2. Suarium *lib.* 5. *de legib. c.* 7. Leſſium, Vaſquez, Salas & alios.

*) Immò in hujuſmodi actibus nulla eſt ad mortem cooperatio: nam ab ipſis Rei mors aut vita nullo modo dependet.

Ille, cui jubetur venenum ſumere cum eo, cui præcipitur detegere veritatem componitur.

His præmiſſis eum, cui ut venenum hauriat, & eum qui ut fateatur veritatem præcipitur, nam per omnia ſimiles videntur componamus, & conferamus. De priori Antoninus Diana *par.* 11. *tr.* 6. *reſol.* 6. (& poſt Ordinationem *tom.* 6. *tr.* 1. *reſol.* 118. *pag.* 78. *a.* §. 8.) ſic ſtatuit. [Ego, ut verum fatear, non audeo diſcedere à ſententia abſolutè negativa. Quia, qui ſumit venenum, ille ſibi applicat & introſumit rem, quæ non minus naturam deſtruit & interimit, quam ignis, vel gladius, vel plumbum liquatum. Vnde conſtat nihil

An poſſit aliquis condemnari ut venenum ſumat?

hic commune eſſe cum adſcenſu ſcalarum ad patibulum, ſive cum diſpoſitione juguli ad gladium, quæ tanquam ſimilia adducunt Victoria & Aragonius, cum manifeſtum ſit hæc mortem non operari, ſicut veneni applicatio.] Et, cur non æquè bene poſſet dicere. [Ego, ut verum fatear,

Regula Generalis & Communis, quam *loc. cit. num.* 9. tradit P. Mendus: ait enim. *Non licet ei* (Reo) *cooperari immediatè proximè ſententia mortis: illa enim quãvis juſta, non eſt, nec licitã eſſe poteſt de morte à ſe ipſo inferenda, ſed ab alio.*

non audeo à ſententia, quæ docet Reum poſt ſemiplenam informationem, ubique; & poſt plenam, in locis, ubi nemo negativus damnari debet, poſſe veritatem negare. Quia, qui talem veritatem fatetur, contra ſe applicat circumſtantiam, ex qua non minus certò, quàm ex igne, gladio, laqueo, plumbo liquato mors ſequetur. Conſtat igitur commiſſum crimen ſub talibus circumſtantiis confiteri, nihil habere commune cum adſcenſu ſcalarum ad patibulum, ſive cum diſpoſitione juguli ad gladium, hæc enim ad mortem non coope-

tan-

perantur, ſicut veritatis confeſſio. Et hoc probo clariſſimè. D. Ioannes Bravo (Ioannis de Padilla in rebellione contra Imperatorē Carolū V. ſocius) capite condēnatus nullam ex his actionibus facere voluit; (nec enim juſſus genuflexit, nec cultro ſuum collum expoſuit) & tamen non ideò ſe à morte ſubduxit: illæ ergo actiones ſunt indifferentes; & quæ, nec poſitæ, nec omiſſæ, per ſe ad mortem concurrunt. At in noſtro caſu, qui negat veritatem, mortem evadit: qui illam fatetur, debet mori. Ergo ſibi mortem conſciſcit, qui in tali caſu veritatem fatetur.

Teſtis comparatur cum Reo.

Et hoc ultimum iterum demonſtratur, clariſſimè. Quia, qui ſuo teſtimonio efficit ut ultima aliquis condemnetur ſententia, fit irregularis. Ergo cooperatus eſt ad homicidium. At id præſtat, qui in cauſa capitali ſuum peccatum fatetur. Ergo ſe occidit. At nullus poteſt jubere reo, ut ſe occidat. Ergo, nec poteſt, ut confiteatur crimen, ob quod ſit occidendus.

De præcepto Iudicis, An ſit comminatoriū?

Secundò, Quia illud Iudicis præceptum eſt ad terrorem poſitum & in conſcientia non obligat. Reus igitur non debet obedire. Suadetur Antecedens. Nemo poſt ſemiplenam aut etiam plenam informationem poteſt obligari ad teſtificandum contra parentes & conſanguineos. *leg.4.D.de teſtib.* Ergo nec contra ſe. Quoniam, ut habet Adagium, *Proximus ſum ipſemet mihi.*

An ſit poſſibilis caſus, in quo Iudex poſſit interrogare & Reus non reſpondere?

Tertiò, Quia fundamentum oppoſitæ ſententiæ falſum eſt. Ergo ex illo non illa ſecurè probatur. Suadetur antecedens, quia objiciunt Adverſarii ex benigna hac Reſolutione ſequi, dari caſum, in quo Iudex juſtè interroget Reum, & juſtè Reus poſſit non reſpondere. Et hoc eſſe abſurdum inclamant. At hoc non eſt abſurdum; nam juſtè Iudex reum carceribus mancipat, & ſervum Dominus juſtè detinet apud ſe: & tamen uterque juxta probabilem Iuriſconſultorum opinionem poteſt licitè fugere. Et ſic reſpondet ad alterius ſententiæ fundamenta Peſantius, cujus verba confirmare poſſet dicendo, eſſe poſſibile bellum ex utraq; parte juſtum: Nam Iſraelitæ juſtè invadebant, & occidebant Terræ divinitùs promiſſæ incolas, nam in hoc Supremi Numinis obediebant imperio: & ejuſdem Regionis incolæ, quibus non conſtabat de hoc imperio, ſuas juſtè civitates, divitias, & vitas propugnabant.

An in quo ſervus licitè poſſit detineri, & licitè fugere?

An poſſibile ſit bellum ex utraque parte juſtum?

Conſiderantur & examinantur tres Propoſitiones.

EGo autem, ut rem ſincerè fatear, in tota hac controverſia, & in ſingulis Scriptorum ſententiis magnam difficultatem invenio: & ut mentem meam clariùs exponam has tres Aſſertiones opio conſiderari. Sit Prima. *In omni cauſa (Civilis, aut Criminalis ſit) Reus poſt informationem ſemiplenam tenetur reſpondere.* Secunda. *In nulla (Civilis aut Criminalis ipſa ſit) ante informationem plenam tenetur reſpondere.* & Tertia. *In cauſis Civilibus Reus poſt ſemiplenam informationem reſpondere tenetur: in Criminalibus verò, in quibus agitur de gravi pœna, ante plenam informationem non tenetur.* PRIMA eſt in Cancellariis & Scholis communis, & illa praxis Tribunalium Eccleſiaſticorum & Sæcularium gubernatur. SECUNDA eſt Imperatoris Conſtantini, qui ut conſtat ex *leg. Iuris jurandi.9.C.de teſtib.* dixit. *Et nūc manifeſtè ſancimus, ut omninò unius teſtis reſponſio non audiatur.* Vbi illa dictio *omninò* debet bene perpendi, eſt enim peremptoria, & nullum caſum excludit. Ex quo Gotholredus *tom.4. Codicis Theodoſiani pag. 323.* & cum eo Clariſſimus D. Felix Aquadia, in Neapolitana Civitate Regius Iuris Profeſſor (apud me *in Dialexi de Non-Certitudine. Epiſt.v. num. 877. pag. 293.b.*) rectè inquit, *ſingulari ſententiam, quæ unicum teſtem aſſerit ad ſemiplenam informationem ſufficere.* TERTIA eſt, quam ex Sancio, Diana, Cotonio, & aliis tradebamus.

Hoc Conſtantini Imperatoris Decretum perpendatur: magna enim ex illo Conſequentia aducentur.

Ajo PRIMAM ideò pleriſque omnibus adriſiſſe, quia eſt plauſibilis, & ratione opportuna firmatur. Quoniam accuſatoris, qui accuſare non cogitur, & ſæpe contra charitatem procedit, ſi ſolus ſit, non tenetur habere rationem Accuſatus. At Teſtis eſt innocens, & invitus jubetur dicere veritatem, & confunderetur injuſtè ſi Reus illum mentiri, & falſum aſſerere diceret. In SECUNDA ego nullam difficultatem reperio: nam ſi propter unicum teſtem nemo in Civilibus aut Criminalibus damnari poteſt, cum Melleo pronunciabo Doctore, *Quod* (plenè: nimirùm, per duos teſtes) *probari non poteſt mihi infectum eſt.* At maximam invenio in TERTIA: nam ab eo, quod res eſt vel non eſt; non autem ab eo, quod cum parvo aut magno damno aſſereretur, Propoſitio redditur vera, vel falſa. Ergo, ſi hæc Propoſitio, *Ego perpetravi homicidium*, in Tribunali, ſi impunitas concedatur, ſit vera, per pœnam, quę imminebit, reddi non poteſt falſa. Ergo, ſi illam neget Reus, mentietur, & quia adjuratus loquitur, certiſſimè perjurium committet. Et hanc ob rem libentiùs Primam, aut Secundam, quàm hanc Tertiam defenderem.

Cur Prima ab omnibus admitti ſoleat?

Quid dicendū ſit de ſecunda?

Quid de Tertia.

Crites.

SEd neque rationes, quæ pro illa afferuntur, efficaciam præ ſe ferunt: nam reſpondebo

An ſubornat[um] Iudicem, & falſos teſtes Reus, qui eſt innocens, poſſit occidere?

AD PRIMAM diſtinguendo Majorem: concedo enim ſingulis conceſſiſſe Naturam jus ad vitam tuendam. Nego autem omnes hoc jus conſervaviſſe; nam multi illud perdiderunt. *Primò* enim ab iniquo Iudice corruptorum teſtium ſuffragio condemnandus, etſi certò videat ſe ultima plexum iri ſententia, non poteſt prævenire, & ſuæ ſecuritati proſpicere, eos occidendo: qua enim die voluit in hac Republica vivere, hujus Reipublicæ voluit legibus gubernari, & ceſſit jure ſuo, ſiquod habebat, aliter procedendi. Eſt certa: & oppoſita; videlicet, [Licet interficere falſum accuſatorem, falſos Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum vitare.] ab Alexandro VII. 24. Septembr. 1665. fuit condemnata.

An juſtè condemnatus Carnificem?

Secundò juſtè damnatus, non poteſt ſatellites aut carnificem occidere: nam leges jubent, ut obediat & taceat. Eſt communis & certa: & traditur à P. Mendo *in Epitom. verb. Reus num* 12 his verbis. [Condemnatus juſtè ad mortem nequit Iudici aut Miniſtris vim ullam incutere, ut liberetur, cùm ei injuria non inferatur.] Ergo ſimiliter, ſiquidem leges, ut poſt ſemiplenam probationem directè reſpōdeat, præcipiunt, ſive in pecuniis, ſive in honore, ſive in vita condemnandus ſit, fateri Veritatem tenebitur.

An condemnare Reum, ut ipſemet venenum hauriat, irrationabilis ſententia ſit?

Ad argumentum, quod ex condemnatione ad venenum hauriendum deducebatur, poſſet quis bifariam reſpondere, videlicet paritatem admittendo aut negando. Et, ſi eam admitteret, poſſet dicere licere Iudici hujuſmodi ſententiam proferre: nam ex Dicaſtillo *de Iuſtit. libr.* 1 *tract.* 1. *diſp.* 10. *dub.* 17. *num.* 522. Antoninus Diana *part.* 11. *tract.* 6. *reſol.* 50. (& poſt coordinat. *tom* 6. *tract.* 1. *reſol.* 118. *pag.* 78. a. §. 6.) ſic ſcribit. [Quando ſententia non eſt irrationabilis; ut quando non poteſt damnatus interfici commodè, niſi per venenum, tunc ipſe cooperari poteſt authoritate ſuperioris mandantis; atque tali caſu ipſius cooperatio nullam habet malitiam &c.] Ex quibus hoc poteſt argumentum formari. [Per vos æquè poteſt Iudex præcipere, ut reus ſumat venenum, ac jubere, ut ſecretam veritatem aperiat.

An, qui fatetur crimen commiſſum ad ſuā mortem concurrat per ſe?

At in caſu, quo aliter Reus commodè puniri non poſſit, poteſt ei mandare Iudex, ut ipſemet venenum ſumat. Ergo, quando aliter veritas liquidò conſtare non poteſt, poteſt præcipere Reo Iudex, ut illam revelet & exponat.] Si autem paritatem negaret poſſet dicere, quòd venenum, ſi ſumatur, per ſe mortem inferat; & quòd, veritas, ſi dicatur, mortem per ſe non inferat; quia adhuc hac confeſſione poſita, ſi aut Iudex ſententiam non pronunciet, aut Supremus Princeps pœnam condonet, Reus non occidetur.

An Iudicis præceptum ſit ad terrorem?

AD SECVNDAM negando Antecedens reſpondeo; non enim ad terrorem illud Iudicis præceptum ponitur, ſed Reum obligat in conſcientia. Ad Probationem dico, Iuris Naturæ vi neminem à teſtimonio ſecludi; & idcò poſſet contra Patrem filius, & contra filium Pater examinari. Et hoc in cauſis Fidei facit Sanctæ Inquiſitionis Tribunal, ut teſtatur Coronius *in ſumm. verb. Denunciare. num.* 4. & verb. *Inquiſitorum juriſdictio quo ad torturam* & verb. *Inquiſitorum praxis circa teſtes. &c.*

An, & qui, & quo Iura à teſtimonio excludantur?

Vbi autem Iura Humana Rei conſanguineos excludunt, Reum ipſum non excludunt: & hoc eſt tam certum, ut non debeat in quæſtionem acciri. Falſum igitur in ſecunda Objectione ſupponitur, & ex falſo fundamento nihil poteſt deduci.

An ſervus poſſit licitè fugere?

TERTIAM rationem dico concinnari à Peſantio, non autem objici ab his, qui parti adhæreſcunt Oppoſitæ. Interim, illud quod ait de Servo, ut ut aſſeratur à Leſſio *libr.* 2 *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 24. & expreſſis Cæſarei Iuris legibus confirmari videatur, doctè negatur à Molina *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 37. *concl.* 1. Quoniam poſt Servationis cōtractum, ſicut occidi nequit ſervus, ſic nec fugere: &, ſi fugiat furtum committit & ſe domino reſtituere tenetur.

QVINTA.

Sunt aliqua, quæ ſub his circumſtantiis licitè, & ſub aliis illicitè fiūt

IN criminali cauſa Reus etiam poſt ſemiplenam informationem interrogatus de re, quam reverà, ſed non peccaminosè, commiſit, negativè poterit reſpondere. Et, ut certitudinem Concluſionis percalleas, adnotato, eſſe aliqua, quæ tali modo facta, ſunt crimina; & tali, ſunt actus boni, vel tolerabiles.

De homicidio.

Et (1) Homicidium, exſecrabile eſt ſcelus, quando ſine legitima cauſa committitur; Et tamen illud, quod poſt definitivam ſententiam Iudicis patratur à Carnifice publicè; & illud, quod cum moderamine inculpatæ tutelæ fit ab invaſo, ſunt actus Virtutum, quibus in hac vita reſpondet gratia, & in altera corona gloriæ.

De violatione jejunii.

(2) Non licet jejunii diebus veſci carnibus, nec feſtivis non audire miſſam: Et tamen, ſi Petrus æger ſit, ex prudentis Medici preſcripto & carnes diebus jejunii ſine peccato comedet, feſtiviſque è lecto non ſurget.

De occulta compenſatione.

(3) Tametſi pleraque omnia, quæ de Occulta Compenſatione dicuntur,

tur, mihi ſint falſa & omninò condemnanda in bene gubernata Republica, ſunt tamen Authores & docti & probi, qui eum aliquibus limitationibus illam admittunt, & ſua illam authoritate reddunt probabilem & tolerabilem. Nec patiar ab aliquo Novitatis incriminari doctrinam de compenſatione, eſt enim antiquiſſima, & Iure Naturæ firmatur. Et, ut id videas, aperiamus Virgilium, cujus numeros à longo jam tempore non recitavimus. In Ecloga, cui nomen *Palæmon* Menalcas Damœtæ furtum exprobrat, dicens.

An fuerit vetéribus nota?

Quid domini facient, audent cum talia fures?
Non ego te vidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidiis multum latrante Lyciſca?
Et cùm clamarem. Quò nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus: tu poſt carecta latebas.

Virgil. Ecl. 3.

Furtum exprobratur Damœtæ.

Et quid ad incriminationem hanc Damœtas? Ius Naturæ, omni homini (magno & parvo) commune, occultam compenſationem permittere. Caprum illum clam ſubripuiſſe, erat enim ſuus, obtentus in decertatione, & nondum traditus. Verba ipſa Damœtæ erant hæc.

Et occultæ compenſationis, ſive recuperationis titulo ipſe ſe maculat.

An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?
Si neſcis: meus ille caper fuit; & mihi Damon
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.

Iam ſuperiùs monui hâc doctrinam de occulta compenſatione fuiſſe nuper ab Innocentio XI. condemnatá.

Nil reponit Menalcas. Ergo admittit eſſe ſecuram doctrinam de Compenſatione. Nec juvat dicere, Damœtam & Menalcam fuiſſe analphabetos ruſticos, qui in Theologicis jus ſuffragii non habent, quia Virgilius, eruditus & magni ingenii vir, eſt qui loquitur: & introducit ruſticos, ut hanc doctrinam eſſe univerſaliſſimam, & non in Urbe modò, ſed etiam in pagis notam & receptam inſinuet. Interim moneo, univerſa, quæ ſtando nudo Naturæ Iuri poſſent dici, legibus humanis reſtringi, non enim hodie poſſumus facere, quæ ante humanarum legum prolationem & acceptationem poteramus. Et tandem (4) univerſaliter loquendo, Ignorantia Invincibilis in omni materia & ſententia à peccato operantem excuſat: & in multorum opinione Vincibilis à nonnullis cenſuris: nempe ab illis, quæ contra ſcienter agentes fulminantur: non enim ſcienter legem violat, qui laborat ignorantia vincibili.

Quæ à Iure Naturæ permittuntur, legibus humanis limitantur.

De Ignorantia invincibili. An, & quando vincibilis à cenſuris excuſet?

Omnibus his bene conſideratis Concluſionem hanc Quintam probaturus, verba dabo Portelii, qui *in Additionib. ad Dubia Regularia, verb. Iuramentum*, ſic inquit [Quotieſcumque factum externum contra legem excuſatur à peccato propter aliquam circumſtantiam, poteſt rogatus juridicè de illo, ſub juramento illud negare, intelligendo de crimine crimínoſo; ſeu de opere quod fuerit peccatum. Vt ſiquis occidat hominem putatum feram: vel ob juſtam ſui defenſionem; vel quodcumque aliud opus faciat ex ignorantia invincibili: vel quid ſimile. &c.] Et hæc eſt noſtra Concluſio. Sed quo illam modo ſuadet Portelius? Supponens nobilem Reſponſionem per Interrogationem reſtringi; & Interrogationem per Tribunal & Iudicis Officium reſtrictam, eſſe de opere crimínoſo: & ideò doctrinam ſuam eſſe tenendam ſcribit [Nam Interrogatorium Iudicis ſolùm tendit ad opus, quod ſit crimen, quale non fuit illud legitimè excuſatum à culpa.] Et ut hanc doctrinam generaliter veram & facilem dilucidet, perſuadeatque, tria exempla proponit, quorũ loco ego libentiùs meminerim, invaſi hominis, qui aggreſſorem occiderit cum moderamine inculpatæ tutelæ: in hoc enim homicidio nemo malitiam reperit, & Caſus à Portelio propoſiti laborant ſpecialibus difficultatibus. Interim uberioris doctrinæ cauſa illos proponam.

Concluſionis Doctrina Portelii verbis & authoritate firmatur & dilucidatur.

In Tribunalibus Criminalibus, quæ vocát, non de virtutũ actibus, ſed de criminibus commiſſis diſputatur.

De homicidio admiſſo ob neceſſariam defenſionem.

Colligit enim Portelius Primò [Quod quando taxa alicujus rei eſt injuſta, ſi pluris vendens, aut defraudans in pondere vel menſura, ut ſibi ſatisfiat pro injuſtitia pretii, poteſt hic rogatus à Iudice, an pluris vendiderit, vel defraudaverit in pondere vel menſura, id negare & aſſerere ſe vendidiſſe pretio taxato, videlicet pretio juſto, quo res ab ipſa Iuſtitia debebat taxari. Hæc enim eſt mens *Iudicis* ibi juſtè & juridicè interrogantis; videlicet, quærere, de pretio juſto. &c.] Et hic ego primò circa caſus ſubſtantiam dico, pretiorũ à Republica conſtitutorum injuſtitiam ſæpè in exceſſu, & raró aut nunquam in defectu inveniri. Quoniam, qui venditure ſuor res ipſas (Hiſpani *los Obligados* eos dicimus, qui apud *Italos Impreſarii* vocantur) jam ipſum Principem, jam Supremos Miniſtros ſubornant & corrompunt muneribus, ut taxas altiores præſcribant. Et, ſi tales ſint taxæ, exemplum à Portelio hic poſitum, locum non habet. Sed demus taxam eſſe iniquam, & in defectu peccare. Tunc ego ſentirem cum Portelio, & mea utens dialecto, clariùs loquerer. Dicerem illa Iudicis verba, *Vendidiſti-ne majori pretio? Minuiſti-ne rem in*

De iniquis rerum taxis.

Sæpe majori, quàm deberent, & raró minori pretio, quã deberent taxantur.

pon-

In Iudicis Interrogatione ſemper ſubauditur adverbiũ criminosè : *nã de crimine & non de virtutibus Iudex inquirit.*

pendere aut menſura? per Tribunal & Iudicis officium reſtricta æquivalere his, *Vendidiſti-ne majori pretio criminosè? Criminosè-ne res quas vendebas, in pondere aut menſura minuiſti?* & ideò Reum ſine ulla æquivocatione reſponſurum, *Non*. Nam hæc reſponſio Tribunalis intentioni ſatisfacit.

De doctrina occulta Compenſationis. Qualis ſit?

Colligit ſecundò, eum, qui per Occultam Compenſationem pecunias, verbi gratia, ſibi debitas recuperavit, ſi interrogetur à Iudice, poſſe jurare ſe pecunias hujuſmodi non ſubripuiſſe. Ego autem doctrinam hanc de Occulta Compenſatione eſſe judico, ubique pernitioſam, & quæ locum non habeat in bene gubernata Republica. Interim in inſula, quæ leges humanas neſciret, qui per occultam compenſationem ſe indemnem reddidiſſet, deberet ſupponere, verba illa Iudicis, *Subripuiſti-ne tales pecunias?* ab adverbio *criminosè*, quod in illis neceſſariò clauditur & ſubintelligitur, reſtringi: & ideò Reum poſſe reſpondere dicendo *Non*; tamerſi enim eas ſubripuerit, criminosè illas & peccaminosè non ſubripuit.

De illo, qui revera mutuum ſolvit, & tamẽ non poteſt ſolutionem probare.

Colligit Tertiò eodem modo philoſophandum eſſe [De illo, qui nummos accepit mutuatos à Petro, eoſque illi ſolvit, non tamen habet teſtes, neque chirographum ſolutionis. Si enim rogetur à Iudice, poteſt jurare ſe illos mutuò non accepiſſe, intelligendo, ita ut teneatur nunc iterum ſolvere, &c.] Sed hæc ipſa reſtrictio non ponitur à Reo, ſed à Iudice: illa enim verba Iudicis *Eſt-ne verum quòd tibi mutuò Titius centum aureos. v.gr. tradiderit?* per locum, perſonam, & officium reſtricta, æquivalent his, *Eſt-ne verum, quod centum aureos Titius mutuos tibi tradiderit: quos tu criminosè retines, & cum injuria illius reſtituere recuſas*. Et ad hanc interrogationem dicendo rotundè *Non*, reſpondere debebis.

Cotonius cum communi doctrina peccata in materialia, & formalia diſtinguit, Quæ ipſe vocat MATERIALIA, *ego* HYPOTHETICA *appello.*

Totam hanc Portelii doctrinam, ſuam facit Cotonius, *in ſumm. verb. Reus. nu* 15. eamque ad ſynopſim reducens, ſic ſcribit. [Quòd ſiquis crimen ſolùm materialiter commiſiſſet, v. gr. furtum in juſtam compenſationem; homicidium in juſtam defenſionem. &c. interrogatus à Iudice negare poſſet æquivocando: quia mandatum Iudicis ſolùm tendit ad opus criminoſum. &c.] Et his doctè ſcriptis verbis ego deleo illud *æquivocando*; nam, ſi mandatum Iudicis ſolùm tendit ad opus criminoſum, jam mandatum Iudicis (hoc eſt, Interrogatio) ſufficienter reſtringitur, & illi directè reſpondebit Reus dicendo, *Non*.

Suam etiam facit hanc Portelii doctrinã Antoninus Diana *pa. 3. tr. 5. (qui eſt Miſcell. 3.) reſol. 66.* (& poſt coordinationem *tom. 6. tr. 1. reſol. 102. pag. 67. b.*) & ſubjungit [Hæc omnia Portelius: multũ à Confeſſariis adnotanda, quia multùm practicabilia. Vide etiam Bañez *in 2. 2. qu. 69. ar. 2. dub. penult.* & Azorium *tom. 1. lib. 11. c. 4. qu. 5.* &c.]

Hæc doctrina eſt valde neceſſaria in praxi.

Conclusio noſtra exemplis opportunis dilucidatur.

Sic Portelius, ſic Cotonius, & ſic Diana diſcurrunt: eorum ſententias admitto, & tantiſper elimo, & ad bonum loquendi modũ reduco. Pono igitur exempli gratia (1) Caſum Fundamentalem; qui quoniam eſt clarior, debet ut Generalis Regula dicendorum adſumi à Clodio invaſum, eum, ut ſe tueretur, occidiſſe: & (2) cum multæ ſint cauſæ quæ infirmos ab abſtinentia excuſent, pono Ioannem in Quadrageſima carnes ratione morbi comediſſe: & (3) condonando nonnullorum Theologorum doctrinam, qui ſub aliquibus limitationibus Occultas Compenſationes tolerant, pono Antonium, cui aureos centum debebat, & ſolvere nolebat Ferdinandus, quia aliter non poterat pecunias ſuas recuperare, per occultã compenſationem ſibi ſatisfeciſſe: & tandem (4) pono in Diœceſi A. eſse excommunicationem contra Sponſum, qui ſcienter (hoc eſt, cum notitia hujus legis) ſuam ſponſam cognoverit: & tamen Heliodorũ commiſiſse iſtud crimen.

Conſiderentur bene caſus, ut poſſint ſolutiones intelligi.

Et poſitione hac data ſunto in tuo Tribunali Milo homicidii, Ioannes temerati jejunii, Antonius furti, Heliodorus incurſæ excõmunicatiónis accuſati. Examinátur, & omnes negativè reſpondent: & tu interrogas. *An hæc ipſa Reſponſio, contra Prudentiam, & contra Veracitatem impingat?*

Nunquam mentiendum eſt, at aliquando prudens tacere, quã veritatem dicere.

Et quidem conſultò Prudentiam à Veracitate diſtinxi: non enim ſemper, quod verum, prudenter dicitur; nec licitum, prudenter exhibetur. Eſt enim notiſſimum illud Morale Axioma, *Veritas odium parit*, unde Xenocrati liberiùs alloquenti Dionyſium illum Homeri verſum,

Talia ſi loqueris, non longo tempore vives,

dixit in aurem Plato. Et Paulus de agendis rebus diſſerens, *Omnia mihi licent*, ait, *at non omnia expediunt*. Ergo in carcere Rei præter Veracitatem, Prudentiam debent, ut linguam ſuam moderentur, conſulere: & examinare, an omnia, quæ licent, expediant. Quam ob rem non ſemper cautè & prudenter viderentur procedere, negando actum, qui non eſt criminoſus, nec pœnæ obnoxius, ſi faciliùs ſe expedirent è carcere, ſi faterentur. Ego nihilominus ſingulis, ut negent ſuadeo; nempe in caſu quo contra ſe, nec ſit, nec eſse poſſit,

Non omnia, quæ licent expediunt.

Ei, qui homicidium, ſed non criminosè commiſit, quid potiùs ſuadendũ ſit; an, ut fateatur; an, ut neget?

ſit,

Google

fit plus quam informatio ſemiplena. Et ratio eſt, quia dum Milo v. gr. ſe homicidium commiſiſſe pernegat, Accuſatori incumbit illud probare: & tamen, ſi confiteretur illud Milo, contra ſe conſtitueret Regulam Generalem, *Qui gladio perdit, gladio peribit*; & exceptionem provenientem à moderamine inculpatæ tutelæ oſtendere & probare deberet. Interim, ſi ſit ſecurus Milo, quod plenè poſſit exceptionem legis, (hoc eſt, moderamen inculpatæ tutelæ, & in ipſo ſuam demonſtrare innocentiam) prudenter poterit homicidium ſub inculpabili circumſtantia fateri.

Verba Iudicis in ſingulis caſibus per conſignificantes circumſtantias explicantur.

Tranſeo ad veracitatem, & quia dicebat Miloni Iudex, *Occidiſti-ne Clodium?* & Ioanni *Comediſti-ne carnes in Quadrageſima?* & Antonio, *Abſtuliſti-ne à Ferdinando centum aureos?* & Heliodoro denique, *Sponſam-ne tuam cognoviſti*, has ipſas interrogationes, inquam ego, per Tribunalis & Iudicii conſignificantes circumſtantias (ut conſtat ex Corollario I. præmiſſo) reſtrictas: æquivalere his, *Occidiſti-ne criminosè Clodium? Comediſti-ne peccaminosè carnes? Abſtuliſti-ne ſceleratè illas pecunias? Cognoviſti-ne ſponſam tuam cum notitia legis Epiſcopalis?* Et Milo, Ioannes, Antonius, & Heliodorus ſic interrogati, rotundè reſpondent *Non*. Et hæc Reſponſio eſt verax; & Veracitatem, qua condecoratur, non recipit ab aliqua Æquivocatione, aut Intellectuali Reſtrictione, ſed ab ipſamet Interrogatione, quæ reſtricta per conſignificantes circumſtantias, Reſponſionem reſtringit.

Reus directè reſpondet Iudici, & ſergiverſatione, aut æquivocatione non indiget.

Et conſultò hunc Quartum Caſum, poſui, ut inter crimen & crimen diſtinguerem, oſtenderemque dari Caſus, in quibus Secunda Reſtrictio intercedit. Peccatorũ enim tria genera ſunt adſignanda: nam aliorum cognitio relinquitur Tribunali Divino: alia in Civili, & alia in Epiſcopali examinantur. Prioris generis eſt ſimplex fornicatio à Laico in lupanari commiſſa: eſt enim mortale peccatum contra Deum & tamen in humanis tribunalibus nec cognoſcitur, nec expiatur. Secundi generis eſt furtum ab homine laico commiſſum: de quo in Divino & Civili, non autem in Eccleſiaſtico tribunali diſceptatur. Et tandem ultimi generis ſunt omnia illa crimina, quæ aut ratione ſui, aut ratione cenſuræ ad forum Eccleſiaſticum pertinent. Ergo cum in Epiſcopali Conſiſtorio interrogatur Heliodorus à Iudice, *An cognoverit ſponſam ſuam?* hanc ipſam interrogationē adverbium *criminosè* reſtringit, ita ut, ſi coram Parocho de præſenti Heliodorus contraxerit, ut ut peccaverit publicatio-

An-ne aliquādo ſecunda Reſtrictio requiratur?

De tribus peccatorum generibus.

De ſimplici Fornicatione.

De Furto.

De Cenſuris.

nes ab Eccleſia præſcriptas omittendo, eſt verè conjugatus, & utendo ſua ſponſa nõ peccat. Negat igitur ſuam ſponſam cognoviſſe Heliodorus in hoc caſu, quia de peccaminoſa cognitione erat Interrogatio, & ſuam ipſe ſponſam peccaminosè nõ cognovit. Sed per verba de futuro contraxiſſe dicatur. Citatur à Iudice laico, interrogaturque, *An ſponſam cognoverit?* Veritatem-ne aperire debebit? Videretur, quod ſic: quoniam Interrogatio per adverbium *criminosè* reſtricta, agit de peccaminoſa cognitione: & Heliodorus cognoſcendo ſuam ſponſam peccavit. Sed reſpondeo, quod non. Interrogatio enim non eſt de crimine univerſim, neque de qualicumque crimine: ſed de crimine, quod ad civilia pertinet tribunalia; & hoc quod ſponſus commiſit, ut ut ad Divinũ, & Epiſcopalem ſpectet, ad civile non pertinet: & ideò per adverbium *homologicè* (hoc eſt, ita ut tenearis mihi hic & nunc in hoc tribunali confiteri) excluditur à laici Iudicis Iuriſdictione. Sed denique citatus in Epiſcopali Conſiſtorio Heliodorus comparet & interrogatur *An ſponſam cognoverit?* & quia hanc ipſam interrogationem adverbia *Criminosè, Politicè*, & *Homologicè* reſtringunt, ajo illam non eſſe de copula, quæ peccatum non ſit: nec de ſecreta, quæ ne quidem ſemiplenè probari poſſit: nec de illa, quam ſecundum Iura hic & nunc Sponſus confiteri non debeat. Igitur Heliodorus, ſi cenſuræ cognitionem non habuit, crimen negare poterit: tametſi enim certum ſit illum peccaſſe contra Deum, de hoc peccato non agitur: ſed de cenſura: & probationes, quas adverbium *Politicè* requirit, non ſunt de copula, ſed de cenſuræ notitia, in homine enim & præcipuè laico, qui literas non profitetur, *Ignorantia præſumitur, ubi ſcientia non probatur*; ut Bonifacius VIII. tanquam Regulam jubet ſupponi. Et, ſi illa cenſuræ notitia nequidem ſemiplenè probetur, per adverbium *Homologicè*, Reus excluditur ab obligatione confitendi.

Vxorem ſuam maritus ſine ullo crimine cognoſcit.

Non de quocūque crimine, ſed de commiſſo contra leges Civiles in Politico tribunali inquiritur & diſputatur.

Quomodo intelligenda ſint Iudicum Eccleſiaſticorum verba in Conſiſtorio Epiſcopali?

In omnia ſententia excuſat à Cenſuris ignorantia invincibilis; & in Navarri & aliquorum etiam craſſa, aiuis enim temerarius, ut inquiunt, notitiam generalem requirit.

Canonici Iuris Regula XLVII.

Ergo Reus in omni Interrogatione Iuridica illa tria transcendentalia adverbia, *Criminosè, Politicè, & Homologicè* (juxta expoſitionem à nobis traditam) ſemper ſubaudiat & ſubintelligat, & videbit clariſſimè nulla ſe Æquivocatione Vocali, aut Mentali Reſtrictione indigere.

Concluſionum Concluſio.

SEXTA.

Reus, in criminali cauſa, poſt informationem plenam interrogatus de re, quam revera, ſed non peccaminosè commiſit, illæſa Veracitate, non autem ſemper illæſa Pru-

Prudentia à Veracitate diſtinguitur.

Prudentia negativè poterit reſpondere.

Et quidem in tali caſu reum reſpondẽdo negativè, non peccare contra Veracitatem, patet, quia Iudex de actu criminosè commiſſo interrogat, & ille talem actum criminoſum non commiſit.

Et eumdem interdum imprudenter procedere, demonſtratur clariſſimè; ubi enim rei negativi, ſi convicti, etiam ultima ſententia condemnantur, ſibi non conſulet Milo (& idem de cæteris dicito) homicidium negando, ſed tunc debebit dicere, ſe quidem admiſiſſe homicidium: in illo autem nec contra Deum, nec contra Rempublicam egiſſe, nam propriam defenſionem unicuique Mortali Natura rerum Mater concedit: ipſe autem non quæſivit Clodium, ſed ab illo fuit quæſitus, inventus, & invaſus: & ad terminos tales reductus, ut niſi eum occidiſſet, non poſſet ullo modo mortem imminentem evadere. Et conſequenter ſe carnes Ioannes comediſſe fatebitur: ſed præſcriptas à Medico, ut pote neceſſarias in morbo ad recuperandam valetudinem. Et Antonius; ſe quidem centum aureos à Ferdinando ſubripuiſſe compenſationis jure; nam illos ſibi debebat, & ſolvere nolebat Ferdinandus. Et hanc viam ingreſſus eſt Damœtas apud Virgilium, ut paulò antè expoſuimus: quoniam accuſatus privatim, ſe caprum ſubripuiſſe fatetur, ſed qui ſuus erat; & tamen Damon *Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat*. (a) Et tandem Heliodorus, ſe, etſi ſuæ ſponſæ condormierit, nullam excommunicationem incurriſſe: nam illa cenſura fulminatur contra operantes ſcienter, hoc eſt, contra habentes illius legis notitiam, qua ipſe deſtituebatur. *Interim* Romæ, & in aliis locis in quibus nullus negativus condemnatur, qui rem de qua ſunt accuſati ſine peccato aut ſaltem ſine mortali, cõmiſerunt poterunt reſpondere negando: & juxta Quintam Concluſionem procedere.

An Rei negativi condemnentur?

De homicidio cum moderamine inculpatæ tutelæ.

De jejunio in infirmitate violato.

De occulta cõpenſatione.

Virgilius Ecl. 3.

De Civitate Romana, & aliis locis in quibus nemo negativus condemnatur.

a] Præter Forum interius, in quo graviſsimas difficultates ſubit Sententia, quæ Occultas Compenſationes tolerat, hanc in Foro exteriori patitur, quam propono: advoco enim Antonium, & ſic inquam.

Illi qui Occultarum Compenſationum innocentiam tuentur, eas tantum admittunt in caſu, quo debitum certum ſit, & creditor ſibi tales pecunias v. gr. deberi in tribunali probare non poſſit: quoniam, ſi ſibi poteſt per Publicam Iuſtitiam conſulere, recurſum ad Privatam univerſi condemnant. Modò audi, Antoni. Convictus es de ſubrepta pecunia, & tantùm agitur de circumſtantia, quæ ipſammet ſubreptionẽ emaculet. Huic ergo Dilemmati reſpondere digneris. Ferdinandum tibi debere centum aureos, coram Ordinario Iudice, vel probare poteris, vel non poteris. Si non potes, neceſſario condemnari debebis: ſtabit enim adlegatis & probatis tuus Iudex, dicetque, te nihil potuiſſe à Ferdinando ſubripere; ille enim tibi nihil omninò debet. Si debitum probare poſſis, ſimiliter condemnari debebis, nam occultè nil potuiſti ſubripere: nemo enim concedit, ut cauſam, quæ per Publicam debet, per Privatam Iuſtitiam unuſquiſque prout voluerit expediat. Ergo, Antoni, damnari debebis, quidquid dixeris. Ergo etiam ab omni Iure Divino præſcindendo, Occultæ hujuſmodi Compenſationes humanitùs ſunt periculoſæ.

Demonſtratur Occultas omnes Compenſationes, etſi eſſent in Foro interno licitæ, in externo eſſe ſummè periculoſas.

Septima.

Qværenti, *an in dubio (quando videlicet neſcit, an legitimè interrogetur) Reus reſpondere teneatur? reſpondetur: Vtrumque videri probabile.* Teneri aſſerit Sancius *diſp.* 43. *num.* 28. quia Iudex ſtat in poſſeſſione interrogandi, & cẽſendus eſt legitimè interrogare, niſi oppoſitum conſtet. Conſonat Pitigianus *in Pract. cap.* 3. & hanc doctrinam extendit etiam ad Teſtes. Non teneri, ſi cauſa ſit gravis, & confeſſio notabiliter futura ſit nociva reo, docent Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 106. Leſſius *libr.* 2. *cap.* 31. *dub.* 3. *n.* 10. Sanchez *in Summ. tom.* 2. *libr.* 6. *cap.* 3. *n.* 24. Salas *in* 2. *part. quæſt.* 21. *tract.* 8. *diſp. unic. ſect.* 17. *num.* 155. Henriquez *libr.* 14. *cap.* 3 *num.* 3. *in gloſſ. liter.* X. Bañez, Sotus, Medina, & alii quorum ſententiam probabiliorem cenſet Diana *part.* 3. *tract.* 5. *quæſt miſcell.* 1. *reſol.* 107. *aliàs* 106. & poſt coordinationem *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 96. Conſonat Cotonius *in Summ. verb. reus. n.* 31. & probat [Quia Iura favent Reo ſicut Poſſeſſori, ſuæ famæ: qua proinde poſſeſſione ſpoliari non debet, niſi per certitudinem, quòd juridicè interrogetur.] Sed hæc ratio æquè ſuadet in gravibus ac minùs gravibus; æquè in Civilibus ac in Criminalibus. &c. ſemper enim eſt in poſſeſſione Reus.

Quid Reus in dubio, An legitimè interrogetur? facturus ſit?

Vter, Iudex, an Reus eſſe in poſſeſſione cenſendus ſit?

SECTIO V.

De Teſtibus. *Qui ſint Oculati, & quomodo ab Auritis diſtinguantur, exponitur: & nu, & quando reſpondere teneantur?*

Qvem Græci Μάρτυρα, olim *Superſtitem*, jam *Teſtem* nominamus Latini quòd ſupra cauſarum ſtatum teſtimonium deponerent. Vt in Tribunali admittatur, omni debet exceptione eſse major: & ut is ab aliis ſecernatur, ſequentes ſunt conſiderandæ qualitates,

Ætas, Conditio, Sexus, Diſcretio, Fama,
Vis, Fortuna, Fides, Lucrum, Iactura, Locuſque.

Teſtis in Oculatum & Auritum dividitur: & Oculatus dicitur, qui rem percepit eo ſenſu quo poteſt illa percipi: auritus qui illam non percepit, ſed ab aliis, qui illam perceperunt, audivit. Rem exemplis dilucido,

Teſtis (Græcè Μάρτυς) unde dicatur?

Quas qualitates habere debeat?

In Oculatum & Auritum dividitur.

Digitized by Google

lucido. Fuit occiſus Aurelius: & Titius Cajuſque ad tribunal vocantur. *Ego adfui, Aureliumque à Friderico occidi vidi*: ait Titius. Et Cajus, *Audivi à Titio, Aurelium à Friderico occiſum fuiſſe*. Et aſſero eſſe Oculatum Teſtem Titium, & Cajũ Auritum. Vbi autem aliquis de blaſphemia, exempli gratia, arguitur, qui in judicio deponit, *Ego Clodium blaſphemantem audivi*, eſt Oculatus Teſtis: Auritus verò qui reſpondeat, *Mihi narravit Lelius, ſe Clodium blaſphemantem audiiſſe*. Et quidem Auriti Teſtes ut Veritas inquiratur, adjuvant; ut autem inveniatur, & Reus damnetur, non ſufficiunt. Et huc reſpiciebat Plautus in Truc.

Qui teſtatur ſe audiviſſe blaſphemiam, in quæſtione de hoc crimine teſtis oculatus cenſetur.

Auriti teſtes parum probant

Pluris eſt Oculatus Teſtis unus, quàm Auriti decem.

Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè ſciunt.

Vnus Teſtis, tametſi maximæ authoritatis nec ad plenam informationem, nec Rei condemnationem ſufficit. *Numer.* 35.30. *Deuter.* 17.6.*&* 16.15.*Matth.* 18.16. An reddet ſaltem informationem ſemiplenam? Vide, quid *præcedenti Sectione. §. Ego autem*, ſcripſerim de hoc argumento.

Ad ſemiplenã informationem non ſufficiunt?

Non omnes ad teſtificandum admittuntur: Primò enim repelluntur Excommunicati non tolerati: licitè enim tolerati admittuntur, ut ait Præpoſitus *in* 3. *part.quæſt.*2.*dub.*12.*num.* 90. & Filliucius *tom.*2.*tract.*12.*cap.*7.*num.* 188. Qui non toleratum admitteret, peccaret venialiter; quia hæc non eſt communicatio in Divinis ſed in humanis. Diana *part.*5.*tract.* 9. *reſol.* 113. nec plus colligitur *ex cap. decernimus de ſentent.excomm.in* 6. quod interdum producitur. Non tolerati teſtimonium, tametſi ſit illicitum, non eſt invalidum. Ita Henriquez *libr.*3.*cap.* 7. *num.* 118. contra Fabrum *cap.*6.*num.* 192. Et ratio eſt, quia humanarum operationũ valor aut nullitas à legibus & juribus publicis non autem à privata alicujus Doctoris voluntate dependet. Cùm autem nullus in Pontificio Iure Canon, nulla in Cæſareo lex hoc teſtimonium irritet, legitimum & validum dicendum eſt.

Quorumnam teſtimonia admittantur?

De excommunicatis toleratis, & non toleratis. An eorum poſſit teſtimonium admitti? Quid, ſi admittatur? An erit validum?

Excluduntur ſervi *ex leg.quoniam liberi.C.de Teſtam.* & *leg. pridem. C. de quæſt.* tum, quia ſunt civiliter nulli: cùm, quia homines viles facili negotio corrumpuntur, & in eorum ore Veritas periclitatur. Hanc doctrinam Diana *part.*7.*tract.*7. *reſol.*71. Farinacius *de teſtib.quæſt.*55.*inſpect.* 2.*num.* 165. Maſcardus *de probat. concl.* 1358.*num.*18. & alii limitant; jubentque illos in criminibus atrocioribus, & difficilioris probationis admitti. Indignos fide, ſi multi ſint, in eiſdem caſibus Verritates

Cur rejiciantur ſervi?

An multi teſtes, quorum ſinguli indigni fide ſunt, ſint fide digni ſimul ſumpti?

celſius admittit, vultque defectum qualitatis quantitate ſuppleri. Alibi uberiùs de hoc argumento diſputavi, omne Socratem audiri poſtulo. *Qui multitudini imperitæ aut ſceleratæ fidem adhibent, inquit, perinde faciunt, ac ſiquis nummum, quem ſeorſim eſſe falſum cognoſceret, in acervo ſimul poſitum probaret, & ut verum admitteret. Cui non ſideres ſoli, ei nihilo magis fidendum eſt in turba ſimilium: nec enim refert, quàm multi teſtes ſint, ſed quàm graves. Nummus adulterinus in quovis magno acervo adulterinus eſt.* &c. Et quidem ſicut ex multis anſcribus conflari non poteſt unus leo, & ſicut ex multis leonibus conflari non poteſt unus homo, ſic nec ex multis nebulonibus unus honeſtus vir: nec ex multis perjuris unus homo religioſus & verax. Et hæc quidem à doctis recognoſci deſidero: video enim eſſe non paucorum ſententiam, quæ docet, *inſufficientiam Teſtium numero compenſari*: at ego, iterum dico, ut quis admittatur in Teſtem, debet eſſe probus & fide dignus, & ſicut ſcelerati plures efficere non valent unum probum, ſic nec unum fide dignum conſtituere poterunt multi mendaces.

Sententia digniſſima Socratis.

An Teſtium indignitas & inſufficientia numero compenſetur?

Tametſi hæc viderentur ſufficere, unam aut alteram neceſſariam Quæſtionem uberioris doctrinæ gratia proponamus. Sit ergo

Prima.

V*Trùm, quando conſtat de corpore delicti, & ignoratur malefactor (hoc eſt, quando crimen eſt notorium, & tamen ejus Author neſcitur) poſſit Iudex inquirere, ut qui illud commiſit, cognoſcatur, & puniatur?* Et, ut Quæſtio meliùs intelligatur, proponatur hic Caſus. Tali die ante Franciſci domum inventus eſt Theodorus mortuus: cadaver cognoſcitur ab univerſis. Delictum eſt notorium, & petitur, *An poſſit inquiri homicida?*

Quæſtio proponitur.

De Iudice. *An licitè interroget.*

Negarunt olim Paludanus *in* 4.*diſt.*19. & Adrianus *quodl.*3. quibus nuper ſubſcripſere Cajetanus *in* 2.2.*quæſt.*69.*art.*2. Sotus *de tegend.ſecr.membr.*2.*quæſt.*6. *concl.*1.& *de Iuſtit.libr.*5.*quæſt.*2.*art.*2. Et probant quia procedendum eſt per inquiſitionem, quando de authore eſt fama aut indicia, ut *in cap. cum oporteat. de accuſ.* & *cap. inquiſitionis, & cap.qualiter & quando eod. tit.*

Doctorum Antiquorum Opinio.

Contrariam tamen ſententiam communiter docent Theologi: & præcipuè P.Mendus *in Opinionum certò probabilium Epitome. Verb.Index.num.*26, dicens. [In publico delicto v.gr. homicidii, combu-

Communis, & recepta à Iunioribus ſententia.

ſtionis, & ſimilium, ignorato reo, poteſt Judex Inquiſitionem facere adhuc de occulto delinquente,&c.] citatque Gerſonẽ *Alphabet.34.liter.Q.*Navarrum,Angelum, Medinam,Cordubam, Navarram, Panormitanum,Arevalum,Armillam, Innocentium,& alios. Et eidem ſententiæ ſubſcripſerunt Malderus *in 2.2.tract 6. cap.1. dub* 18.Villalobus *in Summ.tom.2.tract.14 diffic.7.num.2.*Valentia *tom.3.diſp.5.quæſt. 4.punct.1.*Bañez *in 2.2 quæſt.70.art.1.dub. 2.*& alij quorum opinionem probabiliorem vocat Diana *part.2.tract.15.(Miſcell. 1.) reſol.68.*& poſt coordinationem *tom.6. tract.1.reſol 65.* & locos ex Canonico Iure productos,de particulari, non autem de generica inquiſitione pronunciare aſſeverat.

Leges omnium Gentium mores confirmant.

Et ego,quia Cajetani & Soti ingenia magni facio, non audebo improbabilitatis accuſare primam illam ſententiam, quam ratio nulla fulcit, & evidenter præſcripti omnium Regnorum mores, & Objectiones manifeſtæ refellêre. Interim argumentor ſic.

Omnis homo, qui committit crimina, eſt Republicæ invaſor.

Omnia delicta ſunt contra bonum publicum. Ergo Iuſtitia Vindicativa poſtulat,ut expientur; &, ut ad aliorum exemplum,qui illa perpetrarunt,puniantur. At id præſtari non poteſt, niſi per inquiſitionem generalem. Hæc igitur debebit fieri.

Per generalem inquiſitionem, nec Communitas,nec particularis aliquis infamatur.

Prætereà, ſi talis inquiſitio generalis eſſet illicita, maximè, quia per illam alicui inferretur injuria. At hæc nulli infertur. Ergo non eſt illicita. Probatur Minor. Quia per illam non infamatur Communitas,cujus eſt jam publica macula: notorium eſt enim aliquem in illa Communitate commiſiſſe illud crimen. At neque infamatur aliquis particularis: de nullo enim Iudex interrogat in particulari.

Secunda.

De Teſte. An reſpondere teneatur?

A*N Teſtis in generali inquiſitione interrogatus, reſpondere & veritatem aperire teneatur?*

Affirmativè adhærent Miranda *de ordin. judiciar. tom.1. quæſt.6. art.6. concl.3.* Ioannes Valerius *de differ. utriuſque fori. verb. inquiſitio.num.9.*& alii. Quia quando Iudex habet jus interrogandi, Teſtes habent obligationem reſpondendi: potentiæ enim activæ paſſivas poſtulant,in quas poſſint ſuam virtutem exſerere. Quia, ſicut fruſtra eſſet viſiva potentia in animali, niſi & daretur viſibile, quod ipſam terminet: ſic etiam fruſtra eſſet in Iudice præceptiva & obligativa potentia, ſi non eſſent,qui poſſint obligari præceptis.

An omni potentia activa ſua paſſiva debeat correſpondere?

An quis Superiori incerto vel probabili obedire teneatur?

Tuentur tamen negativam Turrianus *tom.2.in 2.2.diſp.50.dub 5.num.9.*Navarr. *de reſtit.libr.2.cap 4.num.167.* Bonacina *de legib. diſp 10. quæſt.2. punct.5 num. 14.* Salonius *de Iuſt.in 2.2.tom.1.quæſt.69.art. 3.contr.7.*Filliucius *tom.2. tract.40.cap. 6, num.185.*Leſſius *libr.2.cap.29.dub.14. nu. 118.*& Diana *part.2.tract.15. (Miſcell.1.) reſol.68.* & probant. Quia, ubi non eſt certa ſuperioris authoritas, nullus ſubditus obedire tenetur; poteſt enim adhærere opinioni contrariæ. Atqui in hoc caſu de Iudicis authoritate ſunt duæ, ſibi adverſæ ſententiæ, ut Quæſtione præcedente conſpeximus. Nemo ergo tenetur Iudici reſpondere.

An bellum ex utraque parte juſtum dari poſſit?

Objiciunt aliqui, hinc ſequi,contingere aliquando poſſe, ut bellum ex utraque parte ſit juſtum. Sed reſpondemus, vel concedendo Conſequens, & Conſequentiam negando. Nam abſolutè concedi poteſt Conſequens,quoniam in bello utrimque juſto nullum inconveniens reperitur: nam,ut jam iterum dixi, Hebræi juſtè invadebant Jerichuntinos, quia Deus id præcipiebat, & in illam eis regionem dominium abſolutum conceſſerat: & tamen Ierichuntini,tam præcepti,quàm Divinæ donationis ignari: ſuas juſtè domos, & poſſeſſiones propugnabant. Nemo igitur negare poterit illud bellum juſtum & legitimum utrimque fuiſſe. Bene ergo admiſi,& conceſſi illud Conſequens. Sed cur Conſequentiam negavi? Nam ex illis Præmiſſis, quæ ponebantur,non ſequitur, utrimque juſtum eſſe bellum; quia certa jubendi authoritas,& certa non obediendi poteſtas ita opponuntur, ut componi non poſſint: at verò probabilis jubendi authoritas & probabilis non obediendi poteſtas non ſolùm componi poſſunt,ſed ita componi debent, ut ſeparari nequeant. Ergo non opponuntur inter ſe. Et de hac oppoſitione vide Navarram,Turrianum, & Filliucium citatos.

Pars affirmativa demonſtratur.

Aliud eſt Conſequens & aliud conſequentiam concedere

De certa,& de probabili Superioris authoritate.

Tertia.

De Teſte Singulari. An reſpondere teneatur?

A*N Teſtis reſpondere, & veritatem aperire tenetur, quando ſcit nullum alium eſſe, qui viderit illud crimen committi?*

Eſt res perplexa & dubia,tres enim ſunt Illuſtrium Theologorum Sententiæ.

Proponuntur duæ contrariæ ſententiæ.

Tenetur ſub peccato mortali veritatẽ fateri, inquit Sotus *de Iuſt.libr.5.quæſt.7. art.1.*Azorius *part.1.libr.13.cap 27.dub.2.* qui Paludanum, & Sancius *in ſelect. diſp. 43.num.39.*qui Valentiam & Turrianum adlegat.

Tenetur ſub mortali dicere, ſe nihil

pror-

proſſus ſcire, aſſeverat Ioannes de la Cruz *in Direct. Conſcient. part. 1. pracept. 8. art. 4. dub. 13. in princ.* Ledeſmæ, Bañrz, Orellanæ & aliis viris doctis adhærens.

Additur tertia, utramque admittens.

Poteſt facere alterutrum aſſerit Leſſius *libr. 2. cap. 30. dub. 6. num. 49.* Villalobus *in Summ. tom. 2. tract. 17. diff. 1. num. 11.* Pitigianus *in tract. crimin. cap. 3. fol. 166.* Hanc tenet Opinionem Diana *part. 3. tract. 5.* (*Miſcell. 1.*) *reſol.* 101. *aliàs* 100. & poſt coordinationem *tom. 6. tract. 1. reſol. 94. nu. 4. pag. 62. b.* inquit enim. [Ego puto probabilem eſſe opinionem negativam, licèt affirmativa ſit probabilior. &c.] Et ſubſcribit Octavio Spatario *in Praxi de modo corrigendi Regulares tract. 7. cap. 8. num. 7.* dicenti. [Patet, quòd non tenetur quis teſtificari, ſi ſciat nullum alium eſſe teſtem conteſtem, vel aliud æquivalens indicium, ſive procedatur ex munere, ſive ad inſtantiam partis. Et Ego (*) aliquando interrogatus ſub præcepto & juramento ſuper delicto, quod ſciebam, nullum alium noſſe, niſi denunciantem, nunquam teſtificari volui, etſi de uſu & certa ſcientia potuiſſem: quod tuta conſcientia feciſſe reputavi, & reputo. &c.] Sic ille, & addit Diana: (Notentur hæc, quia practicabilia erunt.)

*) Non videntur prudenter ſcriptæ hæ lineæ; nam ex illis infertur, in Communitate illa, in qua erat membrum Spatarius gravia committi crimina: quod eſt illi dedecori, potuitque illæſa doctrinæ veritate, aut probabilitate taceri.

Secundæ Opinionis Authores, illam apud Dianam *loc. cit.* ſic ſuadere conantur. [Cùm Teſtis (inquit) ſciat neminem alium illud delictum à reo perpetratum ſcire, ejus teſtificatio nihil proficiet, niſi ad vexandum reum; quia ex ſola ipſius depoſitione minimè condemnari poteſt. Ergo. &c. Igitur abſque cauſa infamat tunc Teſtis delinquentem, cùm ſciat ipſe probandum non eſſe delictum. &c.] Et, ut puto meliùs argumentarentur, ſi dixiſſent [Ejus teſtificatio nihil proficiet, niſi ad vexandum Iudices, & tribunalis Adminiſtros. &c.] ubi enim unicus tantùm Teſtis eſt, multa dicuntur & ſcribuntur inutiliter, nunquam enim poterit ad definitivam veniri.

Quomodo ſecunda ſententia probetur?

Oſtenditur hãc ipſam rationẽ eſſe infirmam, & nihil abſolutè probare.

Hæc autem probatio ut exiſtimo, non eſt firma & ſufficiens: Nam poſſent Adverſarii dicere, expedire, ut vexetur homicidii ex. gr. reus: nam, ſi Teſtis ille ſcit eum reverà commiſiſſe illud crimen; & Reſpublica vult, quod plectatur capite, ſi convincatur, quis illi indulſit jus, ut Teſti dicat, *Noli me tangere*. Ergo, Reipublicæ, & morum reformationi expedit, ut ſi Reus non poſſit puniri, quantum debet, ſaltem puniatur quantum poſſit: (hoc eſt, ut ſi defectu probationum plecti nequeat, quãtum ſcelus meretur; plectatur ſaltem quantum Iura permittunt.) Et in hoc (quod notandum eſt bene) aliter Iudex, & aliter Teſtis procedit. Iudex enim ex unici Teſtis depoſitione probabilem notitiam adquirit, quæ non poteſt poſſeſſioni innocentiæ, in qua reperitur Reus, præjudicare. At oculatus Teſtis (tametſi unicus ſit) quoad ſe habet criminis commiſſi certitudinem, & quoad eum ceſſat illud Vniverſale Protheorema, *In incertis ſtandum eſt pro poſſeſſione*, nam, ut dicebam, crimen non eſt incertum apud Teſtem, unde nec apud ipſum Reus eſt in innocentiæ poſſeſſione, præterea, illa verba (Abſque cauſa infamat tunc Teſtis delinquentem) poſita videntur abſque cauſa: quoniam expedire videtur ut ille, quem ſcit Teſtis infamiam certam promereri, & probationum defectu ea condemnari non poſſe, ſaltem probabilem infamiam ſubeat; quoniam informationem ſemiplenam non ſequitur certa ſed tantùm probabilis & incerta infamatio: relinquitur enim unicuique, ut credat, aut decredat, quæ velit. Stat igitur à ſuis Authoribus non bene ſuaderi hanc Sententiam.

Criminibus nulla privilegia divinitùs, aut humanitùs indulta ſunt.

Reum, innocentem non eſſe, eſt probabile Iudici, ſed certum Teſti.

An Reus ſine cauſa infametur?

Qualem infamiam inferat ſemiplena informatio.

Sed quia ſolet poſitivè impugnari, Caſum iſtum propono. [Sicarius, conductus pretio homicidium infame, quod vocant *aſſaſſinium* commiſit. Claudius vir pius & probus ex ſolo Divini honoris, & publici boni zelo, commorans criminis atrocitate, quia ſcit Aurelium è feneſtra omnia proſpexiſſe, Claudium apud Iudices incriminatur.] Sunt igitur in Tragœdiæ theatro Accuſator, & Reus; ille eſt vir ingenuus & probus, hic eſt nequam & improbus. Et modò quæritur, quid Aurelius, ut Conſcientiæ, quid ut Prudentiæ ſatiſfaciat, debeat agere? Vt cogatur tacere, dicunt Secundæ Opinionis Authores [Teſtificatio nil proficeirt niſi ad vexandum Reum.] Adverſarii (Primæ Propugnatores) reponunt [At non teſtificatio (puta, ſi nihil ſe ſcire, afferat Teſtis) nil proficiet, niſi ad vexandum Accuſatorẽ.] Et, ſi inſtent illi [Igitur abſque cauſa infamat tunc Teſtis delinquentem.] inculcabunt hi [Igitur abſque cauſa (immò contra rationem & æquitatem) infamat Teſtis Accuſatorem.] & hoc argumentum ſubjicient, [cum potioris jus potius ſit, nullus vir probus & doctus poterit dicere, eſſe æquitati & Prudentiæ conformius, Reum, hominem ſceleratum, ab omni prorſus pœna liberari, & in Accuſatorem, virum pium & ingenuum, talionis legem, pœnam (*) exonerari: quàm Accuſatoris zelo innocenti proſpici, & Reum, ſi non quantam meretur, quantam tamen Iura in ſemiplena informatione permittunt, pœnæ ſubjici.]

Proponitur caſus contra Secundam Opinionem, quædam poſitiva impugnatio.

Verius potiùs haberi debent ratio, Rei, an Accuſatoris?

*) Pœna Talionis, quam vocant, in multis tribunalibus eſt antiquata. Et, ſi ſubſiſtit ratio, ob quam illa à noſtris hodie tribunalibus exulat, (videlicet, quia nullus auderet accuſare) etiam Moyſeos tempore ſubſtitit, & debuit in Deuteronomio intermitti. Ergo, ab illo monemur eſſe neceſſariũ omninò, ut Calumniatorum compeſcatur audacia. Plautus in Pſeud. *Homines, qui geſtant* (qui calumnioſè accuſant) *quique auſcultant crimina. Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant Geſtores* (calumniatores) *linguis, Auditores auribus.*

Poſſent nihilominus ſecundæ ſententiæ Authores dicere, neminem habere obliga-

N 2 tionem

Nemo tenetur accuſare.

tionem accuſandi; adeoque Claudium, ſiquid contra votum, & exſpectationem perpetiatur, ſuæ imprudentiæ, & non alii cauſæ imputare debere: tenebatur enim antequam libellum Accuſationis porrigeret, ſingula, quæ ſupervenire poterant, bene perpendere.

Propria ſententia exponitur, & dilucidatur.

Interim ego, rebus omnibus conſideratis, ſic definio. *Dico ergo*, utramque ſententiam (Aſſerentem, Nſgantem) eſſe merè probabilem. *Infero*, Teſtem in caſu poſſe aperire veritatem, ſed non teneri. *Conſulo*, ut, ubi Iudex ex officio procedit, ſi Reus cenſeatur pœnitens, & non ſit reincidentiæ periculum, Teſtis, illum ſubducat à periculo, ſe nihil prorſus ſcire dicens.

An Reus pœnitens & correctus debeat juvari?

Cæterum, ſi vel interveniat Accuſator, qui dignus ſit, ut honoretur; aut à Reo ſcelera alia timeantur, veritatem aperiat; licèt enim ille vi ſemiplenæ informationis plenè puniri nequeat, frænum ſaltem accipiet, ne poſteà propudiosè inſoleſcat.

QVARTA.

Ex Iuſtitia-ne an ex charitate naſcatur in Teſte veritatis revelandi obligatio?

AN Teſtis legitimè interrogatus teneatur ex Iuſtitia, an ex Obedientia reſpondere? An, ſi aut fugiat, & non compareat; &, ſi comparet, ſe nihil prorſus ſcire dicat, teneatur ad reſtitutionem?

Iuſtitia Commutativa & Legalis diſcrimen.

Ex Iuſtitia teneri teſtem aſſerit prima ſententia; & *Iuſtitia* vocabulo commutativam intelligit, jubetque eam à Legali diſtingui, quæ eſt merè præceptiva, & ei ſumus obnoxii, quoniam à Deo in quarto Decalogi præcepto, Superioribus ſuis ſubditi obedire jubentur.

Cur Superioribus debent obedire inferiores?

Et hanc ſententiam, ſic expoſitam, tenent & propugnant Malderus *in* 2. 2. *tract.* 6. *cap.* 2. *dub.* 9. §. *Dico tertiò*. Azotius *part.* 3. *libr.* 13. *cap.* 17. *dub.* 4. Turrianus *in* 2. 2. *diſp.* 52. *num.* 2. Octavianus Spatarius *in Pract. Regul. tract.* 7. *cap.* 11. *num.* 7. nec non Navarrus, Medina, Orellana, Sotus & alii.

Ante ſententiam nihil debetur Fiſco.

Vnde Teſtis, qui aut fugit, aut in Tribunali, *ſe nihil ſcire*, dixerit, tenebitur ad reſtitutionem nimirum, parti læſæ, non autem Fiſco (Fiſco enim (& eſt generalis doctrina) ante ſententiam nil debetur: unde qui impedit, ut ſententia confiſcationis expediatur (impediendo peccaverit, aut non) ad nullam tenebitur reſtitutionem:]

Quid ſit teneri ex Iuſtitia? An, qui ex Officio, ex Iuſtitia obligari dicendi ſunt?

Probantque Authores hi ſuam Concluſionem, quia ex Iuſtitia tenetur, qui ex officio tenetur. Ergo ex Iuſtitia tenentur. Probatur Minor; quia ſicut in illa cauſa officium veritatem diſcutiendi, & juxta adlegata & probata habet Iudex, ſic & Teſtis habet officium dicendi veritatem. At hi Doctores, ut ego adquieſcerem, Majorem illam perſuadere deberent; ſunt enim in Republica multa charitatis officia, quæ non debent ad Iuſtitiam reduci.

a) Notentur Dianæ verba. Nō minùs probabilem negativam ſententiam teneo, ait; judicat ergo illas eſſe æquè probabiles. Cur ergo poſteà ſubdit; Sed tu noſtram ſententiam tene. Quoniam, ſi æquè probabiles illæ ſunt, non ſuccurrit, cur altera præferri debeat.

Teneri ex Charitate & Obedientia (quam aliqui, ut paulò antè diximus, *Iuſtitiam Legalem* appellant) non autem ex Iuſtitia Commutativa docet Sylvius *in* 2. 2. *qu.* 71 *ar.* 1. *quæritur* 1. *concl.* 6. Pitigianus *in pract. crimin. par.* 2. *cap.* 6 *fol.* 191. Ioannes de la Cruz *in Direct. p.* 1. *pr.* 8. *art.* 4. *dub.* 13. *concl.* 5. Villalobus *in ſumm. tom.* 2. *tr.* 12. *diffic.* 1. *num.* 12. Leonardus Leſſius, Molina & alii. Et eorum opinionem non minùs probabilem quàm antecedentem affirmat eſſe Diana *part.* 5. *tr.* 5. (*qui eſt miſcell.* 1.) *reſol.* 102. *alias* 101. & poſt coordinationem *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 91. (a) &, ut video, plerique omnes argumento utuntur negativo, eoque irrefragabili. Nam obligationes, non debent imponi, nec admitti, niſi benè probentur. At Oppoſitæ Sententiæ Doctores nondum bene probarunt obligationem Commutativæ Iuſtitiæ quam protrudunt. Talis igitur obligatio non datur.

Obligationes debent clarè probari.

Teſtis ſpontaneus rejicitur.

Ergo (1) Teſtis, qui ſe abſentat, ne citetur, non peccat. Et hoc in utraque ſententia; nemo enim tenetur ante citationem ad tribunal venire. Immo, ſi veniret, rejiceretur, ſunt enim falſitatis ſuſpecti omnes teſtes ultronei & à tribunali abiguntur.

De Teſte, qui non vult comparere.

Ergo (2) Teſtis, qui citatus ſubterfugit, peccat contra obedientiam, non tamen ſubterfugiendo cenſetur affirmare, aut negare; nec obligatur ad aliquam reſtitutionem.

De Teſte, qui negat ſe ſcire veritatem, quā reverà cognoſcit.

Ergo (3) Teſtis, qui ſcit veritatem, & tamen in tribunali quando obligationem reſpondendi, dicit ſe nihil omninò ſcire; Primò, peccat contra Obedientiam, non enim ſatisfacit legitimo præcepto Reipublicæ: Secundò mentitur, & mentiendo peccat mortaliter; eſt enim mortale Regi, aut Reipublicæ in re gravi mentiri, etiam à Iurejurando præſcindendo: Tertiò eſt perjurus; quia in tribunalibus hodie nullus injuratus auditur. Et Quartò tenetur ad reſtitutionem damni, quod ſuo mendacio parti intulit.

De illo, qui rē falſam poſitivè deponit.

Ergo (4) Teſtis, qui ſcit Ioannem nihil debere Livio, aut ſaltem non ſcit debere, aſſerit ſe interfuiſſe, quando ex. gr. mutuos centum aureos ſuſcepit, poſitivè cooperatur ad furtum; eſt inobediens, mendax, perjurus & ad reſtitutionem tenetur. Hæc doctrina eſt certa ſed duas apud Dianam *p.* 3. *tr.* 5. (*Miſcel.* 1.) *reſol.* 106. *aliàs* 105. patitur exceptiones, aut modificationes, quas ut meliùs intelligas caſum ſic con-

for-

Digitized by Google

formabo. [Lælius homo honeſtus & innocens, furti accuſatur: exhibentur duo falſi teſtes, qui totam rem ſe vidiſſe aſſeverant: & tertio loco examinatur Titius, qui eſt conteſtis, & ſua depoſitione priorum teſtimonia confirmat. Sedet pro tribunali Iudex, & ad reſtitutionem pecuniæ ablatæ Reum, & ad pœnam corporalem condemnat.] Hinc quartæ conſequentiæ limitationes à Diana propoſitas conſideremus. Et eſt

De tertio Teſte An teneatur ad reſtitutionẽ ſiquidem duo priores ad Rei condemnationẽ ſufficiebant.

Prior. Si Reus jam erat per alios falſos teſtes convictus, & tunc Titius ſuum teſtimonium addens nihil prorſus effecit, eo quod pœna propter Titii teſtimonium, neque impoſita fuit, neque aucta, nec Iudex firmior redditus fuit ad illam irrogandam; Titius ad reſtitutionem non tenetur; quia, etſi injuriam Reo faciat, non tamen eſt cauſa efficax damni, quod ex prioribus teſtimoniis jam cenſetur illatum. Ita Diana, citans Pitigianum *in pract.crimin.can.de teſtib.cap.6.fol.*193. teſtaturque in facti contingentia ex hac doctrina multos ſe pœnitentes à reſtitutionis onere liberaſſe.

Videntur illa verba, *nec Iudex firmior redditus fuit*, eſſe de re impoſſibili, ſemper enim tertii Teſtis depoſitione Iudex firmior redditur.

At ego in ipſa difficultates & non paucas reperio. Et primò verba illa recognoſco, *Etſi injuriam Reo faciat, non tamen eſt cauſa efficax damni*. Et in ipſis contradictionem manifeſtam perſpicio; ideò enim injuriam Lælio facit Titius, quia damnum infert. Ergo, ſi nullum infert damnum, nullam facit injuriam: &, ſi facit injuriam, damnum infert. Secundò, illi, propter quos Iudex ſententiam tulit, ſunt cauſa damni, quod perpetitur Lælius. At fortè propter primum & tertium, aut propter ſecundũ & tertium, & non propter primum & ſecundum Iudex ad ſententiam proceſſit. Ergo ſicut Diana tertium teſtem liberavit ab onere reſtitutionis, ſic primum aut ſecundum potuit. At ipſe ſe nec primum, nec ſecundum ſe poſſe liberare aſſeverat: ergo nec potuit tertium. Male ergo ex hoc Vir doctus capite pœnitentes à reſtitutionis onere liberavit. Tertiò, quia in bello injuſto, ſi vel unus occidatur (quidquid dicat Ægidius Coninch *de Sacram.diſp.*18.*dub.*10.*nu.*98 qui tantum quinquaginta vel centum milites viciniores condemnat) omnes fiunt irregulares, ut docent Diana *part.*4.*tr.*2. *reſol.*27. Hurtadus *diſp.*2.*diff.*6. *num.*21.& Doctores communiter. Sed in informatione trium teſtium magis concurrit ad Rei condemnationem tertius, quàm in exercitu viginti millium ad alicujus hoſtis mortem ultimus. Ergo, ſi miles ultimus fit irregularis, quia ad mortem ab alio realiter perpetratam concurrit; etiam tertius teſtis concurret, & ſi Reus capite condemnetur, fiet irregularis.

An tertius Teſtis falſus damnum aut injuriam reo inferat?

An ſemper propter priores, & non propter poſteriores teſtes Iudex ad talem ſententiam procedat.

De bello. An quando unus hoſtis occiditur, omnes milites fiant irregulares?

Poſterior limitatio docet, eum, qui ex ignorantia, vel ex inadvertentia (& generaliter loquendo, eum, qui ſine peccato mortali) teſtimonium falſum in judicio depoſuit, etſi Reus ob id fuerit damnatus ad reſtitutionem non tenetur. Ita Pitigianus *ubi ſupra*, Cajetanus *in* 2.2.*qu.*70.*art.*4. Petrus de Navarra *lib.*2.*cap.*2.*num.*253. Becanus *in* 2.2.*de Iuſt.& Iur.qu.*70. *de teſtib.qu.*1.*concl.*2. Leſſius *lib* 2. *cap.*30. *dub.*7.*nu.*53.& Diana *p.*3.*tr.*5. (*Miſcell.*1.) *reſol.*106.*alias* 105. nec non *p.*4.*tr.*4.*miſcell. reſol.*99. Qui argumentantur ſic. [Omnis reſtituendi obligatio, aut ex re injuſtè accepta, vel ex damno injuſtè illato provenit. At in præſenti caſu Teſtis nihil accipit & nullum damnum Reo injuſtè infert; eum enim mortaliter non peccaſſe ſupponimus. Teſtis igitur in caſu non habet obligationem reſtituendi.]

Vnde proveniat omnis reſtituendi obligatio.

An ad inducendũ gravẽ obligationem reſtituendi peccatũ veniale non ſufficit?

Waltherius Stroveſdorffius videtur potius obludere, quàm ratiocinari; docet enim, teſtem manente inadvertentia & ignorantia ad nihil teneri, ad erroris commiſſi ſuperveniente notitia ad reſtitutionẽ obligari; & hoc ſenſu Leſſium interpretatur. Ergo dicit duo, & utrumque potuiſſet tacere. Dicit enim primò, Teſtem manente illa ignorantia excuſari: & hoc aſſerunt omnes. Dicit ſecundo, ſuperveniente erroris notitia ad reſtitutionem teneri, & hoc nemo prudens admittit. Vnde hanc ſententiam Diana velut nimis ſtrictam explodit.

Nec, quæ apud univerſos certò vera ſunt, nec quæ certò falſa, vocari in omni controverſia debent.

QVINTA.

An falſus Teſtis teneatur revocare ſuum dictum, ſi propter illud alicui inferenda ſit mors, etſi ipſe æqualem, vel majorem pœnam ſit incurſurus?

De Falſo iterũ Teſte. An, & quando ſuum dictum revocare teneatur?

Diana *p.*4.*tr.*4.*reſol.*99. & poſt coordinationem *tom.*6. *tr.*1. *reſol.* 99. ſic inquit. [Scribo hæc cum animi dolore, nam olim interrogatus fui de hoc caſu à quodam Teſte falſo, qui ex importunitate & minis Regii Fiſci, tandem falſam depoſitionem fecerat in re magni momenti. Et tunc reſpondi, quod qui falſum teſtimonium dicit, ratione cujus mors, vel mutilatio eſt inferenda tenetur ſua dicta retractare, ſi id profuturum putet, quamvis ipſe ſimilis pœnæ periculum timeret: nam unuſquiſq; tenetur reſarcire damnum, quod alteri injuſtè intulit, etiam cum pari damno ſuo, nam *in pari damno melior eſt conditio innocentis*. Ita Leſſius *libr.*2. *cap.*30. *dub.*7. *num.*53.& communiter Doctores. Immò (attendant falſi Teſtes & timeant) hanc ſen-

Hoc Theorema, *in pari caſu melior eſt conditio poſſidentis*, non differt ab hoc *In pari damno melior eſt conditio innocentis*, ideò enim innocenti cõſulitur, quia eſt in poſſeſſione ſuæ innocentiæ.

Digitized by Google

Omni modo falſus teſtis tenetur ad reſtitutionem.

ſententiam Walterus Strovesdorff. *in D. Thom. de Iuſt. & Iur. qu. 70. art. 4. concl. 3.* docet eſſe veram, licet teſti ex revocatione majus damnum immineat. &c.] Hæc omnia Diana: quæ pauci conſiderant; nam qui in tribunalibus ſerviunt, experiuntur quotidie eſſe plurimos calumniatores.

Ad quid teneatur in dubio?

Legis verba illa, *ſi Id profuturum putet*, & interrogas, quid facturus ſit, ſi, an ſua revocatio profutura ſit, dubitet? & quid, ſi certò ſciat, illam profuturam non eſſe?

De inutili retractatione.

Si retractatio profutura non eſt, Teſtem à revocandi obligatione abſolvit Petrus de Navarra *de reſt. lib. 2. cap. 3. num. 25.* addit tamen, damna eum ſemper reſarcire debere; monetque non eſſe, cur ſe Iudicibus tradat, cum poſſit ad locum tutum confugere, & inde ſuum dictum revocare. At contra Strovesdorffius pronunciat, etiam, ſi de revocationis utilitate dubitet, habere obligationem dictum ſuum revocandi. Et probat, quia Reus eſt in poſſeſſione ſuæ innocentiæ, & ab omnibus juvari debet.

Cur favendum ſit Reo?

An ſemper falſi teſtis retractatio ſit utilis?

Ego autem puto impoſſibilem eſſe caſum, in quo vel dubitetur, vel certò ſciatur inutilem fore retractationem; quoniam in ſimilibus cauſis agitur de vita, de pecuniis, & etiam de honore. Ergo, etſi poſt ſententiam definitivam non ſoleat teſtis admitti retractatio, ſaltem hæc, ſi fiat, ad honorem condemnati conducet. Fore ergo certò utilem à nemine negari poterit.

SEXTA.

De Teſte, qui ſecretum crimen imprudenter detexit.

A*D quid teneatur Teſtis, qui crimen Rei aperuit, quando illud tacere poterat, & non tenebatur revelare?* Diana aſſentitur Maldero, quem docere aſſerit, quod Teſtis, qui per imprudentiam occultum crimen detexit (ſi bona fide detexit, ut frequenter ſolet fieri) quia putabat legitimè de illo interrogari à Iudice, non tenetur lege Iuſtitiæ retractare teſtimoniũ ſuum. Si tamen ſine detrimento poſſit, & ſperet retractationem profuturam, tenetur lege Charitatis retractare, ita tamen ut non obligetur ad reſtitutionem, ſi non retractet. Et addit idem Diana [& hæc pro praxi erunt valde notanda.] At hæc valde inconſequenter dicta à Maldero fuerint, qui ut præcedente Quæſtione vidimus, ex Iuſtitia, & non ſolum ex charitate Teſtes obligat. Ego autem

Malderi opinio.

An Teſtes ex Iuſtitia, an verò ex Charitate obligentur?

DICO PRIMO. *Peccator nullum Ius habet ad ſecretum.* Corollarium I. *Ergo, ſi cauſa ſubſit, qui ſcit crimen occultum Petri, illud revelare poterit; illi videlicet, qui tali notitia, ſe poſſit, aut alios juvare.* Corollarium II. *Qui ſine cauſa revelavit crimen occultum Petri, peccavit contra charitatem, nullam tamen injuriam Petro intulit; adeoque nec ad retractationem ſui dicti, nec ad ullam reſtitutionem ex Iuſtitia tenetur.* Debet igitur amplius de re illa non loqui, ne iterum contra charitatem delinquat: & in aliis rebus laudare Petrum, quod ſuadent Scriptores, & ſuadeo; interim, quia ipſi in hoc ipſo eſſe obligationem non perſuadent, illam nemini impono. Vide

Criminibus nulla unquam privilegia Deus, nulla leges humanæ, à prudentibus Principibus latæ, concedunt.

DICO SECVNDO, *Qui in judicio occultum alterius crimen bona fide detexit, nempe, ſincerè exiſtimans, illud ſe debere detegere, nullo modo peccavit.* Patet: quoniam, *Quidquid agant homines, intentio judicat omnes*, & bonam intentionem habet, qui procedit ſincerè.

Bona fides excuſat.

DICO TERTIO, *Qui ſciens ſe non teneri reſpondere, ſine ulla Communitatis, aut Amici ſui utilitate ſecretum Titii crimen revelat, mala fide procedit; peccat contra charitatem mortaliter; non autem leges Iuſtitiæ violat, nec ullam Titio injuriam infert adeoque nec ad retractationem, nec ad reſtitutionem tenetur.* Patet ex Dicto Primo, Quia Natura (Deus) peccatis pœnas præſcripſit, at nulla omninò illis privilegia conceſſit. Nobis ergo Charitas (Deus) jubet, ne ſine cauſa peccata ſecreta detegamus; non verò concedit peccatis, ne poſſint detegi.

Interdum eſt contra Charitatem ſecretũ proximi delictum revelare,

Conſultò ſcripſi illa verba, *ſine ulla Communitatis aut amici ſui utilitate*; ubi enim ſilentium aut Communitati, aut alicui Teſtis amico nocet, militat contra Charitatem. Et hanc doctrinam hoc exemplo dilucido. *Intercepta* ſunt ad hoſtes literæ, quæ proditionem moliebantur. *Indicia* accuſant Florimundum. Nullus eſt in Civitate, qui ejus characterem probè cognoſcat præter Lælium. Murmur vulgò excitatum, oculos in Aurelium convertit. Citatur Lælius, & interrogat, an in tribunali veritatem aperire teneatur? Dico autem Primò, poſſe Lælium à Iudice in Tribunali interrogatum, ſe Florimundi characterem non cognoſcere dicere, ſi literæ illæ nulli alii, niſi ſoli Reo, præjudicarent: quia eſt teſtis unicus; & ut conſtat ex his, quæ Quæſtione III. reſolvebamus, Teſtis ſingularis poteſt reſpondere, ſe nil ſcire. Et dico ſecundò, in hoc caſu, ſi veritatem aperiret, contra Charitatem peccare; noceret enim Florimundo ſine ulla prorſus neceſſitate. At in noſtro caſu dico Tertiò, debere per accidens Lælium veritatem exponere, vel aliàs contra Charitatem peccaturum; &

Et interdum contra Charitatem eſt non revelare.

Quomodo reſpondere debeat Teſtis ſingularis?

Quamnam obligationem ſortitus ſit per ſe, ratione muneris ſeu qualitatis, quam in tribunali ille exercet; & quam per accidens, propter damnum quod ex ſua poſſet taciturnitate provenire?

hoc

hoc propter duas cauſas: nam agitur de bono publico, & Reipublicæ intereſt, ut proditionis authores cognoſcantur: & agitur de innocentis vita & fama, quoniam, ſi ceſſent ſuſpiciones, incriminantur quæ Florimundum, in Aurelium, qui innocens eſt, omnes exonerabunt.

NOTA.

Teſtibus ſervanus, quæ ſūt dicta de Reo.

QVÆ dicuntur de Reo ſcitè ad Teſtes *in Pract. cap. 3.* Pitigianus extendit. Non enim tenentur reſpondere, niſi interrogentur juridicè, nec juridicè interrogantur niſi ſecundum leges. Et quid in dubio? Quarta præcedentis Sectionis Concluſio, & hujus Sectionis Quæſtio ſecunda §. *tuentur* reſpondebit.

De adverbiis tranſcendentibus, quæ in omni juridica interrogatione reperiuntur.

In examine Teſtium Interrogationem factam à Iudice tria illa adverbia *criminoſè, civiliter, & homologicè*, ut Sect. I. Coroll. I. diximus, tacitè concomitantur. Et ideò ipſam Interrogationem, & per eam tam Rei, quàm Teſtium Reſponſiones reſtringunt.

SECTIO VI.

De Reſponſione æquivoca. *An Reo, & Teſtibus liceat per amphibola verba reſpondere?*

Multa Authores, cùm agunt de hac materia ſupponunt, quæ ſunt realiter impoſſibilia.

AN licitè poſſint? interrogor: & ulterius pergo & Interrogatione altera priorem elido. Quæro itaque, *An ſit poſſibilis caſus, in quo Iudici reſpondeatur æquivocè?*

P. Ioannes Poncius *tom. 4. in 3. ſentent. diſt. 38. qu. unic. pag. 618. a. nu. 102.* reſpondet Abbati Alonio, qui apud S. Dorotheũ *doctr. 7. num. 7.* Agathoni Coabbati proponebat hunc caſum. *Ecce duo Viri juxta te cædem patrarunt; alter ad cellam tuam fugit. Ecce Princeps, ſeu Iudex illum quærens, interrogat te, Vtrùm homicidium & cædes illa coram te ſit perpetrata; & apud te ſit homicida?* Rem fateri, prout accidit, nõ ſuadet, ne homo ad mortem ſupplicium tradatur. Negare rem, quæ accidit non licet, nam illa ipſa negatio labe mendacii inquinaretur. Quid ergo? *Mutare verba & variare ſermonem licere puto,* ait, in tali articulo & neceſſitate.

Caſus propoſitus à Dorotheo.

An probet dari Reſtrictiones Mentales?

Ecce Dorotheus (exclamat Emonerius) admittit Reſtrictiones Mentales. At nil dicit, ſed dicta ab Alonio refert Dorotheus, inquam ego. Et quia neuter (nec Dorotheus, nec Alonius de hujuſmodi Reſtrictionibus loquebatur, *Neſcio,* inquit Poncius, *unde illud inferre poterat Emonerius, niſi divinando.*

Quo modo ergo rem intelligit, & Dorotheum, Aloniumque interpretatur Poncius? [Reſpondeo, ait, ad vitandam magnam neceſſitatem, licere mutare verba & variare ſermonem, quod eſt totum, quod prædicta Authoritas vult, ſecundum quamcumque translationem(a) Sed nego ex hoc ſequi, quod liceat uti oratione extremè falſa, & vera ſolummodò ſecundum Mentalem Reſtrictionem. &c. Poſſet enim quis mutare verba per orationem æquivocam optimè, & clariſſimè, ſine Reſtrictione Mentali, ut in caſu propoſito, Si Iudex peteret ab aliquo, *An homicida eſſet in cella ſua?* & is reſponderet *Non eſt*, intelligendo per *eſt* comedit, profectò mutaret verba & variaret ſermonem, nec tamen uteretur oratione reſtricta. Ergo ex eo, quod dicat Dorotheus, licere mutare verba, & variare ſermonem, non licet inferre, quod dicat, licere uti oratione reſtricta, de qua agimus.]

a] Sic loquitur, nam Dorotheus eſt Author Græcus, & Emonerius duplici Verſione utebatur.

An verbum eſt ſignificet comedit?

Ecce Poncius realiter & moraliter æquivocationem conſiderat, & in caſu propoſito eſſe poſſibilem & licitam aſſerit. Ego autem fruſtra de licitate quæram, ſiquidem illam in caſu impoſſibilem aſſero. Dico igitur verbum *eſt* & *eſſe*, ſi ſeorſim ſumatur, æquivocatione laborare: vel enim à *ſum, es, fui*, vel ab *Edo, es, eſt* deduci poteſt. Prima verbi uſurpatio frequentiſſima eſt. Virg. Eclog. II.

De verbo eſt. An, & quando æquivocum ſit, & quando non ſit?

Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.

& altera interdum occurrit: dixit enim Virg 4. Æneid.

—— *Eſt mollis flamma medullas.*

& Horatius lib. 1. epiſt. metaphoricè,

Quæ lædunt oculos feſtinas demere: ſi quod
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Verùm in Reſponſione eſſe æquivocum nequit, adeoque in propoſita à Poncio, tam poterit accipi pro *comedit*, quàm pro *tripudias*; non enim eſt ambiguum, ſed jam per Interrogationem contractum. Non quærit Iudex, an homicida in Agathonis cella comedat? ſed an in illa lateat? an in ea ſit? Ergo verbi *eſt* per Interrogationem tollitur æquivocatio.

An illud poſſit Reus ſumere in altera ſignificatione?

Et quidem, ſi hæc Poncii doctrina (quam realiter impoſſibilem judico) ſemel admitteretur, poſſemus omnia Tribunalia claudere, aut conſultius auferre; nam in omni interrogatione verbum *eſt* expreſſè, aut implicitè ponitur; & dum illud in altera ſignificatione Iudex, in altera Reus, aut Teſtes uſurpant, nunquam exploraretur Veritas. Pone Titium accuſari, convinci, & damnari propter propoſitiones has.

Hæc, quam impugno, eſt valde perniticſa doctrina. Omnia Tribunalia Eccleſiaſtica & ſæcularia everteret.

Mun-

Mundus eſt ab æterno. Deus eſt corporeus. Chriſtus eſt ubique. &c. Poſſet ſordeſcere in ſua hæreſi, & tamen dicere, *Mundus non eſt ab æterno, Deus corporeus non eſt, Chriſtus non eſt ubique,* ſi per *eſt* intelligeret *comedit*; veræ enim ſunt hæ propoſitiones, *Mundus non comedit ab æterno, Deus corporeus non comedit, Chriſtus non comedit ubique.* &c. Ergo, quando æquivocum eſt per Interrogationem, aut per aliam circumſtantiam reſtrictum, non manet ambiguum & indifferens, ut pro arbitrio poſſit aliter & aliter accipi vel determinari.

SECTIO VII.

De P. Mirandæ doctrina. *Oſtenditur illum, nec Circumſtantias conſignificantes percallere, nec Opinionem aſſerentium Reſtrictiones Mentales.*

P. Ludovicus de Miranda laudatus.

OBſervo paſſim aliquos Viros, etiam doctos, qui ex uno capite exſecrantur Reſtrictiones Mentales, & ex alio non bene didicerunt doctrinam de circumſtantiis conſignificantibus, impræſentiarùm præpediri; & ideò, nec ſumere, nec dare legitimam reſolutionem. Inter alios recenſendus eſt mihi P. Ludovicus de Miranda, qui *de Ordine Iudiciali* doctiſſimum Opus ſcripſit: & tamen ubi de Reo diſputat, multa confundit. Nam *qu.19. art. 8. concl.4.* ait. [Si Reus non legitimè, ſed præter Ius interrogetur à Iudice de ſecreto ſuo crimine; vel, ſi Iudex eſt incompetens, & legitimè recuſatus, aut ab eo ſit appellatum legitimè, non tenetur Reus eidem veritatem dicere.] Eſt certa & à nemine negari poteſt. Dixerat *concl.2.* [Si Reus jure aut injuria interrogetur à Iudice, nunquam mentiri poteſt.] Eſt etiam certa; & à D. Thoma *in 2. 2. qu.69. art.2.* Soto *de Secreto. membr.2.qu.7.* traditur, & à Miranda omnium eſſe Doctorum meritò aſſeritur. Sed quo modo componentur hæc duo. Nam examinatur & interrogatur de homicidio Theodorus, de occulto, de non perpetrato politicè (ita videlicet ut probari poſſit) ex Concl. IV. non tenetur fateri; ex Concl. II. non poteſt negare; nam aliàs mentiretur, quod non eſt licitum. Quid ergo faciet? Concl. VI. reſpondebit. [Hujuſmodi Reus præter Ius, ſeu non legitimè interrogatus à Iudice, priuſquam aliud faciat, debet tacere, & nolle loqui: & ſi cogatur, debet appellare, adlegando, quod per injuriam interrogetur; ſeu alio quovis modo, quo potuerit, debet ſe defendere; abſque eo [N.B.] quod de patrato à ſe crimine vehementè ſuſpicionem generet.] Et citat D. Thomam *2.2.q.66.art.1.* & concluſionem hanc hoc Scholio dilucidat [Legitimus ordo ſe ipsū defendendi id expoſcit, ut omnia priùs tētentur, quàm mendacium etiam apparenter proferatur. Qua ratione dico, quod Reus injuſtè interrogatus, priùs debet tacere; poſtmodum, ſi cogatur, appellare. Et tandem, ſi iſta non ſufficiant remedia, alia, quæ in ſequenti Concluſione dicentur, adhibere.] Et quæ ſunt illa? ea exhibet Concl.6. [Reus, qui præter Ius de patrato à ſe crimine interrogatur, ſi per injuriam cogatur reſpondere, & alia remedia non ſufficiant, bene poteſt verborum amphibolologia uti dicendo, *Nego propoſita, ut propoſita ſunt*, vel dicendo abſolutè *Se neſcire*; quod etiam facere licet.] Et probat poſtea illuſtratque hanc ſextam Concluſionem his verbis. [Pro hujus Cōcluſionis intelligentia oportet in memoriā adducere id quod in initio hujus Articuli diximus, & eſt ſententia D. Thomæ 2. 2. *qu.69.* nempe quod aliud eſt *Veritatem tacere*, aliud *Falſitatem proponere*, ſive *Mentiri*, & hoc ultimum cum ſit intrinſecè malum, ſive quis juſtè, ſivè injuria, & contra jus interrogetur, facere in nullo caſu licet, & quod reus non tenetur veritatem dicere, quando interrogatur non legitimè. Dices, Quid igitur faciet, ſi reſpondere per injuriam cogatur? Reſpondeo D.Th. & dicit modo noſtra concluſio, & eſt ſententia communis, quod in tali caſu poteſt verborum amphibologia uti, quod eſt veritatem tacere, reſpondendo aliquid, quod non ſit mendacium, ſed in aliquo ſenſu ſit verum, licet non ad mentem Iudicis, à quo reus injuſtè interrogatur. (a) Eſt enim amphibologia verbum diverſas habens (b) ſignificationes, de quo & de multis modis, quibus ipſa in propoſito utendum eſt plura dicit, Soto *de Secreto. memb.3.qu.3.* & *de Iuſt.* & *Iure. lib.5.qu.6 art.2.* & Arag. *2.2.num.69.art.3. in fine.* Ex quorum omnium reſolutione dico breviter, quod reus interrogatus de (c) aliquo crimine, quod verè commiſit, ſed quia ipſum eſt occultum, non tenetur ipſum confiteri; poſtquam alia remedia adhibuerit, nempe tacere, appellare & allegare injuriam, quæ ſibi irrogatur, dum interrogatur injuſtè; ſi hoc non ſufficiat, poteſt cum Soto *in qu.4. diſt.15. qu.4. art.3.* reſpondere, *Nego propoſita, ut propoſita ſunt.* Quod, ſi ulterius urgeatur à Iudice, ut reſpondeat directè, & confiteatur, vel neget propoſitum, poteſt talis reus dicere, ſe jam ſufficienter ad accuſationem reſpondiſſe. Et, ſi inſtetur adhuc, & moleſtetur ulteriùs nimis, poteſt cum Adriano *in 4. qu. de ſigil-*

Exponuntur Caſus, in quibus Reus non tenetur reſpondere.

Quid Reus in Tribunali debeat facere?

Præſcribit P. Miranda gradus, per quos debeat procedere.

An illi ad verba ambigua, æquivoca, & amphibola liceat recurrere?

Aliud eſt tacere, & aliud falſum dicere.

In nullo caſu licet ſe juvare mendacio.

Quid ſit verbum Amphibolum? &, an uti illo liceat?

Crimen ſecretum non tenetur fateri Reus.

Reſponſio Iuridica, Nego propoſita, ut propoſita ſūt.

An Reus poſſit abſolutè negare?

Google

gillo in ſolutione ſecundi argumenti dicere, *Se neſcire illud, de quo interrogatur*, & quod amplius eſt, *Quod illud non fecit*, ad hunc ſenſum, & eo ſenſu intra ſe retento, *ut(g) ſcilicet revelet, vel revelare teneatur, aut illud ſibi dicere*. His, & aliis ſimilibus reſponſionibus poteſt uti reus, quo Iudicem (*e*) illudat, & ut ab ipſius vi & injuria ſe eximat. Quo quidem caſu, quamvis taceat, & quamvis veritatem celet, quā dicere non tenetur, quamvis etiam aſſeveranter reſpondeat (ut præmiſſum eſt) *ſe neſcire*, aut *ſe nihil tale feciſſe*, non autem mentiuntur, neque peccat (*d*) nam id, quod dicit, in aliquo ſenſu verum eſt (*a*) quamvis non in ſenſu illius, à quo injuſtè interrogatur. In quo caſu injuſtitia Iudicis, qua reum abſque Iure interrogat, Ius ipſi tribuit, quo (*e*) ipſum poſſit illudere, & decipere. Concludendo tamen (*f*) dico mentiri adeò eſſe de ſe malum, & illicitum quod ſi verba non occurrant, quibus citra mendacium, per æquivocationem verborū reus celare poſſit crimen, de quo injuſtè interrogatur à Iudice, mori potius debeat, quàm mentiri. Quæ Doctrina eſt Magiſtri Soto *de Secreto. memb. 3. qu. concluſ. 7.* & eſt valde notanda. *&c.*]

An tandem P. Miranda Mentales Reſtrictiones admittat?

An Iudex injuſtè interrogans, tribuat jus Reo, ut ſe licitè decipiat & illudat?

Verba P. Miranda examinantur.

MVlta hic, aut etiam alibi P. Miranda colligit, & idcò debet ab eruditione laudari; at, ut video, non penetrat quæſtionem hanc; & ideò proderit ſequentia ſcholia bene conſiderare.

In Iudice aut Pretore duæ ſunt Perſonæ (Privata & Publica) conſiderandæ.

a) Iudex bifariam poteſt conſiderari; videlicet materialiter & formaliter. Vbi enim Petrus ſedet in tribunali, Reum examinare poteſt, vel ut Petrus eſt, vel ut Iudex eſt. Interrogatio facta à Petro, qua Petro, continet verba Petri materialia, quæ dicit præciſa ab omni Reſtrictione proveniente à dignitate & loco judiciali. Interrogatio autem facta à Petro qua Iudice includit Reſtrictiones illas tranſcendentales, quas iterum, iterumque dilucidavi. Hac doctrina, quæ eſt indubitata, præmiſſa, venio ad Mirandæ verba, quæ litera *a* notabantur. Erant hæc, *In tali caſu poteſt verborum Amphibolologia uti, quod eſt veritatem tacere, reſpondendo aliquid, quod non ſit mendacium, ſed in aliquo ſenſu ſit verum, licet non ad mentem Iudicis à quo reus injuſtè interrogatur*. At fruſtra ad Amphibolologiam recurritur, inquam ego; quia omnis Reſponſio, qualitercumque ambigua, ut Sectione præcedenti ediſſerui, per interrogationē reſtringitur. Reſpondeat ergo Reus in caſu, *Non feci, Nihil ſcio*; aliæ enim reſponſiones non juvant, ſed eum ſuſpectum reddunt: & hæc ipſa Reſponſio (& nota id benè) licèt non

An amphibolologicè Reus reſpondere poſſit?

Non eſt ſuadendum Reo, ut differendo Reſponſionem in commiſſi criminis ſuſpicionē labatur.

Crites.

ſit ad mentem Petri qua Petri, eſt ad mentem Petri, qua Iudicis, quia Petri Interrogatio per locum & officium reſtricta eſt de homicidio crimino ſo, quod probari poſſit & debeat revelari.

b) Quid ſit Amphibolologia, & quo ipſa modo ab Homonymia diſtinguatur ſæpe inſinuo, & jam aliis in locis dilucidavi. Hic tamen (nam caſtè & rigorosè loqui placet) obſerva, P. Mirandam Abſtractum cum Concreto confundere; verbum enim diverſas ſignificationes habens, non eſt Amphibologia, ſed amphibolum: ſicut verbum impropriam & translatam ſignificationem præ ſe ferens, Metaphoricum eſt, ſed non Metaphora.

De Æquivocis.

De Amphibolologia & Metaphora.

c) Reum deducit ad expreſſam criminis negationem per gradus, aſſerens eum debere (1) tacere (2) appellare (3) negare propoſita ut propoſita ſunt (4) ſe ſufficienter reſpondiſſe (5) illud crimen non commiſiſſe. Et Ego ſic de hac ultima negatione diſcurro. Vel mentitur Reus, quando dicit, *Ego non commiſi homicidium*, vel non. Si primum: ſicut in principio non poterat ſic reſpondere, ſic nec modò poteſt; nunquam enim mentiri & fallere Superiores eſt licitum. Si ſecundum: ſicut nunc poſt tot licitationes hoc modo reſpondere licet, ſic etiam in ipſo initio licuit, & potuit Reus, ſe ab improbitate Accuſationis in ipſomet examinis initio ſubducere dicendo, *Ego non commiſi homicidium*.

Superflui videntur iſti gradus: vel enim negando crimen mentitur vel non mentitur. Si primū, nunquam illud poteſt negare. Si ſecundum, illud negare potuit in initio.

d) Et huc redit iterum Interrogationis in materialem & formalem diviſio: quidquid enim de materiali ſit, illa Reſponſio exæquat Interrogationem formalem.

Interrogatio materialiter & formaliter poteſt conſiderari.

Vt doctrinam hanc novis radiis dilucidem, in memoriam revoco diviſionem Finis, qua in Finem Operis & Operantis à Philoſophis paſſim diſpeſcitur: ſæpe enim in Medicina v. g. alius eſt finis pharmaci, & alius Medici. Quoniam, ſi Galenus tuus pretio ſerviat, & tibi ſyrupum purgativum præſcribat, finis Medici erit obtinere honorarium, corpuſque evacuare erit finis medicinæ ſeu ſyrupi. Et hic notare oportet, non dependere à voluntate Medici, quòd medicina conſequatur ſuum finem; nam ſi venena ſumantur, quæ ignorans Medicus, ut ægrum juvaret, præſcripſit, occident ægrum illa, nec volent à Medici voluntate pendere.

Doctrina de Fine Operis & Operantis, præſenti argumento applicatur.

Modò diſcurſum hunc applicemus argumento præſenti. Dico igitur Tribunalis & Iudicis eamdem debere eſſe vocem, eamdem intentionem, eumdem finem; interim, quia aliquando contingit, aliam eſſe Interrogationem Tribunalis, & aliam

De Iudice quà Perſona Publica, & quà Privata.

O Præ-

Prætoris, monemur, duas Perſonas (Privatam & Publicam) in Prætore diſtinguere, & per intentionem Publicæ, Interrogationis verba, ſi fortè ſint ambigua, contrahere. Tribunal, & Iudex quà Perſona Publica de actu criminoſo, politico, & homologico interrogat: & hoc velit vel nolit Iudex, quà Perſona Privata. Is autem, liber enim eſt, de actu oppoſitis qualitatibus prædito poteſt inquirere. Et quid, ſi fecerit? Tunc tota Interrogatio, quę ex facta à Tribunali, & ex facta à Prætore, componitur, terminos involveret contradictorios, & Reus reſpondebit, *Non feci*, nam talis actus (ut ſuperiùs expoſui) nequit fieri. Rem dilucido exemplo. Petrus à Ioanne invaſus occidit illum cum moderamine inculpatæ tutelæ. Accuſatur, capitur, & tandem ad Tribunal defertur. Rogat Prætor, *Occidiſti-ne Ioannem?* Reus reſpondet, *Non*; & non mentitur: verba enim Prætoris, per Tribunalis circumſtantiam reſtricta, æquivalent his, *Occidiſti-ne criminoſè Ioannem?* & negat Reus; Ioannem enim, non autem criminoſè, occidit. Inſtat Iudex, & ait. *Iam ſcio, cur neget; quia illum ut tuereris vitam tuam occidiſti. Ergo nunc mihi directè reſpondeas, Occidiſti-ne Ioannem cum moderamine inculpatæ tutelæ?* & Reus reſpondet, *Non occidi*. Et ego in hac Reſponſione nullam eſſe falſitatem oſtendo. Quia non eſt liberum Iudici præſtare, ne loquatur Tribunal, ne ſua verba reſtringat. Ergo, ſiquidem Tribunal omni Iudicis Interrogationi adverbium *criminoſè* apponit, verba Iudicis per circumſtantiam Tribunalis reſtricta erunt hæc, *Occidiſti ne Ioannem criminoſè & cum moderamine inculpatæ tutelæ*, & quoniam tale homicidium repugnat, reſpondet Reus, *ſe illud non commiſiſſe*. Sed de hoc uberiùs & diffuſiùs alibi tractavi. Dixi non eſſe liberum Iudici præſtare, ne loquatur Tribunal: & id reponens diſtinctionem inter Finem Operis & operantis (quam nuper tetigi) dilucidabo. Nam, ſicut Medicus, tametſi alium ſibi poteſt finem præſcribere, finem tamen ſeu effectum Medicinæ verbis impedire non poteſt, ſic etiam Prætor tametſi poſſit verbis ſuis alias, immò etiam diverſas & adverſas ponere, tamen Reſtrictiones, quæ à Tribunali & Officio proveniunt, impedire non poteſt. Ergo, ſi unā ponat Tribunal, & oppoſitam Iudex, tunc Interrogatio erit de re impoſſibili, nam terminos continebit contrarios. Ergo Reus poterit directè reſpondere, *Non feci*, non enim fecit, quod nec facere potuit.

Proponuntur verba Interrogantis Iudicis, & oſtenditur quomodo illa per Tribunalis circumſtantiā reſtringantur.

Nō poteſt Prætor vocem Tribunalis impedire.

e) Illa Mirandæ verba, *In quo caſu injuſtitia Iudicis, qua Reum abſque Iure interrogat, jus ipſi (Reo) tribuit, quo ipſum poſſit illudere & decipere*, ne ſeveriùs loquar, ſunt falſa; nil enim eſt in mundo (bonum, malum) quod poſſit concedere jus ad illudendum, decipiendum, mentiendum.

An liceat Reo Iudicem aliquando decipere?

Et hinc ſolvitur Quæſtio, quæ poſtulat, *An, qui per teſtes falſos opprimitur, ſe tueri poſſit, illis aliud falſum teſtimonium imponendo?* Vbi notare debes illud *ſe tueri poſſit*, nam, ſi ſit falſum teſtimonium, quod reum non juvet, ceſſat Quæſtio. Rem expono, Erat Aurelius innocens, & per injuriam accuſatur de furto, & à teſtibus filiis Belial convincetur omninò, niſi illorum teſtimonium elidat. Probat per falſos teſtes illos commiſiſse homicidium: & ajo non agere Quæſtionem de hoc; quoniam hæc Conſequentia, *ſunt homicidæ, Ergo mendaces*, nullibi terrarum eſt bona. At illos probat eſse ebrioſos: & ajo, de hac agere probatione, ſi ſimus in Hiſpaniā, Quæſtionem; ebrioſi, enim ad ferendum in Tribunali teſtimonium Hiſpanorum Prudentia non admittit. Ad Quæſtionem ſic propoſitam Ledeſma *tom.2.tract.8. cap.35.concl.21.* Cruzius *pract.8.art.4.dub.17. concl.1.* Dicaſtillus & alii probabile putant hunc defenſionis modum, ſecluſo perjurio eſse tantum peccatum veniale. Sed Malderus *in 2.2.trac.6.cap.3.dub.3.* & Doctores communiter docent, eſſe mortale; quia, cùm mendacium ſit intrinſecè malum, Reus non poteſt habere jus per illud ſe defendendi. Vide Dianam *part.3. tract.5.reſol* 4. [Addit Cotonius *in Summ. verb.Reus.nu.9.* juxta Editionem Lugdunenſem anni 1654. *Quā tamen ratio non probat eſſe mortale.*] Et Ego probare id aſſero, mendacia enim in Tribunali circa ſubſtantiam dicti commiſſa, præciſa à juramento, ſunt mortalia, eſt enim graviſſimum peccatum mentiri Principi ſeu Reipublicæ.

An Reus mendacii preſſus, mendaciis ſe defendere poſſit?

Non omne Rei mendacium poteſt illum à teſtibus falſis defendere.

Homicidium teſtimonium non infirmat Ebrietas infirmat.

Mentiri Reipublicæ legitimè & in materia gravi interroganti, mortale eſt.

Et redeundo ad Mirandam, ſic inquam, *In prædicto Caſu injuſtitia Iudicis, qua Reū abſque Iure interrogat, nullum jus Reo ipſi tribuit, quo poſſit illudere & decipere Iudicem: ſed ponit in Interrogatione modum contradicentem modo, quem Tribunal præſcribit, ideoque facit, ut de actu impoſſibili Reus interrogetur, quem ſe commiſiſſe debeat Reus neceſſariò negare.* Non ergo jure aut injuria Reus Iudicem illudit & decipit; ſed ſe ipſum Iudex decipit & illudit.

Nota bene hāc doctrinam.

f) Ad ea, quæ concludendo dicit, admitto, minus malum eſſe perire, quam mentiri: at nego Caſum eſſe poſſibilem, in quo innocenti non occurrant verba, quibus

Quomodo Reus deberet reſpondere?

bus abſque mendacio celare crimen poſſit, de quo injuſtè interrogatur. Non enim debet, ut Soto, Miranda, & alii exiſtimant quærere verba æquivoca, quibus ſe ab Interrogatione ſubducat, ſed Interrogationi Iudicis per Tribunalis circumſtantiam reſtrictæ, debet directè reſpondere, *Non commiſi*.

An Miranda admittat Reſtrictiones Mentales?

g) Ecce, quas non cognoſcit nec admittit, hic præſcribit & conſulit Miranda Reſtrictiones Mentales.

SECTIO VIII.

An, qui inculpatè, aut occultè, aut ita ut ſub talibus circumſtantiis non teneatur fateri, ſi ſe commiſiſſe crimen dixerit, mentiatur, & perjurium committat?

An poſſit Reus fatendo, ſe crimen commiſiſſe, mentiri?

QVanta Miranda cura, quanta Sotus & alii procedant, ne fortè Reus delictum negando mentiatur, vidimus; cùm tamen deſpicere debuiſſent, ne fatendo Reus mentiretur, & conſequenter pejeraret. Illos adlucinari dixi, & dico; & ut præjudiciis tenebroſis eos liberem, tres Caſus decidendos propono. Sit

Proponuntur tres Caſus.

Primus. A Clodio invaſus Milo, cum perdere aut perire deberet, ſibi jure à Natura univerſis conceſſo adſiſtente, aggreſſorem occidit.

Secundus. Clam Iſidorus (ita ut nemo id videret) adulterium commiſit.

Tertius. Coram duobus teſtibus, qui fortè aderant, Arſindus ſpoliavit Sabellium.

Accuſantur: capiuntur: detruduntur in carceres: tandemque examinandi ad Tribunal ducuntur.

An, qui invaſorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi homicidium commiſiſſe ſe dicat, mentiatur?

Sedet in Areopago (in ipſo cauſæ ſanguinis diſcutiebantur) Trogus, & Milonem interrogat, *Occidiſti-ne Clodium?* Et Ego aſſero hanc Interrogationem per Tribunal reſtringi, ut de homicidio injuſto & criminoſo ſit, non autem de honeſto & laudabili. Verba ergo Trogi per Tribunalis circumſtantiam reſtricta, erunt hæc, *Occidiſti-ne criminosè Clodium?* Et modò convertens ad Milonem oculos, quid ſit reſponſurus auſculto. Poteſt dicere, *Feci*: poteſt, *Non feci*. Mentietur ſanè, ſi audeat dicere *Feci*, non enim ipſe criminosè invaſorem occidit: Vt ergo Verum dicat, & Iudici directè reſpondeat, *Non feci* dicet.

Nihil ſciebatur de Adulterio apud Lacedæmones.

Non ſumus apud Spartanos, aut ſaltem non ſumus in Lycurgi temporibus, ſub quo tanta fuit pudicitia, ut nulla contra adulteros lex ſuccelamaret, pœnaque nulla edicto publico fulminaretur. Plutarchus *in apophth. Lacon. & in Lycurg.* Mutantur tempora; & cum ætate mores, & ideò adulterium Iſidorus commiſit. Eſſe probationes non poſſunt, & tamen Reus agitur, citatur ad Tribunal, & interrogatur à Iudice, dicente, *Commiſiſti-ne adulterium cum tali?* Et hæc Iudicis verba, inquam Ego, per Tribunalis circumſtantiam reſtricta, iſtis æquivalent, *Adulterium-ne, politicè, hoc eſt, ita ut probari poſſit, commiſiſti*, nam in Tribunalibus publicis, non de quibuſcumque delictis, ſed de illis tantùm agitur, quæ poſſunt per teſtes probari: quoniam, ut ſcitè ſemel dixit Bernardus, & Ego centies repetii, *Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt*. Modò igitur, ſiquidem rem ipſam ſcimus, & interrogationem percallemus, quid ſit Iſidorus Iudici reſponſurus, videamus. Mentietur ſanè, ſi dicat; *Adulterium commiſi*, reſtringitur enim per Interrogationem Reſponſio, & ipſe, quale in Interrogatione quæritur, non commiſit. Vt ergo directè interrogationi ſatisfaciat, *Non commiſi* reſpondere debebit.

…ans occulte reus, ſi illud in Iudicio ſe commiſiſſe dicat, mentiatur?

Quod juridicè probari non poteſt, civiliter infectum eſt.

Quod ex uno capite deberet dici poterit ex alio negari.

Ad Tertium venio. Eſt verum Arſindum peccaviſſe, & coram teſtibus, Ergo quid reſpondebit Iudici interroganti, *Spoliaſti Sabellium?* Hæc Interrogatio per circumſtantiam Tribunalis reſtricta tranſit in hanc, *Criminosè, & coram aliquo teſte ſpoliaſti Sabellium?* At criminosè Arſindus & coram duobus hoc delictum commiſit. Ergo-ne fateri tenebitur? Tenebitur ſanè ex his duobus capitibus, ſed tertium adhuc ſupereſt, ſine cujus examine nihil poteſt decidi. Videat Arſindus igitur, An Iudex, à quo examinatur, ſit legitimus: nam ab illegitimo, non niſi illegitimè poteſt examinari. Cæterùm, ſi legitimus ſit, perſpiciat adhuc, an procedat legitimè, hoc eſt, an formam à Iure præſcriptam obſervet? At reperit ſe poſt meram accuſationem ante ſemiplenam informationem, aut indicia, quæ ſemiplenam exæquent, interrogari, & poſtulat, ut Interrogationem ipſam recognoſcamus, & quid importet explicemus. Erat illa, *Spoliaſti Sabellium*, & ajo eamdem per Iudicis circumſtantiam reſtrictam æquivalere huic. *Spoliaſti-ne Sabellium homologicè, hoc eſt, ita ut delictum mihi revelare & fateri tenearis?* At ante informationem, ſaltem ſemiplenam, Iſidorus non tenetur fateri: aperiat ergo oculos, Iuridicæque Interrogationis apices accuratè conſideret. De delicto quod Reus debeat fateri, illa agit: Ergo, ſi *Non ſpoliavi* dicat, benè reſpondebit & verè: ſi verò *Spoliavi* dicat, male & falsè.

N. B.
Vt fateri teneatur Reus, debet rem criminosè, politicè & homologicè ſimul commiſiſſe. Si vel una ex his circumſtantiis deficiat, non tenetur.

An illegitimè, hoc eſt, contra Iuris formam interrogatus, ſi fateatur crimen, falſum dicere cenſendus ſit?

HAEC DOCTRINA Sacramentali Tribunali

Digitized by Google

An poſſit Reus ſuo jure cedere?

An criminis occulti Reus, ſe accuſare poſſit, etiam in cauſa capitali?

nali de quo ſupra agemus, poterit applicari: hic autem obiter notandum eſt, *Favores non concedi invitis*, & ſicut poteſt Pœnitens cedere jure ſecreti & permittere, ut Confeſſarius, ubi expediat, ſua peccata revelet; ſic in Politico Tribunali poſſe Reum cedere ſuo jure, quod Publicæ Leges concedunt; & hac ceſſione poſita poſſe non ſolùm ante informationem plenam, ſed ante ſemiplenam reſpondere, immò etiam ante omnem Accuſationem ſe prodere, & manibus Iuſtitiæ tradere, ut crimen verè, ſed ſecretè, commiſſum, etiam perdendo vitam, expiet. Ita Sancius *diſp.* 46. *num.* 13. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 7. §. *Notandum.* & ex eo Cotonius *in Summ. verb. Occidere. num.* 37. & *verb. Reus num.* 4. Ergo, ſi ceſſeris ſuo jure, ſi homicidium (quod, vel ſine crimine, vel ſine teſtibus, vel ſine obligatione reſpondendi, commiſit) fateatur, non eſt cenſendus falſum dicere.

An tunc, ſi crimen ſe commiſiſſe dicat mentiatur?

CAPVT II.

ECCLESIASTICVM.

Multæ reſolvuntur Quæſtiones, quæ Religionem Orthodoxam concernunt.

Multis ſignorum generibus loquuntur homines.

LOquimur, ut toto hoc libro oſtendimus, verbis, factis, nutibus, geſtibus, ſignis, &c. unde ſcitè Sanctus Thomas *quod libr.* 12. *art.* 16. interroganti, *An in aliquo caſu liceat revelare confeſſionem?* reſpondet, *quod non; nec enim verbo, nec facto, nec nutu, nec aliquo ſigno licet id facere, quia eſt ſacrilegium.* Ergo, ſi interrogaretur, An in aliquo caſu liceat falſam Religionem profiteri? reſpondere deberet, *quod non: nec enim verbo, nec facto, nec nutu, nec aliquo ſigno* (veſte, pileo, torque, aut inſigni) *licet id facere; quia eſt ſacrilegium.*

Nullo modo poteſt Confeſſio Sacramentalis revelari.

De cæremoniis.

Ergo in ſequentibus de Novæ Legis Sacramentorum cæremoniis, & illarum Eccleſiaſtica ſignificatione; nec non de Ethnicorum ornamentis & ritibus diſputaturi, uberioris doctrinæ gratia, breviter præmittamus. Quæratur igitur, *An poſt Chriſti paſſionem obſervari poſſint cæremoniæ legales abſque culpa mortali?* Reſpondet D. Thomas *in* 1.2. *quæſt.* 103. *art.* 4. *in corp.* [Dicendum quod omnes cæremoniæ ſunt quædam proteſtationes fidei, in qua conſiſtit interior Dei cultus. Sic autem fidem interiorem poteſt homo proteſtari factis, ſicut & verbis, & in utraque proteſtatione ſi aliquid homo falſum proteſtatur, peccat mortaliter. Quamuis autem ſit eadem fides, quam habemus de Chriſto, & quam antiqui Patres habuerunt; tamen, quia ipſi præceſſerunt Chriſtum; nos autem ſequimur, eadem fides diverſis verbis ſignificatur à nobis, & ab eis; nam ab eis dicebatur, *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*, quę ſunt verba futuri temporis; nos autem idem repræſentamus per verba præteriti temporis dicentes, *Quòd concepit, & peperit*: Et ſimiliter cœremoniæ veteris legis ſignificabant Chriſtum, ut naſciturum, & paſſurum, noſtra autem ſacramenta ſignificant ipſum natum & paſſum. Sicut igitur peccaret mortaliter, qui nunc ſuam fidem proteſtando diceret *Chriſtum naſciturum*, quod antiqui piè & veraciter dicebant: ita etiam peccaret mortaliter, ſi quis nunc cœremonias obſervaret, quas antiqui piè & fideliter obſervabant. Et hoc eſt, quod Auguſtinus dicit contra Fauſtum. *Iam non promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quod illa Sacramenta quodammodo perſonabant; ſed annuntiatur quòd natus ſit, paſſus ſit, & reſurrexit, quòd hæc Sacramenta, quę à Chriſtianis aguntur, jam perſonant.*

Per illas loquimur, & Religionem proteſtamur.

Quomodo Lex Vetus & Nova differant inter ſe?

Cur potente hodie, qui legẽ antiquam profitentur?

Quid Veteris & Novæ Legis Sacramenta ſignificent?

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS X.

De Reſtrictionibus, quæ in Sacramentorum Formis veniunt neceſſariò admittendæ.

Rerum, quæ ſunt dicenda, cum præcedentibus connexio.

EGimus de impoſitione manuum; illamque, tametſi materialiter unam, juxta diverſitatem circumſtantiarum in diverſis Sacramentis & præcipuè apud Græcos reſtringi, qua potuimus brevitate dilucidavimus. Sed adhuc ulteriùs pergimus quoniam doctrinæ ſimilitudo poſtulat, ut videamus, an etiam, & quomodo Formarum Sacramentalium verba, ſi fortè latè pateant, reſtringantur?

SECTIO I.

De Sacramento Baptiſmi.

VT omnia expreſsè fiant vult Catholica Eccleſia, & ideò in Baptiſmo hæc forma utitur, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Illud *ego* includitur in verbo *baptizo*; & ideò ad majorem expreſſionem, non autem ex neceſſitate profertur. Eſt ſententia communis contra aliquos, quorum Abbas *in cap. ſiquis, de baptiſm.* & Aureolus *diſt. 3. quaeſt. 1.* meminerunt. Nos illam docent Innocentius III. *in cap. 1. de baptiſm.* & *cap. retulerunt. de conſecr. diſt. 4.* S. Thomas *quaeſtione 66. art. 5.* & ſuadet Leander *tra 2. de baptiſm. diſp. 3. quaeſt. 2. pag. 32.a.* his verbis. [Et clarè probatur etiam exemplo Eccleſiæ Græcæ, quæ ſine pronomine illo, baptizat, cùm hac utatur forma; *baptizetur* aut *baptizatur ſervus Chriſti*, (Petrus vel Ioannes) *in nomine Patris, & Filii & Spiritus-Sancti, Amen*. Qua ratione Peſantius *in 3. p. quaeſt. 66. diſp. 4.* docet; quòd prædicta particula *ego*, nequidem implicita, eſt neceſſaria. Quod antea docuit D. Thom. quem refert & ſequitur Vega *cap. 13. caſu 7. colum. mihi. 211.* & poſt hos Hurtado *diſp. 2. difficul. 7.* Legantur Vaſquez *diſput. 152. cap. 3.* Archangelus *diſp. 3.* Bonacina *loc. cit. num. 11.* Sayrus *libr. 1. de Sacramentis in genere cap. 4. art. 4.* & alii apud ipſos, quos noviſſimè ſequitur Dicaſtillo *loc. cit. num. 79.* ubi probare intentat, quod in verbo *baptizo*, non ſolùm implicitè, ſed etiam explicitè ſignificetur prima perſona.

An pronomen ego in Baptiſmi forma neceſſariò ponatur?

An valeat Baptiſmus, ſi omittatur?

An, ne quidem implicitè ſit neceſſarium?

An pronomen Ego expreſsè in verbo Baptizo includatur?

Recognoſco hæc Leandri verba, & pronuncio omnes illos Authores aſſerere non eſſe neceſſarium illud *ego*, at non omnes dicere, nequidem implicitè debere poni: quoniam hoc non contingeret, ſi quis diceret *Te baptizo in nomine Patris*, &c. quia in verbo *baptizo*, illud *ego* includitur; &, ſi velis expreſsè; idem enim eſt dicere *amo*, ac *ego amo*: haberet autem locum ſiquis participio, aut gerundio uteretur, & diceret, *Baptizans te in nomine Patris*; &c. aut *Baptizando te in nomine Patris*, &c. in his enim duobus caſibus verba ipſa nec expreſsè, nec implicitè pronomen *ego* important: &, ſi hæ ſunt formæ ſufficientes, eſt vera ſententia Peſantii, & aliorum, quibus eam Leander attribuit. Sed unde in his duabus formis pronomen ſubintelligetur? Attende. Solet Hiſpanus quando amicum inviſit, dicere cum ingreditur, *Beſando las manos de uſted.* ſubintelligitur, *Yo entro aqui*. Et hoc non dicitur, quia fit & videtur, & quæ videntur, intelligi poſſunt, quin dicantur. Ergo ſimiliter per circumſtantias concurrentes, quando quis diceret *Baptizando te*, &c. vel *Baptizans te*, &c. ſubaudiri & ſubintelligi poſſet, *Ego ſum*, ut totus ſenſus eſſet, *Ego ſum baptizans te in nomine Patris*. &c. Et hæc doctrina neceſſariò habet locum in lingua Hebræa, cujus *Benoni* nō eſt præſens, ſed participium præſentis: nam POQED, eſt *viſitans*, & non *viſito*: & ANI POQED, eſt *ego viſitans*: quam ob rem forma Baptiſmi, dicunt ANI TOBEL LECA. *Ego baptizans te*. Ergo ſublato pronomine EGO non remanet *Baptizo te*, ſed *Baptizans te*, & tunc per circumſtantiam perſonæ baptizantis illud *Baptizans* ad primam perſonam reſtringeretur. Nec multum hinc abſunt Syri, Chaldæi, & inter eos Maronitæ præcipuè, qui dicunt ENO MAAMEDNO LOC. &c. ad literam, *Ego baptizans-ego te* &c. ubi ſublato pronomine ENO, *Ego*, manebit tantummodò MAAMED, *baptizans*. Et quia idem eſt, qui loquitur, & qui facit, quando ego te bap-

An uti poſſim participio loco verbi?

An, quando & cur in participio pronomen ſubintelligatur?

Salutandi amicos apud Hiſpanos mos.

Benoni *Hebræorum participium eſt & non verbum.*

De forma Baptiſmi in lingua Hebræa.

De eadem forma juxta linguam Chaldaicam, ſeu Syriacam.

baptizo & dico, *Baptizans ſe*, ſubintelligor dicere, *Ego ſum baptizans ſe*. Et hoc modo Peſanti opinio propugnatur. Sed quia dicebat Leander clarè eam probari ex forma, qua Græci utuntur, illam ſubjicio.

Qua forma Græci in Baptiſmate utantur?

Βαπτίζεται non eſt baptizetur in Subjunctivo, ſed baptizatur in Indicativo.

Græcorum forma in Baptiſmo eſt, Βαπτίζεται ὁ δȣ̃λος τȣ̃ Θεȣ̃ ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τȣ̃ πατρὸς, καὶ τȣ̃ υἱȣ̃, καὶ τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος, ἀμήν. *Baptizatur ſervus Dei (talis) in nomen Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti*. Attende *Baptizatur*, dicunt, & non *Baptizetur*: unde ceſſat quæſtio illa apud Latinos excitata, quæ ſupponit Optativo, aut Subjunctivo, & non Indicativo Græcos uti; & inquirit; An forma Græca ſit ſufficiens. Portò hanc eſſe illam ipſam formam, qua utuntur Græci Parrochi, certum eſt, nam eam deſumpſi ex libro, qui inſcribitur Σύνοψις τῶν θείον καὶ ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας Μυςηρίων *Compendium Divinorum & Sacrorum Myſteriorum (Sacramentorum) Eccleſiæ*. Et fuit editus Romæ typis & impenſis Sacræ Congregationis de propaganda Fide, anno 1633. in ipſo *pag.* 18. invenitur hæc forma. Ecce Ego, ſi jubear uti ritu Græco dicam Βαπτίζεται ὁ δȣ̃λος τȣ̃ Θεȣ̃. *Baptizatur ſervus Dei*. Sed à quo ? πρὸς ἐμȣ̃, *à me*. Sed hoc πρὸς ἐμȣ̃ *a me*; quod non dicitur, & tamen ſubauditur à quo ſignificatur? non à verbis: nam, ſi Petrus baptizaret Ioannem, & ego interrogarer, *Quidnam Ioannes faceret?* eiſdem verbis, uterer & reſponderem, Βαπτίζεται ὁ δȣ̃λος τȣ̃ Θεȣ̃ Ἰωάννης πρὸς Πέτρȣ *Baptizatur ſervus Dei Ioannes à Petro*. Ergo non habent verba vim, ut illam actionem, cui correſpondet paſſio, quam ſignificant, ad primam perſonam reſtringant: & tamen verba reſtringuntur: ergo eſt aliquid, quod reſtringat. Sed quid hoc? Non actus mentalis baptizantis, nam illum circumſtantes non vident, & tamen illud πρὸς ἐμȣ̃ *à me*, ſubaudiunt. Quid ergo eſt, quod has particulas illis ſignificet? Ipſa perſona, quæ baptizat; ipſamet baptizandi actio; nam, ſi ego de facto baptizo Ioannem: & illum baptizando dico Βαπτίζεται ὁ δȣ̃λος τȣ̃ Θεȣ̃ Ἰωάννης. *Baptizatur ſervus Dei Ioannes*, quia omnes illi vident, quod baptizatur à me, tametſi ego non dicam, omnes ſubaudient, omnes ſubintelligent illud πρὸς ἐμȣ̃ *à me*. Ergo ibi Reſtrictio, non à mente, ſed à perſona & operatione deſumitur.

Cur πρὸς ἐμȣ̃ à me, ſubauditur in Græcorum Baptiſmo?

Reſtrictio non à mente, ſed à perſona baptizante, & ab ipſa operatione deſumitur.

N. B.
Manus humano ſanguine maculatæ ſacra non debēt tangere.

HAbuerunt Ethnici ſua baptiſmata, in quibus non ſolùm reales ſordes, ſed morales maculæ eorum opinatione abluebantur. Virgilius *libr.* 2. *Æneid.*

Tu Genitor cape Sacra manu, patrioſque penates:
Me bello è tanto digreſſum, & cade recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Corpus abluere.

Et poſteà *libr.* 4:

Tunc breviter Barcem nutricem affata Sichai
(Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat)
Annam, chara mihi nutrix, huc ſiſte ſororem:
Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha,
Et pecudes ſecum & monſtrata piacula ducat,
Sic veniat, tuque ipſa pia tege tempora vitta.

Corpus aqua ſpargere.

Et pauld antè dixerat.

Stant aræ circùm: & crines effuſa Sacerdos, &c.
Sparſeras & latices ſimulatos fontis Averni.

Et *lib.* 6. apud Cyclopum mœnia.

Occupat Æneas aditum, corpuſque recenti
Spargit aqua, ramumque adverſo limine figit.

N. B.
Omnes ceremoniæ Eccleſiaſticæ ſecúdum ſe conſideratæ, nec ſacræ, nec prophanæ videntur: cæterùm per loci, temporis, & perſonæ circumſtantias reſtrictæ in civiles, vel religioſas tranſeunt.

Vide Macrobium *libr.* 3. *cap.* 1.

Et quidem *libr.* 1. *Æneid.* ſe vult abluere in fluvio Æneas, & hæc ablutio profana aut religioſa eſſe poterat: & in Ænea à cauſa & fine ad Religionem reſtringebatur: qua enim mundabatur, ut ſimulacra Deorum dignè tangeret.

Alter locus etiam Reſtrictionem dilucidat. Ob multas cauſas aquam ſpargimus, ſed hæc ſparſio per pecudes & piacula, quæ comitabatur, & per Sacerdotalem vittam reſtricta, ad Religionem pertinebat.

Vt ſciamus, quid illud *ſic* importet, oportebit ad Didòa convertere oculos, ejuſque greſſum, & habitum conſiderare.

Poſteà τὸ *ſpargere latices*, per perſonam ſpargentem reſtrictum, eſt ceremonia religioſa.

Tandem ille ramus aquam prophanè ſpargeret, niſi per dedicationem reſtringeretur. Nam Æneas *libr.* 6. illum affigens limini conſecravit Proſerpinæ.

N. B.
Aquæ luſtralis uſus, ut conſpicis, antiquis Gentilibus placuit: & à ſuperſtitione emaculatus piè & ſanctè ab Eccleſia obſervatur.

SECTIO II.

De Confirmationis Sacramento.

Qua forma in ejus collatione utamur?

FOrma communis & in Eccleſia recepta in Confirmationis Sacramento eſt *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris & Filii & Spiri-*

Spiritus-Sancti. Ita Concilium Florentinum; ita & Catechiſmus Romanus *pag.* 225. S.Thomas *quaeſt.*72.*art.*4. quem omnes Doctores ſequuntur, aſſerentes, hanc eſſe formam à Chriſto traditam., & ab Apoſtolis promulgatam. Si interroges, An omnia hæc verba ſint neceſſaria? negabunt doctiſſimi Viri: quoniam Guillielmus Eſtius *in* 4 *diſt.*7.§.10. Baſilius *tract. de Confirm.part.*2.*cap.*7. & alii aſſerunt illa verba *ſigno Crucis* non eſſe neceſſaria, nam ipſa actione Epiſcopi qui confirmandi frontem in formam Crucis inungit, conſignificantur. Alii etiam excludunt illa vera, *Chriſmate ſalutis*. Vnde cùm remaneant illa duo *Signo*, & *Confirmo*, quæ videntur coincidere (nam illud priua actionem externam, & poſterius internam hujus Sacramenti operationem conſignificat) putant ſufficere alterutrum, ita ut tota forma ſit, *Confirmo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti*; quam liber qui *Ordo Romanus* inſcribitur, in officio Sabbati Sancti præſcribit. Et hanc formam probabiliter admitti poſſe, Henriquez *libr.*3.*cap.*2.*num.*4. *in Gloſſ. litera* t. Diana *part.*8.*tract.*4. *reſol.* 27. Leander *tract.*3.*de Confirm.diſp.*4.*quaeſt.*16.*pag.*70.*a.* & alii Doctores affirmant.

Quænam in illis verba ſint neceſſaria & eſſentialia?

An, & quomodo differant ſigno, & confirmo?

Hinc progreditur ingenioſa Curioſitas, & interrogat, An vertendo in paſſivam formam ex Ordine Romano deſumptam, poſſit dicere Epiſcopus, *Confirmetur ſervus Chriſti N.in nomine Patris* &c.? Aſſerunt Bellarminus *de Confirm.cap.*10. Vega *caſ.*4.*tract.de Confirm.part.*2.*cap.*7. Henriquez *libr.*3.*cap.*2.*num.*5. Bonacina *diſp.*3.*quaeſt. ult. punct.* 3. *num.* 9. qui Suarium *diſp.*33.*ſect.*5. & Reginaldum *num.*33. adlegat. Et hanc doctrinam eſſe probabilem docet Leander *loc. cit. quaeſt.* 18. nam oppoſitam vocat probabiliorem. Si autem interrogetur, An ſit ſufficiens forma hæc, *ſignetur* (aut *ſignatur*) *ſervus Chriſti* N. *ſigno Crucis*; *& confirmetur* (aut *confirmatur*) *chriſmate ſalutis, in nomine Patris*, &c. ipſe Leander contra Philippum de Cruce *tract.de Confirm.fol.*144. qui adhæret negativæ ſententiæ, aſſerentem jubet eſſe probabiliorem, reſolvitque Epiſcopum ſic confirmantem validè quidem procedere, ſed peccare mortaliter; quia operaretur contra uſum univerſalis Eccleſiæ, tam Latinæ, quàm Græcæ: & addo, peccare mortaliter: nam ſubditi habent jus ut petant certam Confirmationem ab Epiſcopo, & ipſe deeſſet ſuo muneri concedendo illis incertam, & merè probabilem, cùm poſſit ſine ullo damno proprio aut periculo certam conferre. A Leandro ſunt Nugnus *quaeſt.*72.*art.*1. *diff.*1. Diana *part.*8.*tract.*4.*reſol.*27. Petrus de Ledeſma *tract. de Confirm. cap.*3. *in fin.* Dicaſtillus *dub.*7.*num.*75. Henriquez, Suarez, Reginaldus, & alii.

An hoc Sacramentum per paſſivam, & ſubjunctivum poſſit conferri?

An, qui illud ſic conferret peccaret mortaliter?

An teneatur Epiſcopus certa & non probabilia ſuis ſubditis Sacramenta conferre?

Ego formam per Optativi modum expreſſam rejicio: nam fundatur in opinatione, quæ aſſerit Græcos in Baptiſmatis forma Optativo uti, & non Indicativo, quę eſt evidenter falſa: Græci enim Indicativo utuntur, ut vidimus *ſect.* 1. Ergo & nos utendo Indicativo formam hanc, *Confirmatur ſervus Chriſti N.in nomine Patris*, &c. vel hanc, *Signatur ſervus Chriſti N.ſigno Crucis, & confirmatur chriſmate ſalutis, in nomine Patris*, &c. conſideremus.

Optativus rejicitur.

Forma, per paſſivam expreſſa, ad indicativum reducitur.

Signatur & confirmatur, dicit Epiſcopus: jam audio. Sed quis? *ſervus Chriſti N.* Hoc etiam audio. Sed à quo? Hoc verba non dicunt: & poſitis eiſdem verbis poſset perſona agens mille modis variari. At in hoc Sacramento non eſt ſignificatio indefinita, ſed ad perſonam realem reſtricta & determinata. Non illam reſtrinxit mente Epiſcopus: nam ego Reſtrictionem percipio, & mentem Epiſcopi non cognoſco, non intueor, ſed ex circumſtantiis adjacentibus rimor. Ergo, quando Ego video Petrum ſignari & confirmari de facto ab Epiſcopo, & audio dicentem. *Signatur & confirmatur*; quia video à quo id fiat, ſcio illa verba per ipſammet perſonam operantem reſtricta æquivalere his *Signatur & confirmatur à me*. Ergo in caſu, quãdo, *ſignatur & cõfirmatur*, audio; illud *à me* ſubaudio. Hæc autem dicuntur ex hypotheſi, quæ eruditioni & ſpeculationi puræ ſervit; in praxi enim tenentur, ut paulò antè dicebamus, Epiſcopi, uti formis ab Eccleſia præſcriptis: & id ſub peccato mortali.

Vnde in illis ſit petenda Reſtrictio?

Quæ verba audiantur, & quæ ſubaudiantur?

SECTIO III.

De Sacramento Extremæ-Vnctionis.

NEſcio, cur Leander Extremam-Vnctionem tertio loco poſuerit; cùm Hiſpanorum Catechiſmus illam proponat quinto: ſed quia parum refert illam hoc vel alio loco exponere, illam in iſto ediſſeramus.

Forma, qua utimur in hoc Sacramento eſt; *Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid deliquiſti per viſum.* Et repetitur ad ſingulos ſenſus illum nominando, qui inungitur.

Quæ ſit ejuſdē forma?

Et petis primò, *An illa vox*, ſanctam, *ſit de eſſentia Confirmationis?* Reſpondent negativè Diana *part.*9.*tr.*4. *reſol.* 175. Nugnus *quaeſt.*29.*art.*9.*concl.*2. Palaus *tract.*

An, & cur omittere poſſim vocem ſanctã?

26.*punct*.4.*n*.4.Leander *tract*.4.*diſp*.2. *qu*. 22.*pag*.80.*b*. Reginaldus, Pitigianus, Ægidius, Bonacina, & alii Doctores communiter. Sed cur? Quia illo verbo omiſſo adhuc ſenſus manet integer, inquiunt ipſi: Ego autem aliam rationem addo, quia illa vox *ſanctam* à circumſtantiis adjacentibus conſignificatur; ſufficit enim dicere *unctionem*, ut nos, qui illud oleum eſſe benedictum ſcimus, & gratiam conferre firmiter credimus illam eſſe *ſanctam* ſubaudiamus & ſubintelligamus.

An, & cur, ſubaudiri debeat, ſi omittatur?

Petis ſecundò; *An illa verba*, & ſuam piiſſimam miſericordiam, *illaſo Sacramenti valore omitti queant?* Aſſerunt S. Thomas *in* 4.*diſt*.23.*quaſt*.1.*art*.4.*quaſtiunc*.3.Suarius *diſp*.4.*ſect*.3.*num*.13. Dicaſtillus *diſp*. 1.*dub*.4.*num*.68.Trullenchius *lib*.5.*cap*. *de Extrem. Unct*.*dub*.2.*num*.10.Diana *part*.9. *tract*.4.*reſol*.175.& 180.Leander *tract*.4. *diſp* 2.*quaſt*.19.Angles *de Extr.Unct*.*art*.1 *diff*.5.Henriquez *lib*.3.*cap*.8.*num*.3.Nicolaus Plovè *de Extrem. Unct*.*pag* 34. Archangelus *diſt*.23.*pag*.273.Reginaldus *lib*. 28.*num*.56. Filliucius, Ægidius, Layman, Pitigianus, Bonacina, Ochagavia, Peſantius, P.Cañendus, & alii. Illorum ratio eſt: Nam hæc verba non ſunt de ſubſtantia formæ, cùm adhuc maneat ſenſus integer, etſi illa omittantur. Hancque ego rationem confirmo. Nam illa verba à circumſtantiis ſignificantur. Qui enim imploratur, eſt Deus. Et, cur imploratur? Quia ex juſtitia peccatori dare gratiam tenetur? minimè: nam peccatis, non gratiæ, ſed ſupplicia debentur. Cur ergo? Quia eſt clemens, miſericorſque: unde dicebat David Pſalm.50. *Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam*. Et Pſalmo 129.*De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam*; quem verſum, quidam vir eruditus, ſic tranſtulit.

De illis verbis, & ſuam piiſſimam miſericordiam.

An ſubſtantialia ſint? An & cur illaſo Sacramenti valore omitti poſſint?

Peccatis non gratia, ſed ſupplicia ex juſtitia debentur.

Del profundo de mi error,
Te llamè, porque tu eres,
Quien ſolo puedes y quieres
Ayudar al peccador.

Ergo cùm gratias petimus, non Iuſtitiam, ſed Miſericordiam implorare debemus.

Ergo idem eſt orare Deum *ut peccatis indulgeat*, quàm orare *ut indulgeat ſecundum magnam miſericordiam ſuam*. Ergo verbum *indulgeat*, tametſi ſecundum ſe variè uſurpari poſſit, per Deum, qui eſt, qui oratur; & per peccata quæ indulgentiæ ſunt terminus, reſtringitur, ut *per piiſſimam miſericordiam*, & non per juſtitiam, aut aliam viam poſſit effectum obtinere.

Petis tertiò; *An nominari acceſſoriò debeat ille ſenſus, qui ungitur?* Negant Diana *part*.9.*tract*.4.*reſol*.175.& *tract*.7.*reſol*.46. & *part*.10.*tract*.12.*reſol*. 32. Dicaſtillus *diſp*.1.*dub*.4.*num*.68. Aureolus *in* 4. *diſt*. 23.*art*.1.Reginaldus *libr*.28.*num*.56. Coronius *in ſumm.verb. Extr. Unct*.*num*.12. Ægidius, Hurtadus, Bonacina, Petrus à Sancto Ioſepho Præpoſitus, & alii, quorum ſententiam eſſe probabilem putat Leander *tract*.4.*diſp*.2.*quaſt*.21.nam oppoſitam cui adhæret, vocat probabiliorem. Reſolutionem habes, &, ſi rationem petas, reſpondet Dicaſtillus, *quia per illa verba, & unctionem factam in illa parte ſatis ſignificatur ſenſus, qui lingua non dicitur*. Ecce habes totius hujus libri doctrinam paucis verbis expreſſam. Verba ſignificant, ſed æquivocè, & largè: & quia moribundus per omnes ſenſus peccavit, cùm, *quidquid deliquiſti*, dicit Parrochus, & nullum ſenſum lingua exprimit, dicit aliquid univerſale, quod ad ſingulos ſenſus debet reſtringi & contrahi. Et, quia unctiones concomitantes conſignificant, quando Parrochus oculos inungit dicendo; *quidquid deliquiſti*, hæc illa unctio verba ad viſus peccata reſtringit; ita, ut ſenſus integer ſit, *quidquid deliquiſti per viſum*: & quando aures ungit dicendo ſimiliter, *quidquid deliquiſti*, hæc verba reſtringit ad auditus peccata, ita ut integer ſenſus ſit, *quidquid deliquiſti per auditum*. Et idem dicendum eſt de ſenſuum aliorum unctione. Ergo quando inunguntur oculi, & dicitur, *quidquid deliquiſti*, ſubauditur *per viſum*: & quando inunguntur aures, & dicitur, *quidquid deliquiſti*, ſubauditur, *per auditum*, &c. Ergo, quia ſemper habemus conſignificantes circumſtantias, non eſt cur aliquando ad Reſtrictiones mentales recurramus.

De ſenſibus, qui inunguntur, an debeat nominari?

De actionum conſignificatione.

Unctio ipſa reſtringit verba ad illum ipſum ſenſum, qui inungitur.

Reſtrictionibus mentalibus nõ indigemus.

SECTIO IV.

De Pœnitentia Sacramento.

Pœnitentia ſecundum ſe conſiderata, Virtus eſt, & neceſſaria hominibus; peccant enim, & per Pœnitentiam à peccatorum ſordibus emaculantur. Græcè Μετάνοια, *Metanœa* dicitur, nam μετὰ eſt *trans* & νοῦς *mens*, quòd Pœnitentia mentis ſit tranſmutatio. Auſonius Epigramm.12.

De Pœnitentia Virtute.

Μετάνοια. *Quid illa ſit?*

Sum Dea, qua facti, non factique exigo pœnas;
Nempe ut pæniteat, ſic Metanœa *vocor.*

Et quidem facti, & non facti; unuſquiſque enim rerum; nempe factarum, quas debebat non facere; & non factarum, quas debebat facere, ſub Iuſtitia Infinita luet pœnas; quod & ſolo naturali lumine ducti cogno-

De factis & non factis Deo rationem exhibere debemus.

cognoverunt Gentiles: Trojani enim contra Africanos apud Virgilium exclamabant.

Virgilius Æn. 1.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi atq; nefandi.

De Deæ nomine. An Virtutem ſignificet?

Nomine *Dea* Auſonius *Virtutem* intelligit, ut inde colligas Metanœam eſſe habitum, vi cujus hominem male factorum pœnitet, manetque honeſtè & ſanctè operandi voluntas.

De Pœnitentia perfecta & imperfecta.

Pœnitentia, aut eſt Perfecta aut imperfecta. Illa eſt, quæ ab actu Contritionis procedit: hæc, quæ naſcitur ab Attritione. Illa ſola ſine Sacramento Pœnitentiæ juſtificat: & quia difficilis eſt, Ieſus-Chriſtus, Clementiſſimus Dominus,

Cur inſtitutũ ſit Pœnitentia Myſterium?

Pœnitentiæ Sacramentum inſtituit, quod Metanœa defectus & imperfectiones ſuppleret. Habet illud tres partes: Con-

De ejus partibus.

feſſionem doloroſam, abſolutionem, & ſatisfactionem. Confeſſio doloroſa, eſt quæ cum dolore fit: & procurandum eſt ut dolor ſit conterens, ſciendum tamen cum Sacramento in re dolorem atterentem ſufficere. Sed hæreamus tantiſper, & de ſingulis Pœnitentiæ ſacramentalis partibus in particulari diſſeramus.

Omnia Sacramenta materia & forma conſtituunt.

Sanè Pœnitentia, ſicut & alia Sacramenta, conſtat materia & forma: nam pro formali dicit Abſolutionem, pro materiali doloroſam Confeſſionem: & dicit Satisfactionem ut partem integrantem & complentem. Scio nonnullos Doctores has hujus Sacramenti partes alio numero claudere: & quia ex diverſis fundamentis procedunt, dividi in varias claſſes. Leander *tract.5.de Pœnit. diſp.1. quæſt.2.* quinque enumerat, & poſſet plures, ſi & illas ſubdiſtinguere vellet. At Ego, quia

De Pœnitentia partibus variæ opiniones in Schola traduntur.

non ſcribo hæc, ut Sacramenta dilucidem (hoc enim præſtat liber III. Theologiæ noſtræ Fundamentalis,) ſed, ut Reſtrictiones, quæ in illis inveniuntur, exponam, eligo opiniones ſecuras, & quæ habent in Scholis applauſum. Quam propoſui, nos docet S. Thomas *quæſt.84.art.1. & 2.* & *quæſt.90.art.2.* Sotus *diſt.17.quæſt.1. art.2.* Bellarminus *lib.1.de Pœnit. cap.17.* Granadus, Henriquez, Suarius, Ricardus, Alenſis, Guillelmus. D. Antoninus, Valentia, Lugo, Hurtadus, Vaſquez, Luyſius, Becanus, Ægidius, Nugnus, Bonacina, Candidus, Fagundez, Molfeſius, & eſt hodie communis.

§. De Confeſſione.

IN Confeſſione (nam ab illa oportet incipere) varias Reſtrictiones invenio.

Primò motis eſt, ut pœnitentes minùs doctos adjuvet Confeſſarius, & interro-

An Confeſſarii debeant interrogare pœnitentem?

gando viam aperiat, ut latebras conſcientiæ exponant: & tunc pœnitentis verba, quæ ſeorſim ſumpta determinatè nihil ſignificarent, reddunt integrum ſenſum per verba Confeſſarii reſtricta. v.g. dicit Confeſſarius, *Omiſiſti-ne aliquando audire Miſſam die feſto?* & reſpondet pœni-

An hujus verba per alterius verba reſtringantur?

tens, *Ter*; & ajo, illud *Ter* ſecundum ſe conſideratum patere latiſſimè, & de millenis rebus dici poſſe; at per interrogationem reſtrictum, æquivalere huic integræ propoſitioni, *Ter omiſi audire Miſſam die feſto.* [Et hic obiter nota, præter Theologos, cæteros pœnitentes multa in Confeſſione dicere, quæ poſſent tacere: & fœminas interdum cum majori verecundia circumſtantias peccatorum confiteri, quã ſubſtantiam; cum tamen illas, quæ non

Omitti poſſunt circumſtantiæ, quæ novam nõ addunt ſpeciẽ.

addunt ſpeciem, poſſunt omittere: & ideò etiam juvabuntur Aulici, Iuriſperiti, & Medici, ſi reſpondere ad interrogationes neceſſarias, & non diffundi per non neceſſarias narrationes jubeantur.]

Reſtringuntur interdum confeſſionis verba per pœnitentis ſtatum.

Secundò quando pœnitens, quem eſſe Conjugatum, aut Sacerdotem eſſe Confeſſarius cognoſcit, ſe fœminam cognoviſſe fatetur, in verbis conjugati circumſtantiam adulterii; & in verbis Sacerdotis circumſtantiam ſacrilegii ſubaudit: quia illa verba, *Cognovi unam fœminam*, quæ generica ſunt, ad adulterii ſpeciem per matrimoniũ, & ad ſacrilegii ſpeciem per ſacerdotium reſtringuntur.

Etiam aliquãdo per veſtes.

Tertiò, quando Religioſus ſimile peccatum confitetur, genericam confeſſionis ſignificationem veſtes reſtringunt, ut ſpeciem ſignificent determinatam.

Et tandem per notitiam ipſiuſmet Confeſſarii.

Quartò, in monaſterio N. ob cauſas graves præcipit Abbas, ne in locum A. monachi ſine ſua licentia ingrediantur. Fr. Ioannes ejuſdem Monaſterii Religioſo, qui hoc præceptum latum ibi eſſe ſcit, confitetur, & ait, *Semel ingreſſus ſum in locum* A & licèt ore nullum peccatum exprimat, confitetur bene; quia quod ipſe ſilet, exponunt conſignificantes circumſtantiæ. Ingredi in locum A. præſcindendo à præcepto, eſt actus indifferens, & non eſt confeſſionis materia; interim, hujus ingreſſionis confeſſio, per præceptum, quod Confeſſarius eſſe ſcit, reſtricta, eſt confeſſio inobedientiæ ſacrilegæ, & Confeſſionis neceſſaria materia. Et ſimile quid accideret illi, qui *ſe comediſſe carnes die Veneris* confiteretur. Nam etſi comedere carnes ex ſe ſit actus indifferens, poſito præcepto Eccleſiaſtico, univerſis notiſſimo, eſt peccatum mortale: & hæc malitia tametſi non dicatur expreſsè, ſubauditur.

Sufficiat hæc de Confeſſione dixiſſe: ad Abſolutionem tranſeamus.

§. De Abſolutione. Quæ verborum formula conſervatur?

FOrma in Pœnitentiæ Sacramento eſt, *Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* Quia tametſi aliæ interdum apud Authores antiquos reperiantur, hanc ſolam approbavit ut legitimam & veram Eccleſia. Et circa hanc formam

De pronomine Ego. An ad formæ eſſentiã & ſubſtantiã pertineat?

Quæris primò, *An illud* Ego *ſit neceſſariò pronunciandum?* Reſpondeo negativè; quoniam includitur in *abſolvo*, nec enim plus ſignificat, *Ego te abſolvo*, quàm *Te abſolvo*; ſicut *ſect.* 1. §. *Vt omnia*, idem erat dicere, *Ego te baptizo*, quàm *te baptizo*. Ita D. Thomas *3. p. q. 84. art. 3.* tametſi à Llamas *4. p. method. c. 2. §. 1. pag. 985*, adducatur pro ſententia contraria. Hanc longè probabiliorem cenſet Leander *tr. 5. diſ. 2. qu. 2.* Cajetanum, Navarrum, Nugnũ, Suarium, Vivaldum, Sà, Vaſquez, Lugonẽ, Ægidium, Candidum, Villalobos, Molfeſiũ, Luyſium, Hurtadum, Fagundez, Toletum, Ochagaviam, Henriquez, Sotum, Bonacinam, Granados, Vegam, Reginaldum, Archangelum, & alios, ut illam adfirmet, producens. Scio fuiſse, qui oppoſitam habuerint ſententiam: at hodie ita eſt recepta hæc, ut Moure *3. part. cap. 6. §. 7. num. 4.* aſſerat, de illa neminem dubitare.

Quid dici deberet, ſi hebraicè hoc Sacramentum conferretur?

Si dicas pronomen *Ego*, quod poteſt in lingua Latina aut Græca omitti non poſſe in Hebræa, in qua loco præſentis temporis utimur participio; & ideò ceſſaret ibi ratio: quia licet *Ego* in *abſolvo* claudatur, non clauditur in voce *abſolvens*. Reſpondebo illud idem pronomen *Ego* in verbo Βαπτίζεται, *baptizatur*, quo in Sacramento Baptiſmi utuntur Græci non includi, & tamen ob baptizantis circumſtantiam ſubintelligi. Porrò Confeſſarius in lingua Hebraica dicit, ANI MAZDIQ LECA. *Ego abſolvens te*. Et ſubintelligitur *ſum*. Et ſublato pronomine ANI, *Ego*, manet, MAZDIQ LECA, *abſolvens te*; & deeſt *Ego ſum*. Et, ſi hæc forma dicatur eſſe ſufficiens, illud participiũ *abſolvens te* per circumſtantiam tribunalis in quo Dei loco Sacerdos præſidet, reſtrictum erit *Ego ſum abſolvens te*: unde quando Sacerdos diceret, *abſolvens te*: ſubaudiri deberet *Ego ſum*. Quod à Sacramentali tribunali, & perſona Iudicis conſignificatur.

An participiũ, quod perſonã caret, per ipſiũ mox operationẽ ad primam perſonam reſtringatur?

De pronomine Te, an ſit in abſolutione ſubſtantiale?

Quæris ſecundò, *An pronomen* Te *ſit de eſſentia & ſubſtantia Abſolutionis?* RESPONDEO PRIMO verbum illud *abſolvo* debere ad pœnitentem contrahi & determinari: nam Abſolutio eſt ſententia, & hæc non poteſt pronunciari de re aut perſona incognita, ſed de certa & determinata.

Sententia debet eſſe de re determinata.

RESPONDEO SECVNDO in hac formula *Ego abſolvo à peccatis tuis*, ſubaudiri illud *te*; poterit igitur, ſiquidem ſubaudiri, omitti. Ita Lugo *diſp. 13. num. 24. pag. 196.* Et cur? Quia in voce illa *tuis*, illud *te* clauditur, inquit Lugo. At ego Lugonis concluſionem admitto, ſed rationem aſſero infirmam & debilem eſſe. Vnde ſic arguo, In voce *tuis* ſemper includitur vox *te*; vel aliquando includitur, & aliquando non includitur. Non primum, ergo ſecundum. Non ſemper includi, ſic probo. In hac oratione, *Ego me defendo à calumniis tuis*, nec dico, nec inſinuo me te defendere; ergo *te* non clauditur in *tuis*. Vera autem ratio eſt, quia illud in hoc caſu *abſolvo*, per vocem *tuis*, & alias circumſtantias reſtrictum, æquivalet voci *abſolvo te*. Nam cum Deus dixerit, *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur*, & iterum, *Filius non portabit iniquitatem patris*. Et cum Chriſtus inſtituerit Pœnitentiæ tribunal, ut pœnitens à ſuis peccatis abſolvatur, ſequitur ut, ſi ego abſolvo à peccatis tuis, à quibus nullum præter te poſſum abſolvere; ſequitur, inquam, ut abſolvam te. Ergo illud *te* non includitur in voce *tuis*, nec conſignificatur à ſola voce *tuis*, ſed ab hac voce & aliis circumſtantiis, quas propoſui.

An Vocula Te in Vocula Tuis includatur?

Vnde reſtringatur verbum abſolvo, ut debeat ſubaudiri illud te, etſi non exprimatur?

RESPONDEO TERTIO, Sacramentale Tribunal inſtar Politici erectum eſſe. At Romani veteres per duas literas A & C ferebant in cauſarum deciſione ſuffragia. Ergo nobis preferunt facem, ut ſciamus, quo debeamus modo in Pœnitentiæ tribunali procedere. Sanè A, variè accipi poteſt: nam ſi ſit dictio integra. eſt à, idem ac *ab* & deducitur à Voce ἀπὸ. Si initium vocis ſit, in notis erit *Auguſtus*, vel *ager*, vel *annus*, vel *aliquando*, vel *Aulus*, vel tandem *abſolvo*. Et quando inſcriptá marmori invenitur, ex vocibus aliis conſtat quomodo reſtringatur. C in notis erat *Cajus*, vel *Civis*, vel *Cauſa*, vel *Comitia*, vel *Centum*, vel etiam *Condemno*; & ex loco, & circumſtantiis ad hanc aut ad illam ſignificationem determinabatur: inuſta enim ſervi fronti denotabat *Captivum*. Et picta in nobilium Romanorum calceis *Cives* ab exteris & peregrinis diſtinguebat. Hæ duæ in Tribunalibus literæ, à loci circumſtantia reſtrictæ, erant *Abſolvo* & *Condemno*. Et ideò litera A, à Cicerone *ſalutaris* vocatur, & C poſſet dici *nociva*. Græci in cauſis capitalibus literis B & Θ utebantur, ut τὸν Βίον *vitam*, & τὸν Θάνατον *mortem* ſignificarent. Et huc adluſit Perſius Satyr. 3.

Priſci dabant ſuffragia per A, & C.

A Præpoſitio unde ducatur?

Quid C ſignificet in Notis?

Quid inuſta ſervo?
Quid in Nobilium calceis?

Litera ſalutaris; litera nociva, quæ?

Quid B, & Θ importent?

Et

Et poteſt et vitio nigrum præfigere Theta.

Calculum nigrum *Theta* vocat, quia etiam calculis albis & nigris, loco literarum latinarum A & C aut Græcarum B & Θ Iudices utebantur. Hinc *albus* pro viro bono & candido, & *niger* pro vafro & perverſo uſurpatur. Perſius.

Albus pro bono ſumitur & niger pro malo

—— *Per me equidem ſint omnia protinus alba.*

Et *pro Cæcin. de teſte Sex. Clodio Phormione* Cicero. *Nec minùs niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio*: & Horat.

—— *Hic niger eſt: hunc tu Romane caveto.*

His præmiſſis, mecum, Candide Lector, Senatum ingredi & attende.

Iudex producens unum C, aut dicens Cōdemno.

An nobis ſufficienter exponat, quem, propter quod crimen, & ad quā pœnam condēnaverit?

Iudex tacitus ob oculos poſuit unum C. Quid hæc litera importat? Tametſi multa & varia ſignificare poſſet, hic per loci (tribunalis) & perſonæ (Iudicis) circumſtantias reſtricta, ſignificat *Condemno.* Sed quem condemnat? Id verbum *Condemno* non dicit: & tamen ſubauditur; nam reum (illum cujus cauſa agebatur) poteſt condemnare & non alium. Sed cujus reum condemnat criminis, qui crimen ſubticet? illius, de quo inquiſitus fuerat & accuſatus; illius, de quo fuerat convictus. Et ad quam illum pœnam? ad illam quam leges præſcribunt. Vnde in Republica, quæ furta & rapinas expiat laqueo; ſi Clodius de furto accuſetur; & Iudex *Condemno* dixerit, ſubintelligitur perſona condemnata, ſubintelligitur cauſa, ſeu crimen cōmiſſum, & ſubintelligitur pœna, ut vox illa *Condemno*, quæ ſecundum ſe pateret latiſſimè per conſignificantes rei, proceſſus, & legis circumſtantias reſtricta, ſit *Condemno Te, Clodi, laqueo propter furtū commiſſum.* Et eodem modo de Iudice, qui *Abſolvo* diceret, philoſophator. Ecce Iudices Politici abſolvunt & condemnant his duabus vocibus *Abſolvo* & *Condemno*, quin exprimant perſonam rei. Et nunc pro negante ſententia hoc argumentum conformo. [Sacramentale Tribunal eſt Politico ſimile. Sed Politicus Iudex dicendo *abſolvo*, aut *condemno*, ſententiam definitivam profert; & nemo cauſatur, quòd non expreſſerit; quem abſolverit, cōdemnaverit-ve. Ergo Confeſſarius ſimiliter, dicendo *abſolvo*, definitivam poterit pronunciare ſententiam, nec erit neceſſarium, ut dicat *Te*, quia etſi illud lingua non exprimat, exponunt conſignificantes circumſtantiæ.] Et hæc eſt Soti *in 4. diſt. 22. qu. 1. art. 1. verſ. poſtr.* Vivaldi *de Abſol. num. 97.* & Henriquez *libr. 1. de Pænitent. cap. 11. num. 3.* necnon apud Henriquez & *Crites.*

Sacramentale Tribunal eſt Politico ſimile. Ergo analogia ſervata ſicut de Politico, ſic etiam de ſacramentali debebimus philoſophari.

An illud Te, probabiliter omitti poſſit?

Bonacinam, & Fagundez, D. Thomæ, Petri Soti, Navarri & aliorum opinio; & ex præmiſſo fundamento pronunciat, pronomen *Te* (quin ad vocem *Tuis* recurratur) non eſſe de eſſentia Abſolutionis. Et teſtor me Lovanii audiviſſe D. Paludanum S.Th. Doctorem, Virum doctiſſimum, in publica diſputatione ſtatuentem hoc unicum verbum, *Abſolvo* ſufficere, nec fuit qui ejus reſolutioni obloqueretur. Et hoc ſpecialiter dixero, quia hanc eamdem ſententiam Leander non patitur eſſe probabilem, nam *tr. 5. cit. diſp. 2. qu. 4.* oppoſitam, quam ſequitur vocat certiſſimam. Et aſſerit, malè D. Thomam Navarrumque ab Henriquez & Bonacina, malè etiam Petrū Sotum ab eodem Bonacina citari, quibus ſublatis ſolus Sotus relinquitur: contra quem tot ſunt Authores, ut Valentia *tom. 4. diſp. 7. qu. 1. punct. 3. §. Tertia opinio* aſſerat, ipſi Soto contradicentem, eſſe omnium Theologorum ſententiam.

P. Paludani ſententia.

Nolo ego impræſentiarum de probabilitate harum ſententiarum diſſerere, ſed exponere, quomodo poſſet P. Sotus, aut etiam P. Paludanus ſuam ſententiam defendere, & oſtendere, ſi per Leandrum ſtet, illam eſſe probabilem. Attende. Verbum *abſolvo*, cum activum ſit petit accuſativum, ergo niſi reſtringatur non habebit accuſativum determinatum. Sed unde reſtringetur? Exponam. Dicit pœnitens *Me accuſo*, &c. Ergo, ſi reſpondeat Confeſſarius *Abſolvo*, hoc verbum *abſolvo* per verba pœnitentis reſtrictum, erit *abſolvo te*. Nam abſolutio in tribunali illi conceditur, qui accuſatur: illi videlicet, cujus cauſa fuit examinata & non aliis de quorum abſolutione non fuit actum.

Vnde verbum abſolvo, *ad Soti & Paludani mentem reſtringatur?*

Quæris tertiò; *An illa vox omnibus ſit neceſſariò exprimenda?* Leander *d. tr. 5. diſp. 2. qu. 5.* longè probabilius, immò certiſſimum eſse reſpondet illam vocem neceſsariam non eſse: & probat bene, quia nec Florentinum, nec Tridentinum eam apponunt. Citat pro ſe Suarium, Lugonem, Fagundez, Granadum, Sancium, Villalobos, Coriolanum, Mendum, & poſset etiam multos alios. Granadus *tr. 1. de pæn. diſp. 6. ſect. 1. nu. 4. liter. C.* (etſi immeritò adlegetur pro contraria opinione) ſic ait. *Quia Deus principaliter abſolvit per miniſterium Sacerdotis, convenienter apponitur aliquid quod pertineat ad authoritatem principaliter abſolventis, ut ſit;* Ego te abſolvo à peccatis tuis in nomine Patris, &c. *Vnde videntur illa verba omninò ſufficere & eſſe congrua.* Ecce non poſuit *omnibus.* Et cur vocem iſtam omiſit? reſpondet. *Cum dicitur*, Abſolvo te à peccatis tuis, *omnia peccata includuntur, & ab omnibus abſolvitur,*

De voce omnibus. *An eſſentialis ſit? An ſine illa ſacramentum ſit validum?*

In tribunali Pænitentiæ Deus cauſa principalis, & confeſſarius inſtrumentalis eſt.

Vnum peccatum non poteſt remitti ſine alio.

vitur, ſi non ponit obicem; unum enim peccatum, ſaltem mortale, ſine alio non remittitur. Ecce dicitur *à peccatis*, & ſubauditur *ab omnibus*, quia terminus indefinitus in materia neceſſaria, pec neceſſitatem reſtrictus æquivalet univerſali. Quam ob rem cum ſtando inſtitutioni Sacramenti, quidquid de abſoluta potentia ſit, Confeſſarius non poſſit unum mortale, & non aliud abſolvere; ſed debeat ab omnibus pœnitentem abſolvere, vel à nullo: illud *à peccatis* per inſtitutionem Sacramenti reſtrictum, *ab omnibus peccatis eſt*.

An, & quando indefinitus terminus ſit univerſalis?

NOTA. De ſolemni Benedictinorum Profeſſione.

Hinc patet, cuc Benedictini ad tria vota teneantuc, & tria emitrece ſolenniter dicendi ſint? Obedientiam promittunt expcelsè & in illorum ſolenni profeſſione nec verbum de Caſtitate aut Pauperrate reperitur. Cuc ergo quãdo Novitius elapſo tyrocinii tẽpore, dicit *Promitto* &c. *Obedientiam* &c. Eccleſia & Ocdo Caſtitatem & Paupertatem, quas ipſe non nominavit, ſubaudit & ſubintelligit? Dicam. Ita profeſſio ſolennis eſt comparata, ut illæ tres virtutes (Obedientia, Caſtitas, & Paupertas) ſimul vovendæ ſint, & una ſine cæteris ſolenniter promitti non poſſit. Ergo hoc verbum *promitto*, nominet unam, nominet duas, nominet nullam, ſi ſolenniter fiat, omnes tres virtutes comprehendit; & ad *eſſe ſolenne* per ætatis (ſedecim anni requiruntur completi) probationis (annus novitiatus debet eſse integer) & loci (in Religione approbata) circumſtantias reſtringitur. Ecce ab bis circumſtantiis illud *promitto* reſtringitur, contrahitur, & determinatnr, ut ſit votum ſolenne. Et poſtea ab ipſamet ſolennitate reſtringitur ut ſimul illas tres virtutes debeat neceſſariò pertingere. [*Dices*, Votum illud per ſolennitatem non reſtringi, ſed ampliari: nam una ſola Victus exprimebatur lingua, & ad tres per ſolennitatem propagatur. *Reſpondeo*, latiſſimè patere Votum ſimplex, & poſſe has vel illas, paucas, aut multas, &c. virtutes concernere: & per ſolennitatem in Ordine noſtro reſtringi, ut nec plures, nec pauciores, nec alias attingere poſſit.]

Promittunt ſolam Obedientiam expreſsè.

Vnde-nam votum, quod ſimplex, & ſolenne eſſe poteſt, ad eſſe ſolenne reſtringatur?

Vnde, quod poſſet plures vel pauciores attingere ad tres Virtutes reſtringitur determinatè?

De particula Tuis. An neceſſaria ſit & eſſentialis?

Quæris quartò; *An illud* Tuis *exprimi debeat*? Reſponſio negativa eſt manifeſta: qui enim dicit *Abſolvo te à peccatis*: non eſt cenſendus te à peccatis Poncii Pilati abſolvere, ſed à tuis: illa enim confiteris, de illis doles, illis gravaris, & illorum imploras remiſſionem & veniam.

De voce à peccatis, An neceſſaria ſit?

Quæris quintò, *An illud*, à peccatis, *debeat exprimi? an, etſi ſileatur, ſubaudiatur, & ſubintelligatur*? Abſolutionẽ fore validam, etſi illud non dicatur, reſolvo: & addo, ſubintelligi, quotieſcumque omittatur. Antonius Cotonius *in ſumm. verb. abſolutio. num. 2.* [Reliqua verba, *à peccatis tuis.* &c. non ſunt de eſſentia abſolutionis. Et multò minùs deprecatio, quæ additur, Paſſio Domini Noſtri. &c. Ita Diana *par. 3 tr. 4. reſol. 97.*] Quibus præmiſſis hic non ita erit de Concluſione, quàm de ejus ratione diſputandum. Concluſionem noſtram longè probabiliorem oppoſita eſſe aſſecit Leander *tr. illo* v. *de Pœnit. diſp. 2. q. 7. pag. 105. b.* Ego autem certam eſſe dicerem, quia nata eſt cum Scholaſticis, eam enim habuit S. Thomas *3. par. qu. 84. art. 3.* quem Cajetanus & Thomiſtæ ſequuntur. Et quia eſt antiquata jam cum ſuis Authoribus ſententia altera, & plerique omnes, qui poſt Concilium Tridentinum ſcripſerunt, noſtram amplexi ſunt, Ego eam ſic probo. *Ideò fuit coactum Tridentinum, ut neceſſaria, & præcipuè in Sacramentorum materia doceremur. At illud tantummodò præſcribis hæc verba,* Abſolvo te. *Ergo hæc ſufficiunt, & alia non ſunt neceſſaria.* Et hæc eſt ſententia communis; nam à Lugone, Villalobos, Petro de Ledeſma, Reginaldo, Llamas, Raynerio, Palao, Vaſquez, Hurtado, Luyſio, Turriano, Fagundez, Nugno, Navarro, Valentia, Henriquez, Suario, Granado, Bonacina, & aliis propugnatur.

a) Ait Leander. *Tridentinum diſputans de forma hujus Sacramenti.* &c. Eſt lapſus calami: nam Cõcilia agũt, decidunt, & definiunt, non diſputant.

An ſufficiant hæc verba, Abſolvo te?

P. Soti argumentum.

Contra illum argumentatur Petrus Soto *lect. 4. de Confeſſ.* dicens, non valere Abſolutionem illam *Abſolvo te*, quia illa verba ſunt indifferentia ut tam Abſolutionẽ à cenſuris, quàm Abſolutionem à peccatis ſignificent. Ergo neceſſariò indigent ſequentibus verbis, nempe, *à peccatis tuis*, quibus eorum ſignificatio reſtringatur. Ecce Sotus, & Paludanus, Major, Angelus, & Gabriel, quibus adhæret, docent, verba æquivoca & latiùs patentia non per mentem, ſed per verba adjacentia reſtringi. Leander *loc. cit.* ait Palaum *tr. 23. punct. 5. num. 2.* huic benè reſpondere argumento, inquit enim [Hæc verba *Abſolvo te*, abſolutè prolata ſtare pro famoſiore ſignificato, quod eſt peccatorum abſolutio. Præter quam quod peccatum confeſſione ſufficienter determinatur.] Duas rationes proponit, ut oſtendat, verba illa *Abſolvo te* prolata à Confeſſario reſtringi: quarum prior inſufficiens videtur, & poſterior à noſtra doctrina deſumitur. Si *Abſolvo te* abſolutè dictum pro famoſiori ſignificato uſurpetur, & famoſius ſignificatum peccata ſint, in Tribunali Civili, ubi Petrus v. gr. de debito centum aureorum conveniebatur. Si dicat Iudex *Abſolvo te*, cenſendus eſt à peccatis abſolvi, & non à debito civili, quod ſine peccato (ex mutui, fidejuſſionis; &c. contractu) paſſim incurritur.

Si verbum abſolvo incerto te maneat æquivocum & indifferens, debet reſtringi: & ſi non poſſit alitèr, quàm ſi vocula illa te addatur, hæc debet addi.

An æquivocum abſolutè poſitum, ſtet pro famoſiori ſignificato?

An, & quomodo abſolutio per locum reſtringatur?

Si

Tribunalium Civilis, Criminalis, & Sacramentalis differentia.

Si dicas, aliter in Tribunali Civili & aliter in Sacramentali debere fieri verborum interpretationem; me habere intentum, reſpondebo; jam enim verba illa, *Abſolvo te* quæ indifferentia ſunt, & latè patent, per Loci circumſtantiam reſtringis: ut in Tribunali humano Civili reus à debitis, in Criminali à criminum pœnis, & in Sacramentali ab ipſiſmet peccatis abſolvatur.

Verbum abſolvo debet reſtringi: non indiget verbis, ut reſtringatur.

His præmiſſis ad Soti argumentum reſpondeo concedendo verba illa *Abſolvo te* eſſe æquivoca, & valde generalia, & de multis rebus poſſe intelligi; & ideò debere reſtringi & determinari, etiam concedo. Infert, ergo debent addi illa verba *à peccatis ſuis*, ut reſtringantur: nego conſequentiam; quia ſine illis reſtringuntur clariſſimè. Primò enim per Loci circumſtantiam reſtringuntur: nam in Tribunali ſæculari important Abſolutionem Civilem, & in Eccleſiaſtico Eccleſiaſticam. Prætereà quia Tribunalia ſæcularia in Civilia & criminalia dividuntur, Abſolutio in Criminali prolata, non erit de ſolvendo legato, & pronunciata in Civili non erit de homicidio aut rapina: quia ſingula Loca de rebus diverſis pronunciant. Sic etiam aliter aguntur cauſæ in Epiſcopali & aliter in Sacramentali Tribunali: & ideò aliter in illo, & aliter in hoc reſtringitur verbum *Abſolvo*. Et veniendo ad Pœnitentiæ Tribunal, quærit Sotus unde ſcietur à peccatis, & non à cenſuris pœnitentem abſolvi, niſi illud *à peccatis ſuis* ſubjungatur. Vt reſpondeam, hunc caſum propono. In tribunali Civili (Conſtantinopolitano, v.g.) agebantur duæ cauſæ: nam à Titio mille aurei ex fidejuſſione petebantur: & à Semphronio equus jure mutui. Dicit in prima cauſa Iudex *Abſolvo*: dicit in ſecunda etiam *Abſolvo*, & inquiro, an Semphronium à fidejuſſione, & Titium à mutui obligatione liberum declaraverit? minimè. Quia illud verbum *Abſolvo*, per materiam, de qua agitur, reſtringitur; & quia in cauſa Titii non agitur de mutuo, & in cauſa Semphronii non agitur de fidejuſſione, ideò à fidejuſſione & non à mutuo Titius, & à mutuo & non à fidejuſſione Semphronius liber per illam ſententiam declaratur. Dictum puta. Verba *Abſolvo te* à Confeſſario dicta, per materiam Eccleſię clavibus ſubjectam, reſtringuntur & determinantur. Si pœnitens ſe commiſiſſe peccata, & non incurriſſe cenſuras confeſſus ſit; illa (peccata) concernunt, & tunc ſubauditur & ſubintelligitur *à peccatis*, ut tota Abſolutio ſit, *Abſolvo te à peccatis*. Et, ſi confeſſus ſit peccata cenſuris affecta, illa & has concernent, ut ſenſus ſit *Abſolvo te à cenſuris & à peccatis*. Hanc doctrinam (nempe, verbum *abſolvo* per circumſtantias reſtringi) doctè docet Coronius *verb. abſolvere. num.* 87. inquit enim. [Ad abſolutionem cenſuræ Vgolinus *de cenſ. tab.* 1. *cap.* 23. putat ſufficere, ſi dicatur *Abſolvo te*: Sylveſter *verb. Abſolutio.* 2. negat. Ego cum Cornejo *in* 3. *part. diſput.* 11. *num.* 2. *quæſt* 2. diſtinguendum puto: &, ſi Pœnitens petat abſolutionem à cenſura determinata ſufficere; quia ratione petitionis verbum *abſolvo*, habet ſuam determinatam [& ut nos loquimur, reſtrictam] ſignificationem; ſicut quando abſolutio eſt à peccatis, illud verbum [nempe *abſolvo*] determinatur [& reſtringitur] à peccatis expreſſis. Si verò quis abſolvatur invitus, vel abſens, non ſufficere (*) ſed explicari debere nomen cenſuræ. Ita Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 31. &c.] Ecce unum & idem verbum *abſolvo* per incidentes circumſtantias, jam ad peccata, & jam ad cenſuras reſtringitur.

Abſolutio, ut de hoc, aut illo ſit, reſtringitur per ſubjectam materiam.

Eodem verbo Abſolvo, aut Condemno poteſt Iudex uti in diverſis materiis & cauſis.

Verbum Abſolvo eſt ad peccata, & ad cenſuras indifferens, & ad has, illas, aut utraſque, per verba confeſſionis contrahitur.

*) Poſſet quis dicere, cùm abſolvitur abſens, non debere explicari eſſe abſolutionem à cenſuris; quia cùm abſens abſolvi à peccatis non poſſit, & cenſendus ſit Superior bene procedere, ſi non conſtet oppoſitum, ipſamet abſentia Abſolutionem ad cenſuras reſtringit.

Vnum & idem æquivocum poteſt & ſolet ſimul duas habere ſignificationes.

Vis tamen ſcire, An poſſit ſimul & ſemel & peccata & cenſuras ſignificare? Iam diximus poſſe contingere ut nomen æquivocum utramque ſignificationem ſimul habeant. Dixit enim Virgilius Æneid. libr. 1.

> —— *Cunctis jam lecti navibus ibant*
> *Orantes, veniam & templum clamore petebant.*

ubi illud *petebant* reſpectu temporali eſt pergebant, & reſpectu veniæ eſt *deprecabantur*. Ergo tales poſſunt circumſtantiæ concurrere, ut verbum *abſolvo* peccata ſimul & peccata proſcribat. Doctè, ut ſolet, iſtam controverſiam ediſſerit Leander *tract.* 5. *diſp.* 2. *quæſt.* 38. *pag.* 112. interrogat enim, *An ſacerdos poſſit his verbis*, Abſolvo te, *validè uti, ad abſolvendum à peccatis ſimul & à cenſuris*. Et in corpore ait. *Negare videtur Sylveſter*. Abſolutio. 6. num. 2. §. Quartum eſt. *Et Vega* cap. 6 caſ. 50. *Sed probabiliùs reſpondeo, validè poſſe; quia nulla eſt implicantia in hoc, cùm & verificetur forma Sacramentalis, & relaxatio vinculi cenſuræ. Ergo dicendo*, Ego te abſolvo, *ſi intendat ſimul abſolvere à cenſuris, & à peccatis, ab utriſque validè abſolvet: quia quamvis utraque abſolutio ſit ſimul tempore, abſolutio tamen cenſurarum eſt prior natura, quod ſufficit ad valorem utriuſque*. Et citat Navarrum, Gerſonem, Henriquez, Bonacina, Ægidium, Sotum, Coriolanum, Granadum, Trullenchium. Praxis autem quam omninò obſervare debemus eſt, ut priùs pœnitens à cenſuris & poſteà à peccatis, expreſſis verbis, abſolvatur.

Verbum abſolvo te poteſt ſimul abſolutionem à cenſuris & abſolutionem à peccatis ſignificare.

Quæris Sextò, *An valida ſit abſolutio, ſi*

Con-

An forma Abſolvaris à me, *ſit valida?*

Confeſſarius dicat, Abſolvaris à me, *aut* Abſolvatur Petrus à me, *in modo Imperativo?* Aſſerunt Suarez *diſp.*18. *ſect.*1.*n.* 24. Fagundez *libr.*2. *cap.*9. *num.*8. Granadus *diſp.*6.*num.*27.*pag.*1108.Hurtadus *diſp.*5. *diff.*3. Bonacina *diſp.*5. *quaſt.*4. *punct.*2. *num.*7. Vaſquez *quaſt.*84.*art.*3.*dub.*4.*num.* 12.Nugnus 3.*part.quaſt.*84. *art.*3. *dub.*2. *concl.*4.*pag.* 28. Lugo *diſp.*13. *num.*104.

An ſola adlucinatione fundetur?

Hancque controverſiam ediſserit Leander *loc.cit.quaſt.*18.*pag.* 108.*b.* & ait, aſserentem ſententiam eſse communem, & æquè probabilem. At ego dico primò, me non percipere eſse æquivalentes has duas formas, *Ego te abſolvo*, & *Tu abſolvaris à me* : nam Indicativus diſtinguitur ab Optativo. Dico ſecundò, hanc opinionem fundari arena; nam ſupponit formam, qua utuntur Græci in Baptiſmo eſse, *Baptizetur ſervus Chriſti*, quod eſt falſum, nam ipſi dicunt Βαπτίζεται, *Baptizatur*, ut vidimus ſec.1. Dico tertiò, à fortiori hos

De forma Abſolveris à me, *An ſit valida?*

Autores debere admittere hanc formam, *Abſolveris à me*, nam hæc ab *Ego te abſolvo* non diſtinguitur. Dico quartò has formas *Ego te baptizo*, non differre eſſentialiter ab hac *Baptizatur ſervus Dei N.* nam illa utitur Eccleſia Latina, hac autem Græca, cùm certum ſit formas materiaſq; Sacramentorum in utraque non differre quoad ſubſtantiam : ut doctè tradunt Ochagavia *quaſt.*4.*num.*3. Vaſquez *diſp.* 129.*cap.*5.*num.*49. Gaſpar Hurtado *diſp.* 1.*diff.*13.Leander *tract.*1.*diſp.*1.*quaſt.*12. *pag.*3.*b.* qui ait eſſe omnium Theologorum ſententiam. Infero, Ergo hæ formæ, *Ego te abſolvo*, & hæc, *Tu abſolveris*, vel *ſervus Dei N. abſolvitur*, non diſtinguuntur quoad ſubſtantiam. Ergo in illis voculæ *à me*, tametſi non dicantur, ſubaudiuntur & ſubintelliguntur: & illa indifferentia, & æquivocatio, quam parit perſonæ agentis omiſſio, (non enim voce expreſſa profertur) à circumſtantiis adjacentibus tollitur; voces enim latiùs patentes perſona & operatio reſtringunt, nam, ſi ego ſum Petri Iudex, & ſedens pro tribunali dico, *Petrus abſolvitur*, tacitè dico, *illum abſolvi à me*.

De particula à me, *qua non exprimitur. An ſubaudiatur?*

§. De ſatisfactione.

Vocatur Pœnitentia *in Dialecto vulgari.*

Jejunium eſt quadruplex: Naturale, Anachoreticum, Eccleſiaſticum & Regulare.

VErbis non rarò æquivocis præſcribitur ſatisfactio, quæ vocatur *Pœnitentia*, tametſi pœnitentia non ſit, ſed pœna temporalis reo impoſita in Sacramento Pœnitentiæ. Et tunc ex circumſtantiis reſtringitur, & determinatur. Pono exemplum. Iejunium eſt quadruplex. Naturale, Anachoreticum, Eccleſiaſticum & Regulare, primum eſt tam rigidum, ut ne hauſtum quidem aquæ admittat: ſecundum ab Eremitarum pœnitentia ſevera nomen habet; & eſt, quod nos *jejunium panis & aqua* dicimus; nam illi veteres Anachoretæ hunc vitæ tenorem ſervarunt: Tertium carnes & lacticinia excludit, & prandium meridie, & veſperi collationem permittit: quartum clementius eſt; jubet enim ne cœnetur veſperi, at meridie ſemper ova & lacticinia, & aliquando carnes tolerat. Hac doctrina præmiſſa Petrus, cui Confeſsarius unum jejunium pro pœnitentia præſcripſit, interrogat, quale ſibi jejunium præſcripſerit (Reſpondeo nomen jejunii eſſe æquivocum, & debere reſtringi per conſignificantes circumſtantias: & hanc ob rem *dico* (1) Confeſsarium non juſſiſse Petro naturale jejunium, nam ex Iuris Regula XLV. *Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque fieri conſuevit*. At nulli Confeſsarii pœnitentibus jejunia naturalia præſcribunt. Ergo non eſt veriſimile, quòd ſuus Confeſsarius Petro tale voluerit jejunium pro ſatisfactione jubere. Ecce vox *jejunium* per morem & conſuetudinem reſtricta, in illo caſu nō ſignificat naturale jejunium. An-ne forte Anachoreticum ſignificabit? minimè; quia Confeſsarii, quando volunt tale jejunium indicere, expreſsè pœnitenti dicunt *in pane & aqua jejunabis*. Ergo Naturali & Anachoretico excluſis vox *jejunium* in propoſito caſu ſignificat Eccleſiaſticum vel Regulare. Et ideò *dico* (2) ſi Petri Confeſſarius Sacerdos ſæcularis fuit, vocem illam *jejunium*, Eccleſiaſticum ſignificare. Oſtenditur; quia illa vox per perſonam loquentem reſtringitur, & ſœculares presbyteri nihil ſciunt de forma jejunii regularis. *Dico* (3) ſi pœnitens ſæcularis ſit, etſi ſit Religioſus Confeſſarius, illam vocem per perſonam *cui* reſtringi & contrahi, & ideò jejunium Eccleſiaſticum ſignificare. Et hoc ſuadetur: nam Confeſſarius, ut pœnitentem inſtruat, uti debet lingua aut dialecto, quam intelligat pœnitens. At pœnitens ſœcularis, quid ſit jejunium Eccleſiaſticum ſcit; quid autem ſit Regulare non ſcit, Ergo Confeſſarius Eccleſiaſticum illi jejunium, & non Regulare præſcribit, Ergo ſupereſt, ut dicamus, unde ſumēda ſit hujus vocis *jejunium* limitatio & reſtrictio, quando in eodem Ordine, aut in eodem monaſterio unus Religioſus confitetur alteri Religioſo. *Dico itaque* (4) ſi diem Confeſſarius determinet, & illa die carnes aut lacticinia in Refectorio miniſtrentur, Cōfeſſarium *jejunii* nomine, regulare intellexiſſe certum eſt: non enim privatus Religioſus poteſt indicere, ut pro ſe alii parentur cibi, quàm parantur pro Communitate. Si diem determinet, in quo

Quedam ex his ſignificet vox jejunium, ſi abſolutè ponatur?

N. B.
Ex hac Regula XLV naſcitur ille Syllogiſmus moralis, quem voco PLACIDI. Et infert evidenter dicendo, *Ergo probabilius eſt, &c.* quoniam propoſitio probabilis affecta Probabilitatis modo eſt evidens. Quod expono & perſuadeo hoc exemplo. Hæc aſſertio. *Materia prima exiſtit exiſtentia forma*, eſt probabilis; hæc autem, *Probabile eſt materiam primam exiſtere exiſtentia forma* eſt certa & evidens.

quo comeduntur in Refectorio piſces, ceſſat quæſtio, quia tunc jejunium Eccleſiaſticum & Regulare coincidunt, nec debet contra hoc objectio fieri de Quadrageſimæ Dominicis; quoniam nemini prudenter præcipitur, ut die Dominica jejunet. (a) Tandem, ſi Confeſſarius non determinet diem, & præceptum æquivocum ſit, erit odioſum, & *odia debent reſtringi* ex Regula XIV. Ergo tunc *jejunii* nomine intelligemus Regulare.

(a) *Summa Diana edita Antuerpia anno 1662. verb. Votum, n. 19.* Qui vovit jejunare, per menſem v. gr. non tenetur jejunare diebus Dominicis, niſi expreſſè hos comprehendere intenderit ſuo voto: idemq; eſt quoties jejunium ex voto incidit in Dominicam: quia votum illud regulandum eſt juxta conſuetudinē Eccleſiæ, quæ diebus Dominicis non jejunat. Ita Diana *part. 9. tract. 8. reſol. 10. & part. 10. tract. 16. reſol. 50.*

SECTIO V.

De Ordinis Sacramento.

Quid illud ſit?

SACRAMENTUM Ordinis eſt ſignum quoddam ſenſibile per quod in ordine ad Euchariſtiam (conficiendam vel miniſtrandam) poteſtas tribuitur ordinato. Plures eſse in Eccleſia Ordines de fide eſt. Synodus Tridentina *ſeſſ. 23. can. 2.* expreſsè. *Siquis dixerit præter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines, majores & minores, per quos veluti per gradus quoſdam in Sacerdotium tendatur; anathema ſit.* Prima Tonſura non eſt Ordo; ſed janua ſeu diſpoſitio ad Ordines. Hi in Minores & Majores dividuntur. Minores quatuor ſunt Oſtiariatus, Exorciſtatus, Lectoratus, & Acolytatus; majores etiam quatuor ſunt, Hypodiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Epiſcopatus. Solemus dicere Ordines majores eſſe tres, quia Epiſcopatum, cùm Ordo ſummus ſit, & poſſit dici maximus, poteſt cum majoribus non numerari. Accedit, quòd Epiſcopatus non ſit Ordo à Sacerdotio condiſtinctus, licet enim validè Diaconatum ſuſcipiat, qui non eſt Hypodiaconus, & validè Sacerdotium, qui non eſt Diaconus, non autem validè Epiſcopatum, qui non eſt Presbyter: quam ob rem, ut bene obſervat Bellarminus, ſicut in Homine Animal, ſic in Epiſcopatu Sacerdotium includitur. Epiſcopatus igitur pro materiali importat Sacerdotium, & pro formali Presbyteros (Epiſcopos, &c.) benedicendi & conſecrandi poteſtatem. Archiepiſcopatus, Patriarchatus, & Pontificatus non ſunt Ordines ab Epiſcopatu diſtincti. Qui non eſt Epiſcopus, nec Archiepiſcopus, nec Patriarcha, nec Summus Pontifex eſt.

An ſint plures Ordines in Eccleſia?
An prima Tonſura ſit Ordo?
Enumerantur omnes Ordines in particulari.

De Epiſcopatu. An ſit Ordo à Sacerdotio condiſtinctus?

De Archiepiſcopatu, Patriarchatu, & Pontificatu.

De Proteſtatione, quæ ante Ordinum celebrationem fieri publicè ſolet. *An qui ſine qualitatibus, quas prærequirit Pontifex, Hypodiaconatum ſuſcipiat, ordinetur invalidè?*

PONTIFICALE præcipit, ut Archidiaconus aut ejus alius nomine hoc Decretum alta voce declamet.

Quid in Pontificali præſcribatur?

Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus N. Dei & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus N. ſub excommunicationis pœna præcipit & mandat omnibus & ſingulis pro ſuſcipiendis Ordinibus hic præſentibus, ne quis forſan eorum irregularis, aut aliàs à Iure vel ab homine excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, ſpurius, infamis, aut aliàs à Iure prohibitus, ſive ex aliena Diœceſi oriundus, ſine licentia ſui Epiſcopi, aut non deſcriptus, examinatus, approbatus, & denominatus, ullo pacto audeat ad ſuſcipiendos Ordines accedere. &c.

Excommunicatio contra eos, qui ad Ordines illegitimè accedunt.

Et, ut poſſit nemo ignorantia excuſari, in vernacula lingua ſubjungit apud Hiſpanos Secretarius, *De manera, Señores, que es la intencion de ſu Señoria Illuſtriſſ. no ordenar à ninguno, que no tenga las calidades, que requiere el Decreto, que ſe acabo de publicar.*

Quid reddere ſoleat Secretarius?

His præmiſſis, inquiri debet PRIMO, *An reverà Epiſcopus hanc Cenſuram effulminet?* & quia excommunicatio duplex eſt, latæ ſententiæ & ferendæ ſententiæ, & verba ſunt indefinita. SECUNDO, inquiri debet, *ad utrum illa reſtringi & contrahi debeant?* quod eſt quærere, *An, qui hoc decretum violet, ipſo facto excommunicationem incurrat: an verò fiat obnoxius pœnæ, poſſitque per ſententiam Iudicis excommunicari?* Et veniendo ad Secretarii verba, inquiri debet TERTIO, *An ex mandato Epiſcopi ea ille pronunciet? an verò privata authoritate, temerè per abuſum Epiſcopi intentionem declaret?* Et hoc ultimum bene perpendi debet; nam invexit multas difficultates. Et hæc ſunt, ut video, tria præcipua Dubia, quæ circa iſtud Decretum, Proteſtationemq; à Theologis moveri ſolent.

Proponuntur tria Dubia, quæ ex præcedenti Decreto reſultare videntur.

Sanè, tametſi de primo & ſecundo Dubio in Epiſtola ad Illuſtriſs. D.D. Carolum Septalam Dertonenſium Epiſcopum [& habetur *in fine Theologiæ Fundamentalis num. 3912. & 3954.*] ſeu *tom. 3. pag. 411. & 422.* diſputaverim: & tertio, *Fundã.* LXIX. *pag. 286. a. nu. 3665.* accuratè tractaverim, proderit nihilominus, novo eamdem calamo Controverſiam reſcribere, & ſaltem Concluſiones reponere, quæ à nobis in locis citatis probantur.

Cur hæ Quæſtiones iterum diſſolvantur?

Ad primum reſponſurus, meminerim, Illuſtriſs. D. Gabrielis de Santander, Viri quidem docti, qui cum tale Decretum legeretur, exacerbabatur, petebatque ab Archidiacono, unde ſciret Epiſcopum illam excommunicationem fulminare; proteſtabaturque ſe de illa excommunicatione nihil ſcire. Et dicam primò, celebran-

D. Gabrielis Santanderii Archiepiſcopi Hydruntini ſententia.

te

te illo Ordines,ſive illud Decretum legeretur, ſive non legeretur, neminem ex eo capite excommunicationem incurriſſe, quia jam(erat enim acer & vehemens,Archiepiſcopus) ſuam mentem & voluntatē declaratat. Vt antem non ſolum, quid ille fecerit, ſcias,ſed quæ debuiſſet facere dicam ſecundò, Archiepiſcopum (aliàs omni laude digniſſimum) in hoc nec fuiſſe laudabilem nec imitabilem,debent enim Prælati omnes obedire Apoſtolicæ Sedi, quæ ſicut eis poteſt jubere, ut rem talem, aut talem faciant,ſic etiam poteſt,ut talem aut talem præcipiant. Ergo ad primum reſpondendum eſt,*quod eſt vera,& revera fulminatur ab Epiſcopo excommunicatio, quam Archidiaconus in Decreto pronunciat.*

Superior Prælatus inferiori Prælato, non ſolùm poteſt dicere, Iubeo, ut facias, *ſed etiam* Iubeo, ut præcipias.

Vt ad ſecundum reſpondere poſſim, hæc verba ex P.Mendo præmitto. [Alia eſt excommunicatio lata,alia ferenda, ſeu comminatoria: illa contrahitur ſtatim ac id peragitur, quod ſub illa prohibetur;exponiturque per verba,*Sub pæna excommunicationis latæ ſententiæ*, aut per ſimilia; quæ ultimæ voces non apponuntur in excommunicatione ferenda.] Ita ille *in Epitome.verb.excommunicatio. nu.6.* Ergo jam habemus claram & manifeſtam Regulam, ad quam nomen *excommunicationis*, latæ & ferendæ commune reſtringamus. Ergo ſiquidem in Decreto non dicitur *ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna*, hæc excommunicatio eſt ferenda. Interim procedat ad ſententiam,aut non procedat Iudex, peccat mortaliter, qui contra hoc Decretum ordinatur. P.Mendus *ubi ſupr.* [Peccat graviter,qui peragit id,quod ſub hac (ſententiæ ferendæ) excommunicatione prohibetur, cum ſit contumax, & poſſit illicò excommunicari. *cap.nemo.cap. nullus.11.qu.3.cap.dilecto.de ſentent.excommunic.in ſexto.*] Et ad praxim veniendo, etſi excommunicatio eſſet latæ ſententiæ nihil mutaretur in re; quoniam ante ſententiam Iudicis nullus excommunicatus vitari debet. Ergo ſine ullo ſcrupulo adhuc poſſet Epiſcopus cum nondum accuſatis, condemnatis,& denunciatis excommunicatis in ſacris & civilibus communicare.

Excommunicatio duplex: vid. elicet lata & ferenda ſententia.

Quale peccatum ſit committere, quod præcipitur ſub cenſura ferenda?

Quando eſt vitandus excommunicatus?

Ad Tertium reſpondeo Secretarios,qui ſic Decreti verba interpretantur, illa non intelligere,alia eſt enim mens Eccleſiæ & Epiſcopi. Et hanc ob rem dico (1) *eum, qui contra præſcriptum Decreti Ordinem ſuſcipit, ordinari nulliter & invalidè, ſi Epiſcopus habeat voluntatem, qualem eum habere Secretarius pronunciat.* Ita Lugo *de Sacram.diſp.81.ſect.7.num.119.* & Ego *in Theol.Fund.num.3665. pag.286. a.* Et ratio eſt, quia non conficiuntur Sacramēta,ſi deſit intentio Miniſtri. Dico (2) *Epiſcopum duo gravia peccata commiſſurum, ſi ſine ſpeciali, eaque gravi, ratione alicui Ordines conditionatè conferat.* Patet,quoniam judicium temerarium in materia tam gravi eſt mortale: & non licet ſub conditione baptizare, quem certitudine practica ſcio non eſſe baptizatum: & idem de Sacramentis cæteris dicendum eſt. Dico (3) *non debere interrogari Epiſcopum,qualem voluntatem habuerit.* Patet, quia debemus ſupponere eum eſſe prudentem & pium,& habuiſse, quam debuit. Dico(4) *peccaturum mortaliter, qui Epiſcopo talem interrogationem proponeret.* Quia injuriam ei gravem inferret, de ejus prudentia & ſanctitate dubitando. Ergo dicendum (5) eſt,*Epiſcopum ſingulis,non conditionatè ſed abſolutè Ordinem contuliſſe; adeoque eos, qui contra Decreti præſcriptum promoti fuerint,illicitè,ſed validè fuiſſe ordinatos.* Vide Theolog. Fundam. *tom.3. num.3955.pag. 421.*

Secretarii Pontificalis Decretum non intelligunt.

De mente & intentione Epiſcopi.

An, & quando conditionatè Ordines conferantur?

An interrogandus ſit Epiſcopus, qualem voluntatem habuerit?

An·ne ſic illicitè ordinati privilegio fori gaudere poterunt? Audi Antonium Cotonium *in ſumm.verb.Clericus.num.15* dicentem. [Clericus ordinatus per ſimoniam, vel ab Epiſcopo, qui erat impeditus Ordines conferre aliquo impedimento juris, ſcilicet interdicti, &c. gaudet privilegio fori. Ita Graffius *eſſ.1.nu.666.* Idem dic ſi Clericus ſit ordinatus ante legitimā ætatem,aut extra tempora,&c.quia eſt verè ordinatus & characterem recepit. Ita Squillante *cap.7.dub.3.nu.29.* contra Vaſquez *alleg.45.num.20.* At verò ordinatus ſine literis dimiſsoriis ſui Epiſcopi, vel cum literis falſis, non gaudet privilegio fori, ex Conſtitut. Vrbani VIII. die 11. Decembris 1624.Ita Diana *p.1.tr.2. reſol. 62.in fine,*& *tr.4.reſol.*26.&c.]Et hanc Vrbani VIII. conſtitutionem ignorabant Regii Senatores Madriti, qui Sacerdotem Hiſpanum, falſis literis in Gallia ordinatum,de homicidio convictum,Madriti anno 1672. ex ſæculari carcere ad Archiepiſcopalem tranſmiſerunt.

An, & quando illicitè ordinati debeant fori privilegio gaudere?

De Promotis per ſaltum.

TAmetſi paulò ante Ordines numeraverim, & debito ſingulos ordine recenſuerim, debui hic illos repetere, ut ob oculos Lectorum ponerem, quid ſit ordinari per ſaltum? Ordinari enim ille per ſaltum dicitur, qui inferiori ordine prætermiſso ad altiorem adſcendit. Qui autem ſic ordinatur, peccat mortaliter, violat enim Eccleſiæ præceptum in re gravi; & ſuſpenditur in Ordine ſuſcepto,

Quid ſit ordinari per ſaltum?

Et quas pœnas per ſaltum ordinatus incurrat?

ſcepto,

ſcepto, & non poteſt ulteriores recipere.

An ſuſpenſio hic lata, an ferenda ſententia ſit?

Sed petis, *An hæc ſuſpenſio, lata ſententia ſit, an ferenda?* Reſpondeo ubi Iura non ſunt clara, ſententias æquivocas ad rei favorem reſtringendas. Convertit Suarius oculos *ad cap. Solicitudo*; & quia textum eſſe clarum exiſtimat, ipſo jure ait ſuſpenſionem incurrere, qui ordinantur per ſaltum. Ita *lib. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. dub. 2. concluſ. 2.* Et hanc ſententiam Cōcilium Tridentinum *ſeſſ. 23. cap. 14.* confirmare videtur. At in illis textibus Acugna *in Decret. p. 1. diſt. 52. cap. 1. num. 9.* Angelus *verb. irregularitas. nu. 36.* & alii majorem claritatem requirerent, & ideò vocem *ſuſpenſionis* ad ferendam per Iudicis ſententiam reſtringunt. Diana *p. 5. tr. 1. reſol. 27.* Cotonius *in ſumm. verb. Ordo. num. 25.* putat utramque eſſe opinionem probabilem.

Variæ proponuntur ſententiæ.

De Ordinibus Minoribus per ſaltum ſuſceptis.

Pergis ulterius, & ſupponens latam eſſe cōtra per ſaltū ordinatos ſuſpenſionis ſententiam, interrogas, *An illa Ordines univerſos comprehendat, an verò ad ſolos Majores reſtringatur?* Communis Opinio hanc reſtrictionem non admittit: Portellius autem *Reſp. p. 3. caſ. 41. qu. 2. nu. 5.* Diana *p. 5. tr. 10. reſol. 47.* Cotonius *loc. cit. n. 24* & alii odia reſtringunt, & ſuſpenſionem hanc ad Ordines Minores non propagant. Cum quia probabile eſt illos non eſſe Sacramenta à Chriſto Domino inſtituta, ſed cæremonias quaſdam Sacramentales, ad majorem Eccleſiaſtici Honoris ornamentum ab Eccleſia diſpoſitas. Tum, quia Pius II. omnes ſine literis dimiſſorialibus, ante ætatem, & extra tempora ordinatos ſuſpendens, nomen *Ordines* ad Majores reſtrinxit. Ergo pari modo, ſi ageret de ordinatis per ſaltum, Ordines Minores excluderet à ſua Cenſura. Ergo, etſi admittatur, eum, qui intermiſſo Subdiaconatu ad Diaconatum promoveatur, ipſo jure ſuſpenſionem incurrere, probabiliter teneri poſſet, id non debere dici de eo, qui vel Acolytatum v. gr. ſine aliis inferioribus Ordinibus, aut Subdiaconatum ſine Acolytatu ſuſciperet. Confirmat hanc doctrinam Navarrus, qui *conſ. 28. de ſent. excomm. num. 11.* irregularitatis ſententiam latam contra excommunicatos ad ordines Majores reſtringit. Et rationem præbet, quoniam pœnæ & odia reſtringuntur. Ergo eodem modo de Suſpenſione, de qua nunc agimus, ſi interrogaretur, reſponderet.

An Minores Ordines ſint Sacramenta?

An excommunicatus, ſi recipiat Minores Ordines, fiat irregularis?

De Prima Tōſura. An ſit Ordo?

Præterea, adhuc ex ſuppoſitione, quòd promoti per ſaltum ad aliquem Minorem Ordinem ipſo jure ſuſpenſus ſit, & qui in excommunicatione Minores Ordines ſu-
Crites. ſciperet, fieret irregularis, hoc non haberet locum in prima Tonſura, illa enim, ut jam ſuperiùs diximus, non eſt Ordo. Non ergo fiet irregularis, qui in excommunicatione primæ Tonſionis cæremonia initietur, nec ſuſpenſionem incurret, qui ſine Tonſura ordinetur.

De promoto ad Diaconatum per ſaltum.

Vt omnia, quæ hanc materiam concernunt, conſtent clariùs, proponis Titium, omiſſo Subdiaconatu ad Diaconatum promotum. Et ſupponens cum opinione communi incurriſſe illum ipſo jure ſuſpēſionis ſententiam, interrogas Primò, *An poſſit Evangelia cantare?* Secundò, *An, & cur non poſſit ad Sacerdotium adſcendere?* Tertiò, *An poſſit Ordinem omiſſum recipere?*

An in eo ſuſpenſio reſtricta ſit, an generalis?

Reſpondeo ad primum Navarrum *cap. 27. nu. 242.* & alios cum ipſo, tenere vi ſuſpenſionis Titium nullum Ordinem exercere poſſe; Suarium verò *de Cenſur. diſp. 31. ſect. 1.* Dianam *p. 5. tr. 10. reſol. 28.* & alios ad Ordinem malè ſuſceptum ſuſpenſionem reſtringere: & permittere ut Titius Minores Ordines, quos ritè ſuſcepit, exerceat.

An ſit irregularis?

Reſpondeo ad ſecundum eſſe aliquos, qui ideò dicant Titium non poſſe ad Sacerdotium promoveri, quia Ordinatio per ſaltum habet adnexam Irregularitatem: aliàs enim poſſet Titius ſine nova licentia recipere Subdiaconatum. At rejicit ſententiam iſtam Avila *p. 7. diſ. 9. ſect. 1. dub. 2. concl. 1.* & monent San Iuan *de Sacram. Ordin. qu. 2. ar. 5. dub. 11. diff. 6. concl. 2.* & Diana *loc. cit. §. Notandum ſecundò.* Cotonius *loc. cit.* & alii hanc Cenſuram, ſi ſit irregularitas poſſe diſpenſari per Cruciatam. Immò etiam, ſi non ſit, tollitur per Cruciatam ut teſtatur Granadus *in 3. p. tr. 5. diſp. 4. caſ. 4. qu. 2.* Diana *p. 5. tr. 10. reſol. 27. in fin.*

An per Cruciata Bullam abſolvi poſſit?

Cur non poſſit ad Sacerdotiū adſcendere?

Sanè, quæ de iſta irregularitate dicuntur non ſunt certa & tamen Titium non poſſe Sacerdotium recipere, certum eſt; quia intermiſſo Subdiaconatu, adeoq; etiam per ſaltum, id ſuſciperet.

An, & quando poſſit Epiſcopus diſpenſare?

Reſpondeo ad Tertium eum, qui in Ordine per ſaltum ſuſceptum non miniſtravit, poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, ut omiſſum recipiat, & poſteà in malè ſuſcepto miniſtret, & ad Sacerdotium adſcendat: & hoc etiamſi delictum ſit publicum. Ita Majolus *lib. 4. de irregul. cap. 12. nu. 2.* Diana *ubi ſupr.* contra Zerolam *p. 2. verb. Irregularitas. dub. 3.* Si autem in Ordine per ſaltum ſuſcepto miniſtrauit Summo Pontifici diſpenſationem reſervavit Tridentinum Concilium. Ita Suarius *de Cenſur. diſ. 31. ſect. 1.*

Quando ad Papam recurrendam ſit?

Quia autem duo erant de quibus Titius

Quid illi, qui exercuit Ordinem, concedere poſſit Epiſcop'?

qui in Diaconatu, per ſaltum ſuſcepto, adminiſtravit, poſtulabat diſpenſationem; alterum, ut poſſit Diaconatus Ordinem exercere; alterum, ut poſſit adſcendere ad Presbyteratum. Acugna *loc. cit. nu.* 9. Diana *p.* 5. *tr.* 10. *reſol.* 27. §. *Notandum tertiò & reſol.* 29. & alii Concilii verba ad illud poſterius reſtringunt, ita ut Epiſcopus diſpenſare poſſit eum Titio in Diaconatus exercitio; non autem, ut ad Sacerdotium adſcendat.

De Minoribus Ordinibus.

De quibus rebus agendum ſit?

DE illorum eſſentia & attributis jam uberiùs in Theologia Fundamentali diſputavi, & ideò impræſentiarum illa ſolùm exponam, quæ materiam Reſtrictionum, de qua diſſerit hoc ſyntagma, concernunt.

De campanis.

Oſtiariorum (ipſi enim ſunt, qui in infimo gradu ſedent) intereſt pulſare campanas, Eccleſiamq; hora opportuna aperire, & opportuna claudere.

Quomodo ad diverſas ſignificationes ſonus illarum reſtringatur?

Porrò ſonus campanarum eſt ſignum; nam pulſatæ multa & varia ſignificant. Populum advocant ad Miſſam, Choriſtas ad Officium Divinum: jejunia & conciones prædicunt; qua hora debemus Deiparam ſalutare nos monent: & præter hæc, & alia, quæ Pietatem concernunt, habent etiam Politicas ſignificationes; nam, ſi fortè ardeat Domus, civium adſiſtentiam implorant: ſi occaſio ſubſit, convocant ad arma mechanicos; & hora tali noctis præcipiunt, ne quis poſt illud ſignum per plateas Civitatis excurrat.

De circumſtantia temporis. An ſignificationem Campanarum reſtringat?

Sed unde in tanta ſignificationum varietate debet ſumi Reſtrictio? A circumſtantiis, quæ ſuccurrunt, inter quas non infimum habet locum Tempus. Quoniam Campanæ ſonus, quo ad chorum Religioſi, v. gr. advocantur, per horam diei reſtrictus, illam Canonici Officii partem ſignificat, quæ ſolet tunc in choro cantari.

Tranſeo ad Lectores, & quia tam ipſis, quàm etiam alii tradi Miſſale video, interrogo, An ſit aliqua in hoc Libro Reſtrictio? & ſi ſit, unde debeat deſumi?

De Miſſali. Nulli Ordinando totum traditur. Quæ pars iſtius ſingulis porrigatur?

Reſpondeo, In Miſſali eſt Verbum Dei, ſunt Exorciſmi, ſunt Epiſtolæ, ſunt Evangelia & tamen ſi ad manum non ſint Libri diſtincti, Lectoribus, Exorciſtis, Hypodiaconis & Diaconis à Pontifice in Ordinatione Miſſale traditur; nec ideò totum ſingulis, ſed per Ordinem, qui confertur reſtrictum; unde quà Dei Verbum continet, Lectori traditur; quà orationes, quæ Dæmones fugant, complectitur, Exorciſtæ porrigitur: quà habet Epiſtolas datur Subdiacono: & quà Evangelia enunciat, confertur Diacono.

Spirituales Imperatores, & Probabiles Medici, quinam ſint?

In Exorciſtarum Ordinatione duæ ſunt voces, quæ ſpeciali conſideratione indigere videntur, nam & *Spirituales Imperatores*, & *Probabiles Medici* ab Eccleſia dicuntur. Sed quia in Hierarchia noſtra Eccleſiaſtica fusè dilucidantur; non eſt, cur quæ ibi ſunt dicta reſcribamus.

Cur in Templis Luminaria accendantur?

Accipiunt cum cereo candelabrum Acolyti, ut ſciant ad accendenda Eccleſiæ luminaria mancipari. Luminaria olim à Moyſe & Aaron in tabernaculo teſtimonii accendebantur, & non erat hęc inutilis & vacua cæremonia, monebat enim homines, ut ſicut oleo corporeo lampades, ſic immateriali Charitatis unguento Animæ ardeant: & hoc orat Dominum Eccleſia in Ordinatione Acolytorum: inquit enim Epiſcopus, *Deum, Patrem Omnipotentem, Fratres Chariſſimi ſuppliciter deprecemur, ut hos famulos ſuos bene ✝ dicere dignetur in Ordine Acolytorum, quatenus lumen viſibile manibus præferentes, lumen quoque ſpirituale moribus præbeant*. Ergo Sanctus Benedictus, Pater noſter, qui ſciens habitu & tonſura Monachali puritatem vitæ ſignificari, ubi videbat aliquos, qui relaxatè viverent, exclamabat dicens, *Adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur*, ſi hodie Acolytos proſpectaret, lumen viſibile manibus præferentes, inviſibili culparum caligine, & vitiorum tenebris inquinari, ingeminaret, *Adhuc ſervant ſæculo fidem, & mentiri Deo per lumen, quod gerunt, noſcuntur!*

S. Benedictus in Regul. c. 1.

An Corona in Monachorum capitibus mentiri poſſint? An & Lumina in manibus Acolytorum?

De Majoribus Ordinibus.

An omnes Ordines, tum Majores, quàm Minores ſint Sacri?

ETiam illi, qui vocantur *Minores* facti ſunt, & tamen hodie *Sacrorum Ordinum* nomine, non Minores, ſed Majores tantùm intelliguntur, quoniam, ut alibi jam dixi, nomen *Sacer*, eum Ordinis epithetum eſt, per Caſtitatis Obſervantiam apud Latinos ad ſpecialem ſanctitatem reſtringitur.

An, & quando circumſtantia Ordinis ſit in confeſſione explicanda?

Hinc eſt utroſque Ordinatos (tam Majoribus, quàm Minoribus initiatos Ordinibus) ſi fortè libidinentur, graviùs Laicis peccare: nam Ordo ſuſceptus addit circumſtantiam delicto; nimirùm aggravantem, & non addentem novam peccato ſpeciem, ſi fuerit Ordo Minor; addentem autem Sacrilegii malitiam, ſi fuerit Ordo Major, quam ob rem ſuſcepti Ordinis circumſtantiam in Sacramentali Confeſſione exponere, debet Subdiaconus & Acolytus minimè debet.

Summa providentia Synodus Tridentina,

Cur, ut quis ordinetur, patrimonium, aut beneficium requiratur?

na, ne ſordidè Perſonæ Sacræ vivant, juſſit ne quis promoveri ad Ordines Majores poſſit, quin aut ſufficiens Beneficium, aut congruum habeat patrimonium. Et, quia multæ Mentales Reſtrictiones in utrumque, & præcipuè in patrimonii deſignationem irrepſerunt, operæ pretium erit conſiderare qualitates, quas Titulus patrimonii requirit, illaſque à quacumque fallacia aut Reſtrictione purè mentali emaculare.

De Patrimonii titulo.

De Patrimonii quantitate, Unde hæc determinetur?

PRæcipit Apoſtolica Sedes, ut nemo ad Ordines Majores promoveatur, quin habeat unde decenter poſſit vivere. Quam ob rem non ad cujuſcumque Beneficii aut Patrimonii titulum Clericum licet ordinare, ſed debet habere, quantum Taxa præſcribat: quia enim in aliquibus locis victualia majori pretio, in aliis minori venduntur, Tituli valor à Taxa, quam præſcribunt Epiſcopi, & hæc ipſamet Taxa, à victualium abundantia & penuria, ſecundum qualitatem loci reſtringitur & determinatur.

Quid patrimonium fictum ſit? & an debeat retrodonari? Quid verbum retrodono ſignificet?

Interrogas, *An Patrimonium fictè donatum ad Ordines ſuſcipiendos ſufficiat?* Et illud fictè donari dicitur, quod vel Patronus ſine intentione transferendi dominii dederit, aut mente, aut etiam verbo, aut calamo, addendo aliquam circumſtantiam, quæ valorem donationis elidat. Et interrogas poſtea, *An, qui fictum Patrimonium recepit, teneatur illud retrodonare?* Et utor iſto verbo, licèt enim ſit fictum, & in Virgilio aut Cicerone non legatur, ſignificat exactè, quod volumus, non enim eſt aliud æquipollens, quod rem exponat ita clarè. Eſt autem *retrodonare*, rem dono acceptam iterum donatori donare.

Reſpondeo hoc Dubium non benè proponi à Theologis, & poſtulare, ut multa in ipſo clariùs proponantur, & decidantur. Et hanc ob rem ante Reſolutionem dico, accidere aliquando, ut obligatio talem aut talem rem faciendi contractum donationis efficiat. Addo hanc obligationem poni in contractu, ut conditionem, vel ut onus: & hinc contractuum in Conditionatos & Oneroſos diviſionem prodire.

Quando obligatio aliqua contractum afficit, conſiderandum eſt, an illa ut onus, an verò ut conditio ponatur: ſi primum, erit contractus oneroſus; ſi ſecundum, erit conditionatus.

Profectò, ſi obligatio ut conditio ponatur, non erit contractus validus, niſi purificetur conditio: ſi autem obligatio inſit contractui ut onus, contractus quidem erit validus, etſi non adimpleatur illud onus; ad ejus autem adimpletionem poterit cogi donatarius. Rem exemplis illuſtro. Dixit Aurelio Livius. *Si pinxeris mihi talem tabulam, numerabo tibi triginta aureos*, & Tocrites.

ribio, *Dono tibi hanc domum, ſub onere, quod ſingulis annis jubeas tot miſſas dici pro animarum, patientium in Purgatorio, refrigerio.* Sanè in primo contractu non transfertur dominium, nec jure Aurelius poteſt poſtulare illos aureos, niſi pinxerit tabulam; eſt enim contractus conditionatus, qui non obligat, niſi purificetur conditio. In ſecundo autem, nam oneroſus eſt, ſtatim transfertur dominium, & ſupervenit adimplendi oneris obligatio. Si autem miſſas dicere intermittat Toribius, non ideò contractus prior dirimitur, ſed poterit cogi ad ſatisfaciendum obligationi impoſitæ; & ſi contumax ſit, etiam pœna privationis, damnari.

Quomodo contractus conditionatus & oneroſus differant inter ſe?

Donatio duplex.
Vtra pro titulo admittatur?

Prætereà, Donatio in Donationem de præſenti, & Donationem de futuro dividitur. Illa fit per verbum *dono*, & hæc per verbum *donabo*. Et, quia hæc poſterior habet vim Promiſſionis tantummodò, non admittitur pro titulo Subdiaconatus.

Formula patrimonii adſignandi.

His poſitis formulas aliquas adſignandi Patrimonium Clerico conſideremus. Sit *Prima*. Dono tibi tales redditus. *Secunda* Dono tibi tales redditus ſub conditione, quòd illos poſt Ordinationem mihi retrodaturus ſis. *Tertia*. Dono tibi tales redditus cum onere, quòd illos mihi poſt Ordinationem retrodones.

De Reverſalibus.
Quid ipſa ſint, & quibus modis poſſint fieri?

Prima formula legitima & ſufficiens eſt & ſola quæ in praxi ab Epiſcopis admitti ſolet. Nullus enim Epiſcopus admittet talem donationem pro titulo, in qua retrodonatio ut onus aut conditio ponatur. Interìm etiam in ipſa prima formula ſuccurrunt fraudes, quæ patrantur interdum, quas proderit dilucidare. Sunt Clerici, qui, ut Patrimonii titulum ab aliquo Patrono ſuſcipiant, dant ante ipſammet Ordinationem literas reverſales, vi quarum virtutem donationis elidunt. Hæ autem Reverſales poſſunt fieri bifariam, vel enim in illis dicit Claremundus, *Ego declaro me non acceptare, nec acceptaſſe talem donationem, & per has illam literas dirimo, & volo eamdem eſſe invalidam, & nullum unquam fore effectum habituram decerno*, vel ſaltem, Theodoricus ait, *Ego per literas præſentes fateor, me talem donationem ſolicitaſſe, impetraſſe, & acceptaſſe tantùm, ut ad Subdiaconatum admitterer, adeoque me obligo, etiam jurejurando emiſſo, ad retrodonandam immediatè poſt meam Ordinationem Domino N. eoſdem redditus; & ad majorem ipſius ſecuritatem me cuicumque tribunali ſubjicio.* &c.

Proponuntur duæ formulæ.

Prior donationem adnullat.

Porrò, ſi Reverſales ad priorem formam fiant, dirimunt donationem, præſtantque, ut Clericus titulo ficto, adeoq;

ſine titulo ordinetur. Ergo taliter ordinatus peccat mortaliter, & *ex cap. Neminem*, & *cap. Sanctorum*, *diſt.* 50. ſuſpenſionem incurrit: quam Tridentinum *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. innovat, inquit enim, *antiquorum Canonum pœnas ſuper hoc innovando*.

An Tridentina Synodus aliquot Pontificii Iuris revocata & antiquata, capita revalidaverit?

Et quidem tametſi hæc doctrina communis ſit & bona, eſt nihilominus probabilis Ledeſmæ *tom.* 1. *de Sacram. Ordinis cap.* 7. *concl.* 6. *diff.* 3. Dianæ *part.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 5. & *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 184. & *part.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 50. Cotonii *in Summ. verb. Ordo. num.* 20. & aliorum ſententia, quæ aſſerit illos duos Iuris Canones, qui pro altera opinione allegabantur, fuiſſe olim *per cap. Cum ſecundum.* 16. *de præbend.* revocatos, pronunciatque Tridentinum non conſtituiſſe novum jus, nec revocatos Canones repoſuiſſe, ſed eos obſervari voluiſſe, qui non fuerant legitima authoritate revocati. Ergo ſtando huic ſententiæ, ex Concilio Tridentino, & *cap. Epiſcopus*, & *cap. Cùm ſecundum Apoſtolum*, *de ſimon.* quæ ab illo innovantur, Clericus, qui ſine titulo, aut cum titulo ficto ordinatur, peccat mortaliter, & debet ſeverè puniri, non autem aliquam incurrit ſuſpenſionem niſi ſimoniæ labe ejus maculetur promotio. Interim non videntur Ledeſma, & Authores, qui ei adhærent, bene ſignificationem verbi *innovare* penetrare: nec enim *innovare privilegia* eſt nova concedere; aut conceſſa, quæ ſunt in obſervantia viridi, manutenere; ſed antiquata, obſoleta, aut revocata reponere & revalidare. Et hoc ſenſu hoc verbo utuntur Theologi, nam P. Gabriel à S. Vincentio *conſ.* 44. *nu.* 11. *pag.* 95. *a.* ſic ſcribit. [Non tamen revocaretur poteſtas concedendi privilegia, ſeu innovandi revocata, quia hæc facultas non eſt privilegium. &c.] Ergo, ſi hoc ſenſu verbum *innovare* accipi debet, falſa eſt Ledeſmæ opinio, nam Concilium revocatos, & antiquatos Canones, qui contra promotos ſine titulo lati erant olim, repoſuit & revalidavit.

An ſit ſuſpenſus, qui ſine titulo ordinatur?

Quid verbum innovare *ſignificet?*

Per privilegiorum revocationem, quæ non ſunt privilegia non revocantur.

Cæterùm, ſi dictæ Reverſales ad formam poſteriorem condantur, Donationem in ſuo valore relinquunt. Ergo taliter ordinatus, non eſt aut caruiſſe legitimo titulo, aut fictum protuliſſe cenſendus. Ergo tantùm debemus agere de promiſſione, & juramento adnexo, & quærere, An hoc fuerit ſacrilegium, & illa invalida?

Reverſales, ſi onus contineāt, non dirimunt valorem donationis.

De retrodonatione patrimonii hæc apud Cotonium *loc. cit. num.* 21. lego. [exiſtimo reſtitutionem patrimonii, ſaltem verè dati, ante Ordinem vel dimiſſorias factam, non valere. Et ſic, ſtante etiam ſententia Navarri & Suarez (qui dicebant, eum, qui ſine titulo promovebatur, manere ſuſpenſum) ſic renunciantem non manere ſuſpenſum, quia valido titulo omnia gerit. Ita Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 55. §. *Sed, quidquid*. Si autem reſtituat poſt ſuſceptos Ordines, antequam alia bona adquirat, unde vivat, graviter peccare ait Turrianus *de Cenſur. libr.* 5. *diſp.* 46. *dub.* 1. quia violat Tridentinum *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. non tamen incurrere ſuſpenſionem, quia hæc nullibi ſtatuitur. Ita Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 57.] Sic ille. Ego autem

Cotonii, ulterumque de retrodonatione ſententia.

De renunciatione patrimonii.

An fieri poſſit validè?

Dico, *Beneficii aut Patrimonii, quod in titulum Subdiaconatus in Epiſcopali Cancellaria admiſſum fuit, renunciatio illicita & invalida eſt*. Ita ſtatuit expreſsè *loc. cit.* Tridentinum inquit enim. *Id verò Beneficium renunciare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum ſit promotus; neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quòd aliunde vivere commodè poſſit; & aliter facta renunciatio nulla ſit*. Et ſtatim agens de Patrimoniis, &c. *Illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere poſſint, antiquarum Canonum pœnas ſuper his innovando*. Subintellige, *& aliter facta alienatio, aut extinctio, vel remiſſio ſit nulla*. Et hanc clauſulam ſubintelligi debere, perſuadeo: nam eodem modo de Patrimonio ac de Beneficio agunt Patres: Finis enim illorum eſt, *ne illi, qui Divino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare aut ſordidum aliquem quæſtum exercere cogantur*. Et hic finis æquè fruſtraretur, ſi Patrimonium validè alienaretur, ac ſi Beneficium validè renunciaretur. At jubent, ut Beneficii in hoc caſu renunciatio ſit nulla; ergo non jam per paritatem, ſed per identitatem rationis colligitur, eoſdem juſſiſſe Patres ut alienatio Patrimonii in eodem caſu ſit invalida.

Quid Concilium de Beneficiis ſtatuat?

Quid de Patrimoniis diſponat?

An, & cur utrorumque alienationem eſſe velit invalidam?

Per identitatem rationis ex cenſu ad cenſum poſſumus argumentari.

Et hinc convertendo oculos ad Reverſales, quas dedit Theodoricus, donationem illam, quæ Theodorico facta, validam fuiſſe ſupponendo, inquiritur, an Theodoricū obſtringat promiſſio de retrodonando, quam complectuntur Reverſales?

An & quando obligent Reverſales?

Avila *part.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 5. *concl.* 3. aſſerit Theodoricum ad retrodonationem in conſcientia obligari, quia in hoc foro donatio valet ſecundum intentionem donātis. Sed non ingreditur difficultatem: ſupponimus enim donationem fuiſſe abſolutam & validam, & videndum tantummodo, quod Reverſales pollicentur. Porrò illarum promiſſio eſt de re, quam nec licitè, nec validè poteſt Theodoricus præſtare, nam eſt de retrodonatione, quam Con-

Opinio Avilæ.

cilium

cilium Tridentinum interdicit & dirimit. Ergo peccavit mortaliter Theodoricus Reverſales illas expediendo, & ſacrilegium commiſit eaſdem juramento firmando: & illas obſervare non poteſt: &, ſi de facto retrodonaverit patrimonium, illa retrodonatio erit illicita & invalida: ſemperque Epiſcopus, ſi voluerit Theodoricum punire, poterit recurrere ad illud patrimonium retrodonatum. Ita Ledeſma *to. 1. de Sacra. Ordinit. cap. 7. concl. 6. diff. 3.* Et hanc Reſolutionem non paucæ Iuris Regulæ confirmare videntur.

Patrimonii retrodonatio illicita & invalida eſt.

Regula VI. *Nemo poteſt ad impoſſibile obligari*. At, Theodoricus non poteſt facere, ut valida retrodonatio ſit, quam dirimit Concilium Tridentinum, & invalidam eſſe pronunciat. Ergo ad hanc retrodonationem faciendam ſe Theodoricus obligare non potuit.

Impoſſibilia Reverſales promittunt.

Regula XXXVI. *Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere*. At, cùm retrodonavit patrimonium illud, Theodoricus doloſè egit. Ergo moraliter & juridicè ipſe poſſeſſor eſt.

Dominium donatio, dolo facta, non transfert.

Regula LII. *Non præſtat impedimentum quod de Iure non ſortitur effectum*: hoc eſt, *quod ſecundum Iuris diſpoſitionem fit invalidè*. At hæc retrodonatio de jure non ſortitur effectum; eſt enim nulla, & à Tridentino dirimitur. Ergo non præſtat impedimentum. Ergo illa non obſtante, Theodoricus poterit illud patrimonium reſumere, & Epiſcopus ex cauſa ſicut aliorum patrimonia gravare.

Nullus effectus oritur ex invalido & nullo contractu.

Regula LVIII. *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum*. Sed tale eſt illud, quod Theodoricus in Reverſalibus diſtinguit, promittit enim juratq; ſe crimen inobedientiæ commiſſurum.

De juramento contra bonos mores.

Regula LXIX. *In malis promiſſis expedit* (immò, neceſſarium eſt) *fidem non obſervari*. At mala eſt & impia Theodorici promiſſio. Ergo tenetur illam non obſervare.

De male promiſſis.

Ex tribus Donationum formulis, quas §. *His poſitis*, propoſueramus: Primam jam poſuimus: alias duas breviter exponamus.

De conditionata donatione.

Secunda erat, *Dono tibi tales redditus ſub conditione, quòd illos poſt Ordinationem retrodaturus mihi ſis*. Et aſſero accenſeri debere formulam hanc poſitionibus ſalſificantibus. Nam, ſi dicatur valida erit invalida, & hoc evidenter oſtendo. Ponamus hanc donationem eſſe validam, Ergo transfert dominium. Ergo per illam fit dominus redituum illorum donatarius. Ipſe, ſi ſemel ſit dominus, retrodonare nequit, nam hujuſmodi donationem Concilium Tridentinum interdicit, & dirimit. Conditio ergo illa nunquam purificatur. At omnis contractus conditionatus eſt invalidus, niſi purificetur conditio. Hæc ergo Donatio fuit invalida. Ergo, ſi eſt valida, eſt invalida quod fuerat demonſtrandum.

An impræſentiarùm implicet contradictionem?

Tertia erat, *Dono tibi tales redditus cum onere, quod mihi illos poſt Ordinationem retrodones*. Et interrogas, An Clericus hoc titulo ordinatus ad retrodonationem teneatur. Audiunto Coronium, qui *in ſumm. verb. Ordo. num. 21.* ex Diana *par. 3. tract. 3. reſol. 184.* ſic inquit. [Reſpondeo cum Ledeſma *tom. 1. de Sacram. Ordinit. cap. 7. concl. 6. diff. 3.* non teneri; quia clauſula (illa oneroſa: non enim eſt conditio) in donatione appoſita de retrodonando, cum ſit contraria Iuri, nullam obligationem inducit; unde ſicut in foro externo reſcindi poteſt in pœnam ejus, qui fictè dedit decipere volens Epiſcopum, & Eccleſiam (dicerem ego, ſicut in foro externo declarari invalida & nulla ipſa debet) ita in foro conſcientiæ immunis eſt ab obligatione reſtituendi: quamvis Auila *p. 3. diſp. 5. dub. 5. concl. 3.* teneat in conſcientia ad reſtitutionem obligari, quia in hoc foro donatio valet juxta intentionem donantis, &c.] Coronius quidem bene quæſtioni, quam propoſui, reſpondet: non autem illi, quam propoſuerat ipſe: quæ erat hæc, *An patrimonium fictè donatum poſſit aut debeat Clericus retrodonare?* Et aliter eſt reſolvenda. Si enim fictè donatur, donatur invalidè, & Clericus in illo nullum adquirit dominium. Ergo ordinatur ſine titulo. Et tenetur illud patrimonium proprio domino reſtituere, nulli enim Canones, aut Iura præcipiunt, aut præcipere poſſunt, ut Clericus aliena retineat. Ergo ut reſponſio, quam dat Coronius fluat, requiritur, quod donatio facta Clerico, fuerit non jam ficta, ſed vera & valida & quod donatarius, ejuſdem vi, non jam per modum conditionis, ſed per modum oneris, retrodonandi habeat obligationem.

Donatio onero-ſa, etſi onus ſit de re mala, valet, ſed donatarius illud præſtare non tenetur.

Auila allucinatur.

Reſpondet bene, ſed quæſtione, quam non propoſuerat, Coronius.

Placet hunc caſum addere, ex P. Gabriele de S. Vincentio, qui *in Conſiliorum lib. reſp. 137. pag. 265. a.* hanc hiſtoriam proponit. [Titius ex bonis ſuis per inſtrumentum & ſolennitates debitas in Epiſcopali Cancellaria acceptatum & regiſtratum, deſignavit Patrimonium Theodoro filio ſuo, ut ad ordines promoveretur. In examine Theodorus reprobatur jubeturque ſtudere, ut ſi capax ſit, poſt tot vel tot menſes ad novum examen iterum revertatur. Titius interim, quia inconcinnos Theodori mores exſecratur, &

An pater aut patronus patrimonii donationem poſſit revocare?

An talem revocationem poſſit Epiſcopi Vicarius acceptare?

cum

eum videt in litetis nolle proficere, ad Vicarium Genetalem recurrit, qui examinatis teſtibus patrimonii donationem à Titio factam revocavit.

Per patrimonii adſignationem Clericus uſumfructum adquirit.

Reſpondet Pater Gabriel, quod cùm patrimonium ex Sacri Concilii decreto (aſſerente Barboſa *in collect. Bullar. & Decretor. verb. Patrim.*) ſit quædam donatio, aut donum per parentes factum, ea lege, ut filius uſumfructum habeat, donec aut Beneficium, aut bona aliunde ad ſuſtentationem ſufficientia adquirat, erit quædam donatio inter vivos, ac propterea erit irrevocabilis. Et hæc omnia admitto: non tamen, quæ ſubjungit, videlicet, propter ingratitudinem, aut manuum violentam injectionem Parentem poſſe hanc donationem revocare; quoniam illi redditus dari ſunt ad uſum Theodori juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem; & diſponit Concilium, ut ſine Epiſcopi conſenſu non poſſint alienari.

An cogi poſſit, ut inde totam familiam alat?

Petis, An ſaltem Theodorum filium ſuum cogere poſſit Titius ut illos redditus, quos in patrimonii titulum conſignavit, ad domus paternæ beneficium expendat, ut ex eis pater, mater, fratres, & ſorores alantur? Negat, & bene P. Gabriel *loc. cit.* & iterum *de Sacrament. Ordinis. diſp. 2. quæſt. 4. num. 42.* nec non *in Summ. Morali. verb. patrimonium*, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 2.* ſtatuit, ut patrimonii in titulum deſignati Clericus habeat liberam diſpoſitionem, *quia non decet eos, qui Divino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere.*

Intentum Concilii Tridentini.

Et non conſequeretur ſuum intentum Cõcilium, ſi redditus, qui vix ad tenuem unius ſuſtentationem ſufficiunt, impendi permitteret in totius paternæ familiæ nutritionem.

De Menſæ Titulo. *Quid ille ſit, & unde Reſtrictionem ſortiatur?*

Quid ſit Menſæ titulus?

IN Bohemiæ regno, in quo Epiſcopatum Reginohratzenſem habui, Pragenſemque Archiepiſcopatũ Emin. Principis Cardinalis ab Harrach nomine quinque annis gubernavi, reperi Clericos, ſi habebant menſæ titulum, ad Ordines Majores admitti. Titulus autem menſæ continebat hanc formulam, *Ego Comes (vel Baro) N. polliceor alimenta Clerico N. ſi non habeat bona aut beneficium unde vivat.*

An, & quomodo fieri poſſit, ut non ſit obnoxius reverſalibus?

Vt obtinerent hujuſmodi titulos Clerici, dabant reverſales Patronis, ac proptereà non pauci ordinabantur ſine titulo. Et nos, huic occurrimus inconvenienti, præcipiendo, ut Inſtrumenta ſcriberentur ad hanc formulam, *Ego Comes (vel Baro) N. Eminentiſſimo Principi, Archiepiſcopo Pragenſi, polliceor, me ſubminiſtraturum eſſe alimenta Clerico N., ſi non habeat.* &c. Hæc enim promiſſio, cùm non fuerit facta Clerico ſed Archiepiſcopo, non poterat per Reverſales ſcriptas à Clerico dirimi.

De quantitate hujus tituli.

Quia illa verba, *unde vivat*, nimis generalia videntur, & ad praxim reduci nequeunt, niſi ad determinatam ſignificationem reſtringantur, interrogas, Vnde ſumi debeat hæc Reſtrictio? Et reſpondeo, à patrimonii quantitate deſumi. Adeoque Patrono, qui menſæ titulum dedit, erit liberum clienti ſuo, aut victum & amictum præbere, aut quadraginta ſcuta annua deſignare; tot enim titulus patrimonii ut quis ibi ordinetur, importat.

Quid alimentorum Fidejuſſio ſit, & an à Titulo menſæ diſtinguatur?

Hunc menſæ titulum alii vocant *Fidejuſſionem alimentorum*, putantque ad Ordines recipiendos ſufficere. Cotonius *loc. cit.* [Adverte etiam ſufficere, quod Ordinandus fidet fidejuſſionem alimentorum, nam ſic in eo ceſſat timor mendicandi, & ſatisfit menti & diſpoſitioni Concilii. Vnde, ſi Ordinatus ſine titulo incurrit ſuſpenſionem, ut docuit Navarrus, non incurreret Ordinatus cum tali fidejuſſione, ut notat Grillenzonius *conſil. 14.* & Diana *part. 5. tract. 10. reſol. 48.*]

An, & quæ ſit inter Titulum menſæ, & Titulum patrimonii differentia?

At, ſi bene res conſideretur, inter titulum patrimonii, & titulum menſæ, quicũque Vir prudens magnam differentiam inveniet: ille enim prior in poſſeſſione, hic poſterior in mera promiſſione fundatur, & difficultatibus erit obnoxius; & præcipuè, ſi fidejuſſor, aut valde potens ſit, aut valde dives. Ego autem hoc unicum aſſeverare poſſum, videlicet, caſum ſemel me in Bohemia gubernãte accidiſſe, Dominumque Rodulphum de Coloredo, Magnum ibi Priorem Ordinis Melitenſis, qui menſæ titulum cuidam pauperi Sacerdoti, jam tunc deliro, dederat, ad præbenda alimenta condemnatum, nunquam obedire voluiſſe, nec potuiſſe cogi, quia ejus, tam Cæſareæ, quàm Archiepiſcopalis Cancellariæ miniſtri, potentiam verebantur.

An menſæ titulus effectu careat?

Ergo, niſi aliter res conſtituantur, eſt titulus ſine re, qui apud Bohemos vocatur *Menſæ titulus.*

De Subdiaconi Ordinatione.

Quibus loquatur in Admonitione prævia Epiſcopus, quãdo præter ſæculares, etiam Religioſi ad ſubdiaconatum promoventur?

VEniunt ad ſuſcipiendum Subdiaconatus Ordinem Sæculares Acolyti, veniunt & Religioſi, & tamen omnes audiunt Pontificem dicentem, *Hactenus enim liberi eſtis, licetque vobis pro arbitratu ad ſæcularia vota* (ſeu ad nuptias) *tranſire; quod ſi hunc Ordinem ſuſceperitis, amplius*

plius non licebit à propoſito reſilire, ſed Deo, cui ſervire, regnare eſt, perpetuò famulari, & Caſtitatem, illo adjuvante, ſervare oportebit. &c. &, quia ſcis, non poſſe Religioſos ad vota ſæcularia tranſire, quia ſolenni voto Caſtitatis tenentur, interrogas, *Cur hæc dicantur verba, quando præter Sæculares Acolytos, etiam Regulares promoventur?*

Reſpondeo non omnibus ea dici, quæ dici ſolent coram omnibus; nam distributio accommoda poſtulat, ut ſinguli ea ſibi dico intelligant, quæ ſua interſunt. Et, ut id bene exponam, meminerim Rhetoricæ illius Figuræ, quam *articulum* vocant (*) ad cujus leges carmina curioſa concinnantur: in quibus, tametſi plura verba, & plura inſtrumenta, & plura obliqua conglomerentur, non quodcumque cum quocumque conjungitur, ſed ſenſus & Grammatici Canones, quæ cohærent, conjungunt, & à cæteris ſeparant. Conſidera ſubſcriptum Diſtichum.

*) Vide Ioannem Raviſium, Textorem Proſodiæ libr. 3.

De Articulo, quæ Figura apud Rhetores, ſit?

Paſtor, arator, eques; pavit, coluit, ſuperavit;
Capras, rus, hoſtes; fronde, ligone, manu.

Anne in illo aut paſtor pavit rus; aut eques ſuperat capram? minimè. Sed quid? Paſtor pavit capras fronde: arator coluit rus ligone; & eques ſuperavit hoſtes manu. Et cur quæ conveniunt Paſtori non attribuuntur aratori vel equiti? Quia agitur de re certa; & ſententiæ ratio, quæ indefinitè dicta videri poſſent, ad locos convenientes reſtringit. Ergo ſic ſimiliter, illa verba, quæ in Hypodiaconi conſecratione à Pontifice promovente dicuntur, tametſi dicantur coram omnibus, illis tantùm dicuntur, quibus conveniunt. Indubitatum enim eſt, nec dici Sacerdotibus, qui Pontifici adſiſtunt; nec dici famulis, qui Pontifici ſerviunt; non enim iſti ſunt, qui ordinantur: ergo nec dicentur Religioſis, non enim ſunt iſti, qui uxores poſſunt ducere: Ergo ad omnes & ſolos Acolytos non Religioſos, qui ordinandi, reſtringentur: nam de his tantummodò verificantur.

Vnde Oratio reſtringatur, voceſque ad proprios locos revocentur?

Non omnia, quæ coram omnibus dicuntur, dicuntur omnibus.

Laudas reſponſionem exhibitam, & tamen non eſſe omninò admittendam ais, quoniam, etſi locum habere poſſit, quando ſimul Religioſi & Non-religioſi promoventur, verificari nequit, ubi ſoli Monachi conſecrantur. Qua enim ſinceritate dici Monachis ſolenniter profeſſis poterit, *Liberi eſtis, licetque vobis pro arbitratu ad ſæcularia vota tranſire*, ſiquidem ſolenne Caſtitatis votum eſt quoddam impedimentum dirimens, quod incapaces Monachos reddit contractum matrimonialem celebrandi? Ergo, ubi ſoli Religioſi promoventur, non poterimus præcedentem interpretationem admittere.

Reſpondeo, adhuc in illo caſu, quo ſoli Religioſi ordinentur, illa verba Pontificis ſenſu opportuno verificari. Et, ut id demonſtrem, ſic diſcurro. Quando una & eadem actio duobus titulis eſt interdicta, & Superior, in altero tantùm diſpenſat, & tamen dicit, *Concedo licentiam ut poſſis id facere*, hæc ipſa Superioris verba, per circumſtãtias ſuccurrentes reſtricta, poſtulãt ſubintelligi hanc reſtrictionem & limitationem, *quantum eſt ex hoc capite*, ita ut licentia non ſit abſoluta, ſed ad talem circumſtantiam reſtricta; Quam ob rem ſuperioris verba, ſi quæ ſubintelliguntur, iis, quæ expreſsè dicuntur, adjungantur, æquivalebunt his, *Concedo licentiam, ut quantum eſt ex hoc capite, poſſis id facere*. Et hoc totum exemplo manifeſto dilucido. Eccleſia generali præcepto diebus Veneris indicit abſtinentiam à carnibus, eamdem eiſdem diebus in ſua Regula S. Franciſcus ſtatuit: eamdem S. Benedictus in ſua. Eccleſiaſtico Canoni lege Obedientiæ omnes Chriſtiani obedire tenemur: vi voti ſolennis Franciſcani Regulæ obſervant Canones, peccantque graviter, ſi feria ſexta non jejunent. At, S. Benedicti Regula mitiùs obligat; nam, vel leges purè pœnales continet, aut morales ad veniale obligantes; utrumque à doctis probabiliter defendi ſolet. His poſitis in ſpeciali Bulla dicat Pontifex. *Ad majorem Verbi naſcentis gloriam in Eccleſiaſtica lege diſpenſamus, concedimuſque, ut feria ſexta, quãdo in eum Nativitas Dominica inciderit, poſſint Fideles veſci carnibus.* Pero, Virtute-ne hujus diſpenſationis poterit Franciſcanus, poterit Benedictinus illa die carnes edere? Et quid, ſi ediderit? Quo modo erit judicandus, aut incriminandus? Reſpondeo, Summum Pontificem Illius Bullæ virtute in ſola lege Eccleſiaſtica diſpenſaſſe, & cæteras obligationes, ſi quæ erant, intactas reliquiſſe. Vnde, cùm Franciſcanus vi Eccleſiaſticæ legis, & proprii voti diebus Veneris per annum à carnibus abſtinere teneatur, ſi forte carnes edat, duo peccata committit, alterum contra Obedientiam, & alterum contra Votum. Si autem feria ſexta, ob feſtum Nativitatis ſacra carnes comedat, nullam Eccleſiæ legem temerabit, nulla enim eſt de abſtinentia à carnibus, quæ obliget, illa die, at franget votum, votum enim emiſit de obſervanda Regula & hæc illa ipſa die abſtinentiam præſcribit. Prætereà, ſi D. Benedicti Regula obligat ſub veniali, ut multi probabiliter dicunt, noſtri Ordinis Monachus, qui quocumque die Veneris carnes comederit

De S. Benedicti & S. Franciſci Regulis.

Quomodo Religioſos obligent?

De die Veneris in quem incidit ſolennitas Dominicæ Nativitatis.

An carnes in illa poſſint Religioſi comedere?

Quid de Patribus Franciſcanis;

& quid de Benedictinis dicendum ſit?

rit

rit duo peccata committet: videlicet mortale & veniale; illud in genere Obedientiæ, nam Eccleſiæ præceptum eſt grave: hoc in genere voti, nam vota obligant ex intentione voventium, & ſupponimus Benedictinos in ſolenni profeſſione nolle ſe obligare ad obſervantiam Regulæ ſub peccato mortali. Et potuiſſe ſe obligare ſub veniali cum multis aliis docet Sanchez *de Matrimonio tom.1.libr.2.diſp.9.n.6.* Soarius *in 3.part.tom.4.diſp.38.ſect.7.n.9.* Diana *part.3.tract.6.reſol.91.* & Coronius *in Summ.verb. lex. num.36. & verb. votum.num.24.*

An, qui votum gravem vovet, ſe poſſit Deo obligare ſub veniali?

Ergo, ſiquidem Benedictini & Franciſcani, &c. die Veneris, in quem incidit Nativitas, veſci carnibus nequeunt, & tamen diſpenſatio à Sede Apoſtolica conceſſa univerſos concernit, poſtulant ſolennium votorum circumſtantiæ, ut in Pontificiis verbis congrua intelligatur Reſtrictio, videlicet, *quantum eſt ex hoc capite*, vel alia ſimilis, ita ut tota ſententia ſit, *Concedimus, ut feria ſexta, quando in eam Nativitas Dominica inciderit, quantum eſt ex parte Eccleſiaſticæ legis poſſint Fideles veſci carnibus.* Et hæc diſpenſatio non tollit, ut maneat adhuc obligatio Regulæ, vi cujus à carnibus Religioſi abſtinere teneantur.

Vera expoſitio diſpenſationis Pontificiæ.

Quando ſunt duæ obligationes, poteſt per diſpenſationem tolli altera altera remanente.

Et, quia jam inſtructor, iterum Pontificis verba recognoſco, propter quæ hæc omnia fuerunt dicta; & illa, quæ in eis ſubintelliguntur, expreſsè ſcriptutus, attentionem debitam poſtulo: propono enim Caſum, in quo Pontifex ſolos eſt Monachos conſecraturus. Et, ut procedam clariùs, introduceam Epiſcopum, qui loquatur, Religioſos Voto, & Subdiaconos præcepto (*) ad Caſtitatem obligari ſupponens.

*) Placet hic hanc tenere opinionem, ſunt enim variæ inter Doctores, ut Paragrapho ſequênti explicabo.

Filii dilectiſſimi, ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promovendi, iterum atque iterum conſiderare debetis attentè, quod onus hodie ultrò appetitis. Voto ſolenni Religioſi, præcepto ſolenni Hypodiaconi ad Caſtitatis obſervantiam tenentur. *Hactenus* quidem à præcepto hoc ſolenni *liberi eſtis, &* quantum ex hoc capite (nempe, ex parte præcepti) *licet vobis pro arbitrio ad ſæcularia vota tranſire;* &, ſi Eccleſia, quod poteſt, diſpenſaret in voto, etiam abſolutè liceret. *Quod ſi hunc Ordinem ſuſceperitis, amplius non licebit,* etſi voti diſpenſationem impetretis. Sublata enim altera obligatione, manebit altera, vi cujus *non licebit à propoſito reſilire, ſed Deo, cui ſervire, regnare eſt, perpetuò famulari, &* novo *Caſtitatem* titulo, *illo adjuvante ſervare oportebit.*

Quo Religioſi jure, & quo ad Ordines Majores promoti Caſtitatem obſervare teneantur?

Pergis ulteriùs, & illos advocans, qui docent Hypodiaconos voto Caſtitatis obſtringi (quorum probabiliſſima ſententia eſt) præcipis, ut id probent, quod aſſerunt; aſſeris enim te nunquam audiviſſe aliquem, qui in Ordinatione ſua diceret, *Ego Caſtitatem promitto*. Immò contra eam ſententiam & Theologos, qui eam tuentur, ſic argumentaris. Ideò ad Obedientiam ſpecialiter Sacerdos tenetur, quia dicenti Pontifici, *Promittis mihi, & Succeſſoribus meis reverentiam & obedientiam?* reſpondit *Promitto*. Ergo, ſi dicenti Pontifici, *Promittis Deo Caſtitatem*, Subdiaconus reſponderet, *Promitto*, ad Caſtitatem teneretur. At neque Subdiacono talia verba inquit Pontifex, nec tale reſponſum ille dat. Ergo nunquam Subdiaconus votum Caſtitatis emiſit.

An in Ordinatione ſua Hypodiaconi votû Caſtitatis emittant?

Proponitur ratio dubitandi.

Reſpondeo Subdiaconos voto Caſtitatis obſtringi à D.Thoma *in 4.diſt.37.qu.1.art.1.* Cajetano *tom.1.Opuſcul.tr.27.ſub fin.* Soto *lib.7. de Iuſt. qu.4.art.2.* & *in 4.diſt.38.q.1.ar.1.§.Eſt autem.* & Petro Soto *lect.5.de Matrim.§.Cæterum*. Palatio *in 4.diſt.37.diſp.unic.concl.3.in fin.* Bonaventurâ *in 4.diſt.37.art.1.qu.2.* Richardo *art.1.qu.2.ad 1.* Capreolo *diſt.34.qu.unic. art.1.concl.3.* S.Antonino *p.3. tit.1. cap.*8. Bellarmino *lib.1.de Clericis cap.*18. Henriquezio *libr.12.de Matrim.cap.5.nu.9.* Vaſquezio *diſp.248.c.2.* Thomâ Sanchez *de Matrim. diſp.27.num.*10 & aliis Doctoribus eximiis aſſeri. Et hanc eamdem ſententiam altera quæ obligationem à præcepto deſumit eſſe probabiliorem docet Franciſcus Amicus *tom.8.diſp.22.ſect.3.num.90.pag.29.b.* & probat ex Concil.Ancyrano, [illegible] latenſi, Carthaginenſi III. nec non ex Beati Gregorii, Bonifacii VIII. Innocentii III. & aliorum decretis.

Authores, qui Sententiam Aſſerentem tuentur.

An utraque Sententia ſit probabilis?

Sed quando hoc illi votum emiſere? Quando acceſſerunt ad Pontificem, ut ordinarentur. Et quo illud modo emiſerunt? Tacendo. Nam ſilentium, per locum, tempus, perſonam & verba præcedentia, ab Epiſcopo dicta, reſtrictum, virtualiter æquivalet huic aſſertioni, *Ego Caſtitatem promitto*; vel etiam huic, quæ uberiùs mentem Ordinandi dilucidat, *Scio* (tacitè & nullum verbum proferens, inquit ille) *quòd, ſi hunc Ordinem ſuſcepero, mihi amplius non licebit ad ſæcularia vota tranſire, ſed Deo, cui ſervire, regnare eſt, me perpetuò famulari debere. Adeoque in teſtimonium, quod caſtitatem adjuvante Deo ſervare voveo, & quod Eccleſiæ miniſterio in perpetuum me mancipo, in nomine Domini huc accedo.* Et hæc tacitè dicere, qui Subdiaconatum ſuſcipit, evidenter oſtendo. Poſtquam enim Pontifex Subdia-

Quando, & quo modo hoc Caſtitatis votum emittatur implicitè?

diaconatus Candidatos monuit eſſe adnexam illi Ordini Caſtitatem (quam obligationem è voto provenire Authores, quos citavi, pronunciant) ſubjungit: *Proinde, dum tempus eſt cogitate: &, ſi in Sancto propoſito perſeverare placet, huc accedite.* Accedunt taciti. Ergo accedendo & tacendo admittunt illam obligationem: hoc eſt, votum emittunt. Nec eſt hic modus vovendi novus in Ecclesia Orthodoxa, nam in Concilio Ancyrano legitur: *Quicumque tacuerint, & ſuſceperint manus impoſitionem* (hoc eſt, Diaconatum) *profeſſi Continentiam* (ſunt) *&* (ſi) *poſtea nuptiis obligati ſunt, à miniſterio ceſſare debent.* Ecce tacendo etiam olim Continentiam ſacri homines profitebantur. (*)

An quis poſſit tacendo, votum Caſtitatis emittere?

Sed cur *per manus impoſitionem* Diaconatum intelligo? Quia tametſi manus impoſitio videatur æquivocum & poſſe tam Diaconatum, quàm Sacerdotium ſignificare, duo ſunt quæ illam ad Diaconatum reſtringunt; nam eſt manus impoſitio & non manuum: & eſt ad miniſterium, & non ad myſterium; nam, ſi uxorem ducat, jubetur à miniſterio ceſſare. Habet enim Liber Pontificalis in Diaconi conſecratione. *Hic ſolus Pontifex manum dexteram* (manum dicit, non manus) *ponit ſuper caput cuilibet Ordinando.* &c. *quia non ad Sacerdotium, ſed ad (a) miniſteriam conſecrantur.* Et in Conſecratione Sacerdotis ait idem Liber. *Pontifex.* &c. *imponit ſimul utramq; manum ſuper caput cujuslibet Ordinandi ſucceſſivè, nihil dicens.* Et poſteà ſub ipſum Miſſæ finem, *Imponit ambas manus ſuper capita ſingulorum.* &c. Diaconatus igitur per impoſitionem unius manus, & Sacerdotium per impoſitionem ambarum, ſi cætera accedant, confertur.

An imponere manum ſit æquivocum, & per numerum reſtringi debeat; ita, ut ſimplicis manus impoſitio, ſit conſecrare Diaconũ: & impoſitio utriuſque, ſit conſecrare ſacerdotem?

*] Vt meliùs hoc Votum tacitum ſeu implicitum intelligatur, proderit recognoſcere illam Iuris Pontificii Regulam, quæ nu. 43. proponitur à Bonifacio VIII in ſext. videlicet, *Qui tacet, conſentire videtur.* Illam ego in Logica Morali fusè ediſsero, & demonſtro æquivalere huic, *ille, qui quando tenetur & poteſt loqui, tacet, conſentire cenſetur.*

Exponitur Regula Iuris, Qui tacet, conſentire videtur.

a] A verbo διακονέω *miniſtro*, habent Græci nomen διάκονος, quod *miniſtrum* ſignificat: quo epitheto ſignificari ab Ethnicis Mercurium legimus, volebant enim ut miniſter & internuncius Deorum eſſet. In lib. 1 Epigr. veter.

Διακονέω.

An, & cur Mercurius Deorum Miniſter ſit?

Τὸν πλυωὸν ἑρμῆν τῶν Θεῶν ὑπηρέτην.

Vtoneum ventilabro Mercurium, Miniſtrum Deorum.

Eſt autem πλύον, ventilabrum, quo poſt trituram utuntur ruſtici, quando contra ventum jactantes grana à paleis, & pulvere expurgant. Vnde πλυωὸς, qui hoc inſtrumento utitur. Homerus Iliad. v. Xen. & alii.

πλύον τό. πλυωός, ὁ.

Et ὑπηρέτης apud Conradum Dinerũ in Græco-latinis Epithetis. verb. ἑρμῆς pag. 303. eſt *Miniſter*.

ὑπηρέτης.

Crites.

Altera Sententia, quæ docet Hypodiaconos teneri ex Eccleſiæ præcepto, eſt ſecurior & certior, & à doctiſſimis viris defenditur. Illam tuetur Scotus *in 4. diſt. 37. qu. unic. §. Dico igitur.* Mayronius *qu. unic.* Gul. de Rub. *q. 1. art. 2. concl. 2.* Durandus *qu. 1. n. 4.* Gandavenſis *quodlib. 5. qu. 48.* Argentinas *q. unic. art. 1.* Paludanus *qu. 1 art. 1. concl. 2. Supplem.* Gabriel *qu. unic. art. 2. concl. 2.* quos ex Iunioribus nonnulli Theologi cum Valentia *tom. 4. diſp. 9. qu. 5. punct. 5. poſt §. 1.* & non pauci Iuriſperiti, qui à Thoma Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 27. nu. 9.* adleganter, ſequuntur. Et rationes, quæ pro hac adducuntur ſententia, ſunt fortiſſimæ: probatur enim

An ad Caſtitatis obſervantiã in Ordinatione ſua Hypodiaconi ſolenni præcepto obſtringãtur?

Primò, quia Eccleſia Orthodoxa non eſt duplex, ſed unica. Sed Græci Sacerdotes non tenentur voto, ſed præcepto, quod eos poſt ſacerdotium reddit ad contrahendum Matrimonium inhabiles, ſed uti uxoribus prius ſuſceptis permittit. Ergo etiam præcepto tenebuntur Latini, quod in re præcepta differet: nam Sacerdotibus, & quibuſcumque ad Majores Ordines promotis apud Latinos major puritas Continentiæ, præcipitur. Priorem propoſiti ſyllogiſmi præmiſſam, quam *in Teol. Fundam. tom. 3. nu. 3634. pag. 277. b.* tradidi, docent Theologi & cum illis Leander *part. 1. tr. 1. diſp. 1. qu. 12. pag. 3.* & alii. Et poſterior probatur; nam Innocentius III. *cap. Cum olim. de Cleric. conjug.* ſcribit. *Nos igitur attendentes, quod Orientalis Eccleſia votum Continentiæ non admiſit.* Atqui poſt Sacerdotium ſuſceptum invalidè Græcus uxorem duceret. Ergo ut hæc Perſonis Sacris inſit inhabilitas, non requiritur votum. Ergo præceptum ſufficit.

Græca & Latina non ſunt duæ Eccleſiæ, ſed unica.

Græci vi præcepti ad Caſtitatẽ obligantur.

Secundò, quia, ſi Sacræ Perſonæ ex voto ad Caſtitatem tenerentur, ſequeretur maximum inconveniens; poſſet enim non teneri, qui vellet. Ergo nulla penes Eccleſiam eſſe poſſet certitudo & ſecuritas: Votum enim à voventis voluntate, & non à Superioris lege procedit: unde ſi centum validæ leges ponerentur, quæ Titium vovere Caſtitatem præciperent, ſi tamen ille vovere nollet, peccaret quidem non obediendo legi validæ, ſed tamen voto non teneretur. Ergo poterit cum cæteris Ordinandis accedere ad Epiſcopum Titius, & coram Deo hunc actum poſitivum elicere, *Nolo abſolutè Caſtitatem vovere, & tamen volo recipere Subdiaconatum.* Et, ſi ſic procedat, recipiet Ordinem Subdiaconatus validè, & tamen coram Deo non obſtringetur voto. Ergo ut maneat Eccleſia ſecura, & à voluntate Ordinandorum non dependeat, ſolenne præceptum imponat,

Inconvenientia, quæ ex altera Opinione ſequuntur.

Poſſet Subdiaconus nolle vovere.

Sunt verba P. Amici tom. 8. diſp. 22. ſect. 13. num. 92. pag. 10. 2.

Ad voti valorẽ requiritur voventis voluntas, nemo enim votum emittit, niſi velit.

illoſque inhabiles ad celebrandum nuptias reddat. Certum eſt enim [non rectè philoſophari eos, qui docent, adhuc ex voto continentiæ teneri ſacros homines non contrahere matrimonium, etiamſi aut votum ignoraverint, aut non emiſerint: eo quod, ut ipſi autumant, votum continentiæ contrahitur, hoc ipſo quòd Ordo ſuſcipitur, quia cum votum pendeat à voluntate voventis, eſt enim libera promiſſio facta Deo, non poteſt ſine voluntate voventis contrahi. Nec ſatisfaciunt dicentes, Eccleſiam præſumere eos votum emiſiſſe: nam etſi hoc locum habeat in foro externo, in quo veritas cedit præſumptioni. Quare etiamſi id matrimonium eſset illicitum, haud tamen invalidum, ſi re ipſa non eſſet votum emiſſum, & aliunde contrahentes non fierent inhabiles lege Eccleſiæ.] Vt ergo fiant inhabiles, debet illis imponi ſolenne præceptum.

An, cur, quando, & quomodo Eccleſia acceptetur præceptũ?

Stando igitur huic Opinioni præceptũ hoc Epiſcopus Ordinandis proponit, quando ait, *Proinde dum tempus eſt cogitate; & ſi in ſancto propoſito perſeverare placet (& hoc ſolenni præcepto Eccleſiæ velitis ſtringi) in nomine Domini huc accedite*. Præceptum conditionatum eſt, & non imponitur niſi volentibus. Vnde illi, etſi nec verbum proferant, accedendo ad Epiſcopum, tacitè dicunt, *Cogitavimus: & quia in ſancto propoſito perſeverare placet, & hoc ſolenni volumus præcepto Eccleſiæ ſtringi, huc accedimus*.

An Subdiaconi voto ſimul & præcepto ad Caſtitatis obſervantiam teneantur?

TErtiam ſententiam addunt alii & dicunt præcipi Subdiaconis ut votũ Caſtitatis emittant, adeoque illos duplici titulo (nempe, voto, & præcepto) ad Continentiæ obſervantiam teneri. Et hanc ſententiam Amicus *ubi ſupr.* S. Bonaventuræ adtribuit.

Videtur certa & indubitata negativa ſententia.

Hæc autem ſententia, cujuſcumque illa ſit, mera adlucinatione fundatur, nam præceptum & votum, quæ ponit, non ſunt de eadem re; nam præceptum eſt de voto emittendo, & votum de Caſtitate obſervanda: quam ob rem, ſi datur de vovendo præceptum, illi Subdiaconus ſatisfecit vovendo, & poſt votum emiſſum, non jam præcepto, ſed ſolo voto ad Caſtitatem obſervandam tenebitur. Id exemplo manifeſto illuſtratur. Nam, ſi ſub pœna decem aureorum ad pios uſus Eccleſia Ordinandis præciperet, ut votum Caſtitatis emitterent, qui id emittere nollet, deberet illã pœnam ſolvere; ille autem, qui votum emiſiſſet, ſatisfeciſſet legi, & non teneretur mulctam ſolvere. Et quid, ſi poſteà violaret Caſtitatem? An ſingulis vicibus, quibus contra eam peccaret, teneretur denos aureos perſolvere? Minimè: nam præceptum non erat de Caſtitate obſervanda, ſed de vovenda: & per voti emiſſionem jam fuit ei ſatisfactum. Ergo ſicut de hoc pœnali, ſic de morali præcepto philoſophandum eſſet.

Adverſarii præceptum de vovenda Caſtitate dari probant; at illud dari de obſervanda non probant.

De Religioſo ad Ordines Majores promoto.

An Religioſi, qui ſunt in ſacris voto & præcepto ad Caſtitatis obſervantiam teneantur?

HIc quæri poteſt, *An Religioſus, qui Ordinem Majorem ſuſcipiat, duplici jure ad Caſtitatis obſervantiam ligetur? An, ſi fortè illam temeret, utramque in Confeſſione circumſtantiam explicare teneatur? an verò ſatisfaciat alteram exponendo?* Et reſpondebunt Concluſiones ſequentes. Etitque.

Quo confiteri modo debeant, ſi peccatum carnis commiſerint?

PRIMA. *Stando ſententiæ, quæ docet, Subdiaconos vi voti ad Caſtitatem obſervandam teneri; uno ſolo jure obſtringitur Religioſus Subdiaconus, adeoque in Confeſſione ſatisfaciet, aut ſe eſſe Religioſum, aut ad Ordinem Majorem promotum, explicando.* Patet; quia illæ duæ obligationes non diſtinguuntur ſpecie; nam utraque procedit à voto. Nec diſtinguuntur numero, ſecundum enim votum, non eſt alterum novam obligationem inducens, ſed tantùm repetitio primi; nam qui de eadem pecunia dat duo chirographa, non ideò debet plus, quàm ſi unicum tantùm dediſſet. Sic & bene ad mentem Sancti Thomæ diſcurritur: tenet enim Doctor Angelicus, non poſſe in eodem ſubjecto reali & phyſico exiſtere duas formas diſtinctas puro numero: &, quia malitiæ, formæ mortales ſunt tenetur dicere, duabus malitiis diſtinctis puro numero infici non poſſe eumdem actum mortalem. Hunc dialecticandi modum admittit Coronius in *Summ. verb. Circumſtantia. num.* 84. dicens, [Qui furaretur rem ſacram de loco ſacro, unum ſacrilegium committeret, nec teneretur utrumque explicare in confeſſione, ſed tantùm alterutrum. Ita Fagundez *part.* 2. *libr.* 4. *cap* 5. *num.* 21. & Diana *part.* 1. *tract.* 7. *reſol.* 42. *in fin.*] At totum hoc non niſi probabiliter dicitur: eſt enim multò clarior & receptior Scoti & Patrum Franciſcanorum ſententia, quæ cùm doceat in phyſica duas formas puro diſtinctas numero ineſſe poſſe eidem ſubjecto, docet conſequenter in Ethica, ineſſe eidem actui poſſe diſtinctas puro numero peccaminoſitates. Et ſtando fundamentis Scoti Religioſus, qui in Profeſſione & in Ordinatione votum Caſtitatis emiſit, tenebitur utrãque circumſtantiam in confeſſione exponere, quia non ſolùm peccatorum ſpecies, ſed numerum explicare debemus. Et idẽ

An duæ formæ diſtinctæ numero eidem ſubjecto ineſſe poſſint?

De eo, qui rem ſacram in loco ſacro ſuit furatus.

Hanc Scoti ſententiam ſequitur Cancellaria Romana, quæ in Bigamiæ, Irregularitatis, &c. circumſtantiis, an ſimplex an verò duplex ſit, præcipit explicari.

dici

dici debet de illo, qui rem ſacram furatus fuit in loco ſacro.

De Religioſo, qui gerit habitum Regulare. Quomodo debeat confiteri?

Corollarium. *Ergo ex prima Sententia ad D. Thomæ fundamentum illuſtrata deducitur, quòd Titius (Religioſus Subdiaconus) qui habitum ſuæ Religionis gerit, neutram in Confeſſione circumſtantiam explicare tenetur, ſed ſatisfaciet dicens*, Fui fornicatus, &c. Patet, nam Religionis circumſtantiam veſtes explicant, & Subdiaconatus non addit novam aliquam obligationem, ſed priorem auget. Vnde tametſi Religioſus ſubdiaconus graviùs peccet, quàm Religioſus ſimplex, non tamen in via D. Thomæ ſacrilegæ fornicationi novum addit peccatum. Dico in via D. Thomæ: nam ſi duæ inſunt malitiæ diſtinctæ numero illi actui (duæ videlicet, votorum ſolennium violationes, prout tenentur Scotiſtæ reſolvere,) utramque pœnitens debebit in Confeſſione declarare. Debebit ergo dicere ſe eſſe in ſacris: nam tametſi religionis actus primam voti violationem exponat, non cognoſcet Confeſſarius ſecundam, niſi pœnitens dicat, ſe eſſe in ſacris nam circumſtantia ſacrilegæ fornicationi novum addit peccatum.

Diverſa D. Thomæ & Scoti ſententia.

Reditur ad alteram Sententiam, quæ Subdiaconos ad Caſtitatis obſervantiam præcepto obligat, exponitque, quomodo pœnitens, qui eam ſequatur, confiteri teneatur?

Secunda. *Stando alteri Sententiæ, quæ tenet, Subdiaconos vi præcepti ad Caſtitatem obligari, duplici jure obſtringitur Religioſus Subdiaconus, adeoque in Confeſſione tenebitur utramque circumſtantiam exponere.* Eſt probabiliſſima hæc Concluſio, & primo adſpectu videretur certa & indubitata; & tamen non excedit Probabilitatis terminos, ut ſtatim videbimus. Probatur autem, quia votum & præceptum, & etiam obligationes ex eis ortæ diſtinguuntur ſpecie.

Corollarium. *Ergo Titius (Religioſus Subdiaconus) qui habitum ſuæ Religionis gerit, non tenetur violationem ſolennis voti exponere, at tenetur violationem præcepti; adeoque dicere, ſe eſſe ad Ordines majores promotum.* Non debet, inquam, voti violati circumſtantiam exponere, nam illam jam exponit habitus; at debet Subdiaconatus circumſtantiam explicare, hæc enim per habitum non innoteſcit; eodem enim modo induitur Choriſta, qui nondum eſt in ſacris, ac cæteri, qui ad Majores Ordines fuerunt promoti.

An Religioſis, quando ad Ordines Majores promoventur, nova aliqua (voti aut præcepti) addatur Caſtitatem obſervandi obligatio?

Tertia. *Stando eidem Sententiæ, quæ docet, Subdiaconos ſolenni præcepto ad Caſtitatis obſervantiam obligari, adhuc probabiliter poſſemus dicere Religioſum Subdiaconum tantùm ſolenni voto, & hoc unico (nam in Ordinum Majorum ſuſceptione nulla ipſi nova obligatio imponitur) in materia Caſtitatis teneri.* Ita Pater Amicus *tom.8. de Ord. diſp. 22. ſect. 13. pag. 29. b. nu.* 91. qui probat *Crites.*

Primo authoritate Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. can. 9.* contra Hæreticos hanc excommunicationem fulminantis. *Siquis dixerit, Clericos in Sacris Ordinibus conſtitutos, vel Regulares Caſtitatem ſolenniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica vel voto &c. anathema ſit.* Iubet P. Amicus ut conſideremus illud *vel*; Eccleſia enim disjunctivè loquitur, quæ tamen copulativè loqui deberet, & dicere, *non obſtante lege Eccleſiaſtica & voto*, ſi Religioſi ad Majores ordines adſumpti lege & voto ſimul obſtringerentur.

Eſt doctrina utilis & ingenioſa, in maximè ... cet Reſtrictionum doctrina, & Apoſtolicæ Sedis in præceptis imponendis intentio.

Et ut objectioni poſſet adhuc fieri, ſatisfaciat, ſic inquit [Nec dici poteſt, legem referri ad Continentiam ſacris ordinibus annexam; votum ad Continentiam, quam profeſſi in Religione vovent: cùm etiam continentia per profeſſionem in Religione emiſſa ex conſtitutione Eccleſiæ habeat, ut dirimat matrimonium.]

Objectioni tacita reſpondetur.

Pergit Amicus, & probaturus alterutro tantùm titulo Eccleſiaſticos teneri homines conſtitutos in ſacris; nempe, voto, ſi illud emiſerint, præcepto verò, ſi votum non emiſerint, ſic inquit. [Non ſunt abſque neceſſitate multiplicandæ obligationes: nec eſt de benignitate Eccleſiæ præſumendum, ut pluribus vinculis velit ſuos filios aſtringere, quàm ſit neceſſe ad intentum finem conſequendū, ne eis anſam præbeat graviora peccata committendi. At finis Eccleſiæ eſt, irritare matrimonium à ſacris hominibus attentatum, ut eos ad perpetuam Continentiam aſtringat: & hic habetur, vel per ſolum votum Sacri Ordinis ſuſceptione ſolennitatum, vel per ſolum præceptum Eccleſiæ; ergo non erit duplex obligatio inducenda] Sic ille, & quidem prudentiſſimè: hoc enim Axioma, *Non ſunt multiplicanda Entia abſque neceſſitate*, quod eſt generale, reſtringitur ad omnem materiam. In Logicâ enim dicimus, *Non ſunt multiplicanda Syllogiſmorum & Argumentationum Figuræ aut Modi ſine neceſſitate.* Et ex hoc Ego capite non Baralip. Celantes, Dabitis, & alios argumentandi Modos, ab Ariſtotele & Peripateticis admiſſos, inutiles eſſe perſuadeo. In Phyſica, *Non ſunt multiplicanda Materiæ, Formæ, Cauſæ Efficientes, Fines, &c. ſine neceſſitate.* Et hinc oriuntur alia curioſa Axiomata, qualia ſunt, *Fruſtra ponuntur formæ ſubſtantiales, ubi ſufficiunt accidentales. Fruſtra admittuntur accidentia, ubi ſufficiunt modi. Fruſtra ineſſe jubentur modi, ubi ſufficiunt formalitates.* Et tandem, *Fruſtra ad formalitates recurritur, ubi ſufficiunt extrinſecæ denominationes.*

Eccleſia Romana eſt mater; nec conſuevit velle onerare Fideles aliqua obligatione ſine cauſa.

Quomodo Generalia Protheoremata ad ſcientias diverſas reſtringantur.

An in Logica habeat ſuperfluos Modos Ariſtoteles?

In Theologiâ, *Non ſunt multiplicanda miracula ſine neceſſitate*; & hanc ob rem doctè aliqui Qualitates ineſſe Quantitati præcipiunt, ut hac in Euchariſtiæ Sacramento miraculosè exiſtente, illæ connaturaliter remaneant. In Medicina, *Non ſunt multiplicanda remedia, aut etiam Medici, ſine neceſſitate*. Appoſitiſſimè enim Verinus cecinit.

An decireinanda multa ſint in Philoſophia?

Impediunt certam medicamina crebra ſalutem,
Non plures Medici, ſed ſatis unus erit.
Nunquam (crede mihi) à morbo curabitur æger,
Si multis Medicis creditur una febris.

Necet Medicorum & medicamentorum multitudo.

Vnde Hadrianus Imperator, ſe occidi à Medicorum multitudine ſentiens, illud Axioma antiquum Πολλοὶ ςρατηγοὶ Κάριαν ἀπώλεσαν, *Multi militiæ Principes Cariam perdiderant*, ad ſuum caſum detorſit dicens, πολλοὶ ἰατροὶ τὸν Βασιλῆ ἀπώλεσαν. *Multi Medici Regem occiderunt*. Ita Dion. Et hanc ipſam ſententiam ſuo ſepulchro inſcribi juſſiſſe Zuinglius in Theatro teſtatur.

Iuriſprudentia eſt quædam Medicina politica.

Hanc ob rem, cùm Iuriſprudentia (Pōtificia, Cæſarea) quædam ſit Medicina (nam vitia ſunt Reipublicæ morbi, & leges ſunt alexipharmaca) debebit neceſſariò dicere, *Non ſunt multiplicandæ leges ſine neceſſitate*. Sicut enim *ceſſante cauſa ceſſat effectus*, ut conſtat ex *leg. adigere*. §. *quamvis D. de jure patron. leg. ſi pater. D. de hered. inſt. leg. generaliter. C. de Epiſc. & Cleric. leg. cùm te. C. de pactis inter emptor.* & *cap. magna. de voto*, & *cap. cum ceſſante. de appellation.* Et loquendo in particulari, & hoc ipſum Principium reſtringendo, *Ceſſante causâ obligationis, ceſſat ipſa obligatio.* ut definitur à Rota *deciſ. 50. num. 3. & 7.* & *deciſ. 55. num. 1.* apud Farinacium *part. 1. recent.* & P. Gabrielem à S. Vincentio *in Conſil. reſp. 50. pag. 108. a. num. 7.* Et *Ceſſante causâ promiſſionis, ceſſat promiſſio*; & *Ceſſante cauſa* (*) *excluſionis, ceſſat excluſio*. ut habent Rota *deciſ. 463. num. 11.* Farinacius *loc. cit.* P. Gabriel *loc. cit* & alii. Et *Ceſſante fine (adæquato) legis, ceſſat legis obligatio*; nam, ut ſcitè ait Colonius *in ſumm. verb. lex. num. 18.* [Ego teneo cum Granado *in 1. 2. controverſ. 7. tract. 3. part. 1. diſp. 15. ſect. 2.* & aliis, quòd, ſicut ceſſante fine legis in univerſum, ceſſat lex totaliter, ſic ceſſante fine adæquato legis in uno caſu, ceſſabit obligatio legis pro illo caſu. &c.] At quoad Religioſos ceſſat finis adæquatus, quem intendit Ecclesia, ut bene probavit Amicus: illi enim

Ceſſante cauſa ceſſant effectus, obligationes, promiſſiones, excluſiones, &c.

*) Ceſſante cauſa excluſionis ceſſat excluſio. Ergo à fortiori ceſſante cauſa inclusionis, ceſſat incluſio. At quoad Religioſos ceſſat cauſa propter quā ſæculares in præcepto de obſervanda Caſtitate includuntur. Ergo quoad ipſos Religioſos ceſſat incluſio,

voti ſolennis vi, jam obſtringuntur, & ſunt ad nuptias celebrandas inhabiles, ergo quoad eos ceſſat cauſa imponendi illam legem. Ergo illis non imponitur ab Eccleſia illa lex.

Et hinc bene intelligitur primò, cur non duplici malitia (numero, aut ſpecie diſtincta) peccatum committant fornicarii, qui ad ordines Majores promoti, quia non niſi una obligatione obſtringuntur: iis enim, qui non ſunt Religioſi, ſolenne præceptum imponitur; & Religioſis (non enim ſunt abſque neceſſitate imponenda præcepta) nullum prorſus imponitur.

Ceſſante fine adæquato legis ceſſat obſervādi legem obligatio ſi fuerit lata: ergo & ceſſabit ferendi eam obligatio, (aut fortè poteſtas) ſi non ſit lata.

Et hinc bene intelligitur & exponitur Secundò, cur Græci non habentes votum continentiæ, nihilominus ſint inhabiles ad matrimonium poſt Sacros Ordines contrahendum; nam, etſi votum non emiſerint, aſtringuntur præcepto Eccleſiæ, quod eos inhabiles reddit ad matrimonium.

Cur Græci Sacerdotes contrahere Matrimonium non poſſint?

Et hinc benè intelligitur Tertiò, cur, & quo in Eccleſia Latina modo, illi, qui ordinarentur in infantia; qui fortè hanc obligationem eſſe adnexam Ordinibus Majoribus neſcirent; & tandem illi, qui poſitivè dicerent; ſe nolle continentiam vovere; teneantur caſtè vivere, reddanturque ad matrimonium celebrandum inhabiles: redduntur enim inhabiles præcepto Eccleſiæ, quæ ex ſpeciali Religionis motivo illis præcipit Caſtitatem ſervare, & inhabiles reddit ad nuptias, matrimoniaque ſi ab illis celebrentur, eſſe nulla declarat.

De infante ordinato.

De adulto ordinato, qui noluit ad Caſtitatem obligari.

Si hæc tertia admittatur Concluſio, tria debebimus dicere, PRIMVM, Pontificem, quando illa profert verba, *Filii dilectiſſimi ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promovendi, &c.* ſi tantùm ordinaturus ſit Sæculares Acolytos, ſolenne Eccleſiæ præceptum Ordinandis notificare; quod quidem eſt de obſervatione Caſtitatis Virgineæ, Ordinatoſque reddit ad contrahendum matrimonium inhabiles, & ab illorum acceptatione non dependet. SECVNDVM, eumdem Pontificem, ſi ſimul ſæculares & Regulares ordinaturus ſit, vel ad priores tantum & non ad poſteriores illa verba (*) dirigere, vel ſi ad utroſque alio ipſa reſpectu ſæcularium ſenſu, & alio reſpectu Regularium accipere. TERTIVM, illa eadem verba, ſi ſoli ſint promovendi Religioſi, debere ad hunc ſenſum reſtringi.

Verba Epiſcopi, cum Subdiaconos ordinat, dilucidantur.

Filii dilectiſſimi ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promovendi, iterum, iterumq; attentè conſiderare debetis, quod onus hodie ultrò appetitis. Hactenus enim, ſi fortè ex aliquo impedimento dirimente, ſit invalida ſolennis illa, quam in veſtro Ordine emiſiſtis, profeſſio, liceret vobis pro arbitrio, ad ſa-

*) Iam expoſui alibi eadē materialiter verba, poſſe pluribus dici, ita ut apud ſingulos in diverſa ſignificatione accipiatur. Quod clariſſimè probat verſus ille Virgilii Æneid. 1. *Orantes veniā & templum clamore petebant*. In quo verbū *pete* unicum materialiter eſt, & tamen reſpectu templi eſt *ire*, & reſpectu veniæ eſt *implorare*.

Non ergo mirum videri alicui poterit,

ſi eadem Epiſcopi Ordines conferentis verba, alio ſēſu non Religioſis iovalidè profeſſis, & alio Religioſis validè profeſſis, dicantur.

ſæcularēs vota tranſire ; quod ſi hunc Ordinem ſuſceperitis, amplius non licebit à propoſito reſilire ; Eccleſia enim Apoſtolica nomine Epiſcopi Ordinandis, etiam Religioſis, ſi qui forte ſolenne votum validè non emiſerunt, ſolenne præceptum imponimus; adeoque, ejus præcepti vi, ſi hunc Ordinem ſuſceperitis, Deo, cui ſervire regnare eſt, perpetuò famulari, & Caſtitatem illo adjuvante obſervare debebitis.

Verba S. Pauli, quæ à Pontifice in Subdiaconi conſecratione dicuntur, accuratè explicantur, & eorum occaſione inquiritur, an verba æquivoca, quæ duos ſenſus veros habent, poſſint nomine S. Pauli citari, ſi in ſenſu altero, quo non fuit ille loquutus, exponantur.

De Senſu Accommodatitio.

INter alios Sacræ Scripturæ ſenſus, quos exponunt Theologi, Accommodatitius communiſſimus eſt, & maximè apud Eccleſiaſtas in uſu. Nam, quæ in Veteri aut Novo Teſtamento de uno dicta aut ſcripta ſunt, dici ſolent de altero, de quo ſuo modo poſſint verificari. Gratiæ, quæ olim Sanctis ſunt conceſsæ divinitùs, etiã nunc conceduntur, nec enim Summi Numinis exhauritur Clemētia, nec hominum ceſſavit neceſſitas. Spiritus hoc eſt, vigilancia & prudentia, qua Moyſes in Eremo tantam multitudinem gubernavit, per ſeptuaginta Seniores diſtributus præſtitit, ut propter Æquitatem & Æqualitatem, quam obſervabant in Iudiciis, totidem Moyſes, eſſe viderentur realiter, & moraliter eſſent. Spiritus etiam (miracula patrandi poteſtas) qui in Elia reſidebat, duplicatus in Eliſæum pertranſit, ut illo ad Paradiſum rapto, alius Elias maneret, qui in Filiorum Prophetarum conſilio præſideret. Et in Novo Teſtamento poſteà in Ioanne Baptiſta rediit idem Spiritus, ait enim Dominus, Αὐτός ἐςιν ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι *Ipſe* (Ioannes) *eſt Elias, qui futurus venire.* Diffunditur ad alios etiam Sanctos hæc Dei miſericordia, unde de S. Benedicto canimus in Antiphona, *Vir Dei Benedictus, omnium Iuſtorum Spiritu plenus fuit.* Et in Hymno,

Quis, & qualis eſt? & an Sacra Scriptura conveniat?

Quicumque ex Senioribus in Deſerto erat alter Moyſes.

Eliſæus erat alter Elias.

Matth. 11. 14. *Et in Novo Teſtamento alter etiam Elias fuit, Ioannes Baptiſta.*

Ipſe virtutum cumulis onuſtus,
Celſior noſtri Patriarcha Cœtus,
Iſaac, Moyſen, Abraham, ſub uno
Pectore clauſit.

In S. Benedicto fuerunt Abraham, Iſaac, & Moyſes redivivi.

Hinc audentiores facti Theologi, verba, quæ de Deo dicta, attribuerunt hominibus, in quibus Dei virtus reſidebat per gratiam, unde illa Ioannis verba, Παντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*, in Panegyricis multis reperio: quoniam ſi collaudare Authores volunt aliquem, qui vel in ſago gubernavit exercitum, vel in toga Senatum, exclamant, *Omnia per ipſum facta ſunt*, aut etiam, *Sine ipſo factum eſt nihil.* Nec ideò blaſphemiæ incriminantur; nam, quæ de Verbo Æterno ſenſu opportuno dicta, modo congruo accipiuntur, cùm hominibus accommodantur.

An applicari hominis poſſint, quæ de Deo dicuntur?

Ioann. 1. 2.

Vbi nos *nihil* dicimus, Græcus, ut vides, οὐδὲ ἕν habet, hoc eſt, *nec unum*, Hiſpanicè *ninguna coſa*, nec unam rem.

Et, ne quis incuſet, quos excuſo, ipſamet Eccleſia in Miſſa & Officio Canonico, Deiparæ accenſet, quæ de Sapientia Æterna dicta. Porrò Æterna Dei Sapientia (Infinitum Dei Verbum) *Eccl. 24. 4. 14.* ſic inquit, *Ab initio & ante ſæcula creata ſum* (*) *&c.* Et eadem formalia verba (ſi formalia vocari poterunt, quæ ſenſũ mutant) quaſi ob ore Virginis puriſſimæ procederent, quotidie audimus. Et, quæ Salomon de Sponſa cecinit, paſſim de eadem Regina Angelorum dicuntur.

*) Verbum *creare* à Philoſophis & Theologis juſſum eſt ſignificare *rem producere ex nihilo*. Ac in hoc illud ſenſu nec ab Oratoribus nec à Poetis accipitur: nec eſt locus in ſacra Pagina, in quo certò hác ſignificationē obtineat. Nam illud, *In principio creavit Deus Cælum & Terram* nil evincit, quoniam Patres antiqui aſſerũt creaſſe Mundũ Deum ex materia informi. Ergo hæc fuit ex nihilo, & Mundus ex ipſa.

Et hæc volui præmittere, ut verba Pauli in ejuſdem Epiſtola, & in exhortatione, quam facit Pontifex in Subdiaconi conſecratione perſpiciamus, conſeramus & cōſideremus. Scribit ad Romanos (14. 23.) Apoſtolus, *Qui autem diſcernit, ſi manducaverit, damnatus eſt, quia non ex fide: omne autem, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Et ad hunc locum convertens Epiſcopus oculos, admonet Ordinandos his verbis. *Eſtote ergo tales, qui ſacrificiis Divinis, & Eccleſiæ Dei, hoc eſt, Corpori Chriſti dignè ſervire valeatis, in Vera & Catholica Fide fundati; quoniam, ut ait Apoſtolus, Omne, quod non eſt ex Fide, peccatum eſt, ſchiſmaticum eſt, & extra unitatem Eccleſiæ eſt.*

Conſiderat Dormitantius hæc verba, & ait, malè illa produci & citari ab Epiſcopo, non enim Fidei nomine Paulus Orthodoxam intelligit, ſed rationis dictamen quod Iuris-conſulti *bonam fidem* appellant. Non agit Paulus de Articulis, quos debebant ſui Diſcipuli credere, ſed de cibis quos licitè poterant edere, unde ait, *Qui diſcernit* (percipit cibum eſſe interdictum) *ſi manducaverit, damnatus eſt, quia non ex fide* (quia non procedit ſincerè, & bona fide, ſecundum dictamen ſuæ conſcientiæ) *omne enim, quod non eſt ex fide* (ſecundum conſcientiæ dictamen) *peccatum eſt.* Ergo contra mentem Apoſtoli hic ab Epiſcopo verba producuntur Apoſtoli.

Nomen Fides ſumitur æquivocè.

Fides Theologica.

Bona fides, & mala fides.

Reſpondeo tamen primò, verba illa materialia, *Omne quod non eſt ex Fide, peccatum eſt*; eſſe Apoſtoli, ut patet.

Reſpondeo ſecundò, nomen *Fides* eſſe æquivocum, & ſignificare Virtutem ſupernaturalem Theologicam, qua credi-

mus

(*) Eſt-ne hæreticus, qui dubitat de veritate Fidei? Negat Coronius *in ſumm. verb. Hæreſis num. 2.* dicens. [Dubius in Fide non eſt hæreticus poſitivè, ſed ſolum privativè, quatenus caret aſſenſu Fidei: Et ita intelligi debet authoritas Stephani Papæ *in cap. 1. de Hæretic.* ut ſatis probabiliter & tutè explicant Puteanus *in 2. 2. qu. 11. art. 2. dub. 2.* & alii.] At tu Fabro *de Sacram. Ordinat. diſtinct. 25 qu. 5 diſp. 3. cap. 4. nu. 112.* dic æquè impingere incertitudinem Divinæ Fidei has duas Propoſitiones: *Deum eſſe trinum falſum eſt*, & *Deum eſſe trinum dubium eſt*. Vnde cum illa prior ſit hæretica, hæc poſterior excuſari non poterit.

mus neceſſaria ad ſalutem; & ſignificare rationis dictamen, nam bona fide procedere ille dicitur, qui rationis ſuæ dictamen ſequitur; & ille mala fide, qui contra dictamen operatur.

Reſpondeo tertiò, verba illa Apoſtoli in utroque ſenſu eſſe vera, nam & peccat, qui (*) decredit, quæ Eccleſia ut credenda proponit; & peccat, qui aliter operatur quàm ratio & dictamen præſcribunt. Et, ideò in poſteriori ſenſu *in tr. de præcept. & diſpenſ. cap. 14. num. 40.* à Mellifluo Bernardo, & ab aliis paſſim in altero ſenſu adlegantur.

Ergo poterunt in utroque citari: nam, ſi ea in ſignificatione illa ſumit Pontifex, in qua loquutus eſt Apoſtolus primarium in eis ſenſum expreſſit; ſi in altera ſignificatione ea ſumit, exprimit ſecundarium, quem *Accommodatitium* Theologi, ut ſub initium dicebamus, appellant.

De Conſecratione Diaconi. *An vocem* LEVI *bene Pontifex interpretetur?*

An LEVI *additus, ſeu adſumptus ſit?*

AVdis Pontificem dicentem, *Eccleſiã Dei, veluti tabernaculum, portare & munire debetis, ornatu ſancto, prædicas Divino, exemplo perfecto.* LEVI *quippe interpretatur* additus *ſive* aſſumptus. *Et Vos Filii dilectiſſimi, qui ab hæreditate paterna nomen accipitis, eſtote* aſſumpti *à carnalibus deſideriis, ut* dignè addamini *ad numerum Eccleſiaſtici gradus.* &c. Et quia Linguæ Hebraicæ delectaris notitiis interrogas, *An nomen* LEVI *à Pontifice bene exponatur?* Et ratio dubitandi eſt, quia in Expoſitorum libris interpretationes diſſentaneæ leguntur.

Impreſſus eſt Leuſdeni liber Vltrajecti anno 1661.

Iohannes Leuſden in Onomaſtico Sacro, ſic definit. [LEVI, λευὶ' לֵוִי. *Copulatus*. Tertius Filius Iacob ex Lia Gen. 29. 34. Sic vocabatur & Matthæus Apoſtolus Matth. 9. 9. Luc. 5. 27. Pater Matthat Luc. 3. 24. LEVITA, *Copulatus*, Iudic. 17. 9. LEVITES λευίτης *idem* ſing. num. Act. 4. 36. in plur. num. LEVITAE Levitic. 25. 32.]

Prodiit hic Liber Francofurti ad Moenum an. 1616.

Georgius Cruciger in Cardinalium Linguarum Harmonia, aſſerit לָהָה, cujus cognatum & ſynonymum eſt לָאָה, ſignificare *laſſum eſſe*; & inde venire voces λήγω, *ceſſo* & λέχος *Lectus*. Addit לוּ eſſe *utinam*. Vnde Λάω & λῶ *volo & cupio* & Latinorum *Lemo*, quod ut conſtat ex Plauto, eſt *ex amore conjungo*. Et potuiſſet ex utroque capite nomen LEVI deducere; Eccleſiaſtici enim affecti rerum terreſtrium tædio, jam fatigati & laſſi, & cæleſtium amore Diaconis (hoc eſt, Miniſtris, qui ſerviunt Eccleſiæ) adjunguntur. Subjungit autem poſteà. [לָוָה *mutuari*, *mutuò accipere*.] Erit igitur LEVI, *mutuò acceptus*. Pergit ulterius & notat voces, quas ab hac Radice Idiomata Cardinalia deducunt: Hebræum enim hinc habet לֵוִי LEVI, proprium nomen filii Iacobi, quod ei impoſitum eſt à matre Lea, quia maritum mutuò & commodatò acceperat. (*) Græc. Λάω & Λαύω (ἀπολαύω) *fruor*, *utendum accipio*, *commodum capio*. Latin. *Levo (relevo)* quia, qui fratri commodat, relevat ipſum.]

(*) *Non ergo ille ave polygamus vocabat uxori, quam volebat, ſed penes has erat arbitrium, ut quicum ille dormire deberet, determinaret.*

Iohannes Henricus Alſtedius Encyclopædiæ *tom. 1. lib. 5.* [לוּ VTINAM. Hinc λάω *fruor*. לָוָה *Mutuari, copulare.* Hinc LEVI, *copulatus*.]

Hæc encyclopædia dividitur in quatuor tomos, & fuit impreſſa Lugdun. an. 1649.

In Tabula, quæ plerumque Sacris Bibliis adjungitur, inſcribiturque *Hebraicorum, Chaldæorum, & Græcorum interpretatio*, LEVI dicitur ſignificare *copulatum*.

Stat igitur in Diaconi Conſecratione nomen LEVI Pontificem bene interpretari.

An Prædeſtinati neceſſariò ſalventur?

Prædeſtinationis & Humanæ Libertatis concordia.

NEC Dei Præſcientia nec Prædeſtinatio ullam humanis actibus neceſſitatem imponit. Et Prædeſtinatorum Hæreſis, quæ in Lutheranam & Calvinianam exonerat, ubi Homines libero arbitrio ſpoliat, abſolutè delirat. Eſt certiſſima & infallibilis Prædeſtinatorum Beatitudo: at neque in Deo, neque in creatura ullam ponit neceſſitatem. Prædeſtinatus damnari quidem poterit, ſed non damnabitur; ſicut etiam præſcitus, qui revera, ſi velit, ſalvari poterit, ſed quia non volet, nõ ſalvabitur. Interim, quia in Subdiaconi Conſecratione Pontifex Deum implorat his verbis, *Oremus Deum ac Dominum noſtrum, Fratres chariſſimi, ut ſuper hos ſervos ſuos, quos ad Subdiaconatus officium vocare dignatus eſt, infundat bene ✝ dictionem ſuam & gratiam, ut in conſpectu ejus fideliter ſervientes prædeſtinata Sanctis præmia conſequantur.* &c. Et quia in Quadrageſima dicimus *Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus Electorum in ſuperna felicitate locandus, tribue quæſumus, ut intercedentibus omnibus Sanctis tuis, Vniverſorum, quos in oratione commendandos ſuſcepimus, & omnium Fidelium nomina, Beatæ Prædeſtinationis Liber adſcripta retineat*; occaſionem præbuit aliquibus, ut interrogarent, Quomodo certa & infallibilis illorum eſſe ſalus potuit, qui niſi viventium orationibus adjuvarentur, expungerentur ex Prædeſtinatorum Catalogo?

N. B. Siquidem de Oratione, & Prædeſtinatione hic diſſeritur, quæritur opportunè, *An Oratio Prædeſtinationis cauſa ſit: an verò Prædeſtinatio Orationis?* & loquendo in particulari: *An ideò Cælum S. Paulus conſequutus ſit, quia pro illo oravit S. Stephanus; an verò pro S. Paulo oravit S. Stephanus, quia S. Paulus erat prædeſtinatus?*

Hæc Quæſtio eſt ſimilis illi quæ movetur *De vitæ termino*; de qua Beverovicius Viros quos Europa celebrabat conſuluit, & eorum eruditas epiſtolas tribus volu-

mi-

Ordinem Intẽtionis ab ordine exſequutionis diſtinguendo reſpõdeo. Quoniam in Intentionis ordine Sancti Stephani orationem infert S. Pauli Prædeſtinatio: at verò ordine Exſequutionis Oratio S. Stephani prior fuit, & Divo Paulo Cæleſtem Gloriam imploravit.

minibus complexus eſt. Interrogat, *An vitæ terminus fatalis, an mobilis ſit?* illumque nec fatalem, nec mobilem, ſed certum & infallibilem eſſe reſpondemus: hoc enim ſenſu loquutus eſt Iob, cum dixit. *Breves dies hominis ſunt. Numerus menſium ejus apud te eſt. Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt;* tametſi enim termini ſint, ad quos etſi velit homo pervenire non poſſit (nemo enim hoc ævo ad ætatis ducenteſimum annum perveniet) ſunt alii aut contingentes, aut ab humana libertate pendentes termini, in quibus nulla mobilitas, & nulla reperiatur neceſſitas, & tamen ſumma ſit infallibilitas.

De Stola, quæ Diacono imponitur. *An eſſe debeat candida.*

Stola, quæ præbetur Diacono, ut ut alius coloris ipſa ſit, à Caſtitatis candore, quem ſignificat, Candida *nominatur.*

INterfuiſti in Eccleſia, cum Epiſcopus generales Ordines celebrabat. Sedebat ille ornatus mitra, & cuilibet ordinando, ante ſe genuflexo, Stolam imponebat ſuper ſiniſtrum humerum, dicens, *Accipe Stolam candidam ✝ de manu Dei, adimple miniſterium tuum; potens eſt enim Deus ut augeat tibi gratiam ſuam;* Et quia aliæ ex illis Stolis erant rubræ, aliæ violaceæ, aut virides; albæ paucæ, vel nullæ, interrogas, *An error ſit admiſſus in illarum coloribus?* neſcis enim, cur candidæ dici potuerunt, quæ talis coloris non erant.

Reſpondeo, Stolam illam, non à colore, quem habet (ſæpe enim eſt alius coloris) ſed à Caſtitatis candore, quem ſignificat, *candidam* denominari: dicebat enim Pontifex, *Eſtote aſſumpti à carnalibus deſideriis, à terrenis concupiſcentiis, quæ militant adverſus Animam. Eſtote mundi, puri, & caſti.* &c. Et ſtatim: *Cogitate Beatum Stephanũ, meritò præcipuè Caſtitatis, ab Apoſtolis ad Officium iſtud electum.* &c. Et tandem ad Deum orationem convertens. *In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut ſua Caſtitatis exemplo, imitationem ſanctam plebs adquirat.* &c.

De Presbyteri Conſecratione. *Nonnulla Dubia excitantur, & explicantur.*

Verba Monitoris præmittuntur.

PVlchra ſunt illa Epiſcopi verba, quæ in initio pronunciat, videlicet. *Quoniam, Fratres Chariſſimi, Rectori navis, & navigio deferendis eadem eſt, vel ſecuritatis ratio, vel communis timoris, par eorum debet eſſe ſententia, quorum cauſa communis exiſtit. Neque enim fuit fruſtra à Patribus inſtitutum,* (*) *ut de electione illorum, qui ad regimen Altaris adhibendi ſunt, conſulatur etiam Populus; quia de vita & converſatione præſentandi, quod nonnunquam ignoratur à pluribus, ſcitur à paucis; & neceſſe eſt, ut faciliùs ei quis obedientiam exhibeat Ordinato, cui aſſenſum præbuerit Ordinando.* Hæc verba, quibus rationem dat Epiſcopus, cur inſtituat examen, & de moribus Ordinandorum inquirat, non ponuntur, ſed tamen ſubintelligi debent ante Diaconorum Conſecrationẽ; utrobique enim (ibi, & hic) dicitur adſiſtenti Populo, *Siquis igitur habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat, & dicat; verumtamen memor ſit conditionis ſuæ.* Et tu attentè relegens & conſiderans hæc Pontificis verba, interrogas Primò, *An Antiſtes bene cum Navarcho componatur?* Secundò, *An hæc Pontificis Conſecrantis verba morale contineant præceptum: & omnes debeant eis obedire? An Auditores accuſare, an verò denunciare teneantur?* Quartò, *An deferre ad Superiorem debeant, quod ſcitur à paucis?* Quintò, *An denunciare aliorum culpas poſſit, qui non eſt inculpabilis vitæ?*

*) Nota illud *conſulatur etiã Populus*, ut ſcias, in Preſbyterorũ electione nunquã vocem deciſivam habuiſſe ſæculares, ſed tantũ conſultivam, aut veriùs excluſivã; monentur enim, ut indignos, quos noverint, denunciatione interpoſita ab Electione excludant.

An Navarcho (Antiſtiti) ſit commune periculum?

Ad Primum reſpondeo plurimos hanc ſimilitudinem uſurpaſſe, & commune periculum Rectoris, & rectorum cognoviſſe & dilucidaſſe. Dion Chryſoſtomus *Orat. 74. de lege.* [Quemadmodum inter navigantes, qui faces turrium (*) obſervant, hi maximè ſalvi evadunt, portuſque inveniunt: ita, qui ſecundum legem vivunt, tutiſſimè per vitam tranſeunt, commodamque ſedem naneiſcuntur. &c.] Et S. Benedictus in *Regulæ cap. 2.* [Sciatque (Abbas) quam difficilem & arduam rem ſuſcepit, regere Animas, & multorum ſervire moribus. &c. Sciatque, quia ſuſcepit animas regendas, & præparet ſe ad rationem reddendam. Et quantum ſub cura ſua Fratrum ſe habere ſcierit numerum agnoſcat pro certo, quia in die Iudicii ipſarum omniũ Animarum redditurus eſt Domino rationem, ſine dubio addita & Animæ ſuæ &c.]

*) Multę voces in Lingua Gręca & Latina deficiunt, quæ in Hiſpanica habentur: nobis enim Fax turris, *el Farol* appellatur.

An denunciatio in ipſomet Ordinationis actu poſſit fieri?

Ad Secundum reſpondeo, præceptum eſſe morale & legitimum & in materia ſummè neceſſaria ad ſuæ Divinæ Majeſtatis ſervitium, & obligare ad peccatum mortale. At, quia fiunt tribus diebus ſolennibus publicæ admonitiones, & potuerunt, qui contradicere volebant, tempeſtivè denunciare, quæ ſcirent; ſiqui exſpectaverint, & tunc in ipſo Ordinationis actu voluerint aliquem confundere, debebunt neceſſariò puniri.

De denunciationibus, quæ ante matrimonium debent fieri.

Hæc doctrina etiam in matrimonio locum habet, ideò enim tempeſtivè monetur tribus vicibus populus, ut qui ſciat aliquod adeſſe impedimentum, admoneat parochum, ne contractui matrimoniali adſiſtat.

Digitized by Google

ſiſtat. Quam ob rem, ſiquis in ipſa Eccleſia, coram plebe, matrimonii celebrationi obſiſtat (quod aliquando factum) audiendus, & puniendus eſt.

Quinam poſſint & debeant denunciare.

Ad Tertium dico, hujus Monitorii virtute neminem cogi ad accuſandum, ſed ſatisfacere abundè, qui denunciet.

Ad Quartum reſpõdendo etiam Tertiũ dilucidabit P. Mendus, qui *in Epitome. verb. Accuſator. num.* 1. ſic ſcribit. [Accuſator tenetur delictum probare, ſecus Denunciator. Qui ſciens delictum vergens in Reipublicæ detrimentum, non accuſat, aut ſaltem non denunciat delinquentem (*) graviter peccat. Etiam peccat, qui falsò accuſat. Et qui, quamvis verè tamen ex affectu (*a*) odii, aut vindictæ. Et, qui non denunciat delinquentem poſt edicta Prælatorum id præcipientia, niſi ille ſit pater, mater, filius, conjux; quamvis etiam denunciandi ſiot de delicto hæreſis. (b) Hos tamen de blaſphemia hæreticali non tenere denunciare (*c*) affirmant aliqui. Probabile certò eſt (*d*) ſi unicus ſolùm ſit conſcius delictorum aliorum præter hæreſim ad tribunal Fidei ſpectantium, eum non teneri ad denunciandum.]

*) D. Thomas & communis ſententia apud Mendum de Bulla Cruciatæ diſp. 34. n. 116.

a) Sed tunc non peccabit in Denunciationis ſubſtantia, ſed in modo.

b) Mendus loc. cit. n. 117.

c) Mendus loc. cit. Villalobos, Leſſius, & alii.

d) Suarez, Bonacina, Machadus.

Ad Quintum dico, inculpabilem vitam nec ad accuſationem, nec ad denunciationem abſolutè requiri; ſed illam clauſulam, *Verùmtamen memor ſit conditionis ſuæ*, æquivalere huic, *Verùmtamen, quod ſibi nõ vult, alteri ne feceris*. Ergo nõ debet denunciari, quando non eſt neceſſaria denunciatio: puta, ſi reus jam mores ſuos correxerit, aut illos ſit, ſi corrigatur fraternè, correcturus. P. Mendus *in Epitom. loc. cit. num. 6. & 7.* [Si peccatum eſt publicum poteſt abſque correctione fraterna Superiori denunciari; cũ fiat ob ejus emendationem, nec detur tunc fama, cui conſulatur. Idem eſt, ſi delictum vergat in damnum publicum, aut etiam privatum, & non ſperetur emendandum delinquentẽ, aut dubia ſit emendatio, nam damnum certum prævalet. Delicta ſecreta nequit quis denunciare niſi præcedente correctione fraterna. *&c.* Si ſub præcepto aut cenſura jubeatur delinquentem denunciari, tenetur quis eos denunciare, quos licitè poſſet adhuc eo præcepto non urgente, ut ſi crimen ſit publicum, aut ſemiplenè probatum per ſufficientia indicia aut rumorem. *&c.*] Ita ille, & Medinam *Cod. de reſtit. q.* 12. Navarrum, Sylveſtrum, Cordubam, Sotum, Navarram & alios adlegat.

De Correctione fraterna.

An debeant ante denunciationem præmittí?

De Sacrificii applicatione. *An non ſolum Miſſa, ſed & Epiſtola, & Evangelia pro vivis & defunctis legantur?*

Dubium reſolvit Pontifex, Subdiaconis enim tradit Epiſtolale, dicens, *Accipite librum Epiſtolarum; & habete poteſtatem legendi eas in Eccleſia Sancta Dei, tam pro vivis, quàm pro defunctis*. Et poſtea Diaconis Evangeliale tradens, dicit. *Accipite poteſtatem, legendi Evangelium Dei, tam pro vivis, quàm pro defunctis*. Et denique in Conſecratione Sacerdotum, ut poſſint meliùs inſtrumenta, quæ tanguntur, contingere, non jam pluribus ſimul, ſed ſucceſſivè ſingulis, tradit calicem cum vino & aqua, & patenam cum hoſtia, dicitque. *Accipe poteſtatem offerre ſacrificium Deo, Miſſaſque celebrare, tam pro vivis, quàm pro defunctis*. Ergo ſicut Miſſæ à Sacerdotibus, ſic Evangelia à Diaconis, & Epiſtolæ ab Hypodiaconis tam pro vivis, quàm pro defunctis in Eccleſia leguntur.

Sicut *Miſſale* à Miſſa, ſic *Evangeliale* ab Evangelio, & *Epiſtolale* ab Epiſtola debebit dici.

Quæſtionis Reſolutio.

De ipſa Panis & Vini converſione.

Eſt tam mirabilis & ſupernaturalis hæc Converſio; ut, quia nulla ſimilis reperitur in Phyſica, nec à Platone, nec ab Ariſtotele, nec ab aliis Antiquis Philoſophis habeamus nomen, quo eam indigitemus. *Seſſ.* XIII. *cap.* 4. Tridentinum. *Quoniam autem Chriſtus Redemptor noſter, corpus ſuum, id quod ſub ſpecie panis offerebat, propriè eſſe dixit, ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo Sancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis & vini converſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri; & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis ejus, quæ converſio convenienter & propriè à Sancta Catholica Eccleſia* Tranſſubſtantiatio *eſt appellata*.

Quomodo ſit nominanda?

Non habet aliã ſimilem in rerũ natura.

Neſciverunt illam Veteres Nomenclatores.

Petis, *An hæc ipſa Converſio vocari poſſit* Transformatio? Reſpondeo ad Transformationem unius formæ generationem & alterius corruptionem manente materia requiri. Quam ob rem, cùm in Euchariſtia poſt conſecrationem panis & vini materiæ non remaneant, illa converſio, ſi rigorosè loqui velimus, non poteſt *Transformatio* vocari. Vide *Theologiam Fundamentalem. tom. 3. Fundam. 67. art. 12. §. ſed neque. num. 3561. pag. 252. b.*

An dici poſſit Transformatio?

Sed objicies, Ipſemet Pontifex in Sacerdotum conſecratione panem & vinum in corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu-Chriſti transformari aſſeverat. Ergo admitti & dici poteſt, Converſionem Euchariſti-

Objectio ex verbis Pontificalis deſumpta.

riſti-

tiſticam eſſe Transformationem. Et Antecedens probas verba ipſa Pontificalis adducendo. *Deus juſtificationum omnium Author*, ait Pontifex, &c. *ſuper hos famulos tuos, quos ad Presbyterii honorem dedicamus, munus tuæ benedictionis infunde, ut* &c. *panem & vinum in corpus & ſanguinem Filii tui immaculata benedictione trãsforment.* &c. Ergo illa Converſio eſt Transformatio.

Benedictionis immaculatæ nomine intelligit Conſecrationem.

Reſpondeo verbum *transformare* ſtrictè & laxè ſumi poſſe: ſtrictèque ſumptum converſionem Ariſtotelicam ſignificare; laxè, illam, quam circumſtantiæ poſtulare videntur. Ergo in ore Pontificis, non Philoſophi Ethnici, ſed Theologi Chriſtiani, verbum *transformare* per circumſtantias rei, de qua agitur; & perſonæ, quæ loquitur, reſtrictum, tranſſubſtantiationem, & non aliam converſionem poterit ſignificare.

Bifariam accipi vox iſta poteſt.

Vnde Reſtrictio deſumatur?

De Epiſcopo. *An utramque Teſtamentum ſcire debeat? An mentiatur, ſi neſciat cùm reſpondet ſe ſcire?*

MVltæ fiunt piè & devotè cæremoniæ, quando conſecratur Epiſcopus. Non vacat ſingulas dilucidare, illas enim conſiderabo & explicabo tantùm, ad quarum intelligentiam aliqua Reſtrictio requiritur.

[In ordinatione interrogatur Epiſcopus (inquit P. Mendus) An ſciat Novum & Vetus Teſtamentum. Atque ut verè affirmet, ſufficit, ſi ſciat ea, ſine quibus nequit ſufficienter munus ſuum exercere.] Ita ille *in Opinionum certò probabilium Epitome. verb. Epiſcopus. num.* 56. Richardumque, Angelum, & alios adlegat. Et ratio eſt, quia Interrogatio eò dirigitur, ut ſciatur, An ſit ſufficienter doctus, ut munus Epiſcopale ritè exerceat? Ergo agitur in Interrogatione de illis in utroque traditis Teſtamento doctrinis, ſine quarum notitia non poterit novus Epiſcopus ſuo officio & dignitati ſatisfacere. Ergo per finem, ob quem illa fit, Interrogatio, ipſa reſtringitur. Et, ſi Epiſcopus, qui ſufficienter doctus ad exercendum munus eſt, *Vtrumque ſcio Teſtamentum*, reſpondeat, non mentietur; quia ſicut Interrogatio per finem, ſic hæc Reſponſio per Interrogationem reſtringitur: & æquivalet huic, *Quantum ad ea, quæ mihi ut ſatisfaciam muneri Epiſcopali, neceſſaria cenſentur, utrumque Teſtamentum ſcio.*

An mentiantur Epiſcopi, qui in Conſecratione ſua reſpondent, ſe utrumque Teſtamentum ſcire?

Interrogatio per Finem, & Reſponſio per Interrogationem reſtringitur.

De Epiſcopi Conſecratione.

IN Epiſcopi conſecratione, inquiunt Critici paſſim Doctores, materiam eſſe manuum impoſitionem, & formam illa verba, *Accipe Spiritumſanctum*, &c. Nomen autem *Spiritus-ſancti* pro donis ejus ſumitur; & illa ſunt multa & valde varia, ut 1. *Corinth.* 12. Sanctus Paulus ſcribit. *Diviſiones gratiarum ſunt, unus autem ſpiritus; & diviſiones miniſtrationũ ſunt, unus verò dominus; & diviſiones operationum ſunt, unus verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, &c. alii autem ſermo ſcientiæ, &c. alii autem Fides &c. alii dona Sanitatum, &c. alii operationes virtutum, &c. alii prophetia, alii diſcretiones ſpirituum, alii genera linguarum, alii autem interpretatio ſermonum, &c.* Ergo in tanta donorum & gratiarum multitudine erunt valde indeterminata illa verba, *Accipe Spiritum Sanctum*; ſed nihilominus in Epiſcopi conſecratione nomen *Spiritus-ſancti* per circumſtantias adjacentes reſtrictum, ſignificat Epiſcopalem poteſtatem, ita ut idem ſit dicere, *Accipe Spiritum Sanctum*, ac dicere, *Accipe poteſtatem exercendi munus Epiſcopale*, & reſtrictius & clariùs, *Accipe poteſtatem chriſma & oleum ſanctum conficiendi: altaria, vaſa, & veſtes ſacras benedicendi: virgines conſecrandi, &c.* nec non *ordinandi confirmandi, offerendi, & baptizandi.* Illud prius colligitur *ex cap. referente, de celebr. Miſſar. cap. pervenit. diſt.* 95. *capite Chorepiſcopi, diſt.* 17. *&c.* hoc poſterius *ex Concil. Tridentin. ſeſſ.* 23. *de Ordin. cap.* 4. & *ex cap.* 1. *diſt.* 25.

Spiritusſanctus pro donis ejus uſurpatur. Hæc multa & valde varia ſunt.

Quæ & quotuplex poteſtas Epiſcopo in ejus conſecratione conferatur?

De Eccleſia Græca. *An, & quomodo differat à Latina?*

NOn ſunt duæ diverſæ, ſed unica & ſimplex Eccleſia: nec Dominus noſter Ieſus-Chriſtus alias materias & formas Sacramentorum pro Græcis & alias pro Latinis conſtituit. Ita Ego *in Theol. Fundam. num.* 3634. Leandro *part.* 2. *tract.* 6. *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *pag.* 15. & aliis doctiſſimis viris ſubſcribens.

Eccleſia Græca & Latina unica eſt.

Hanc eamdem doctrinam ſuppoſuerat idem Leander *part.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *pag.* 3. & ex illa hoc dignum ſcitu Corollarium deducit. [Vnde (inquit) & Eccleſia Græca validè ordinaret Presbyteros per traditionem panis & vini, & validè conſecraret in pane azymo, in quo conſecrat Latina, & validè baptizaret ſub ea forma (*a*) qua Latina: Et contra Eccleſia Latina validè ordinaret Presbyteros per manuum impoſitionem. &c. Sic Ochagavia *quæſt.* 4. *num.* 3. Vaſquez *diſp.* 129. *c.* 5. *num.* 49. Gaſpar Hurtado *diſp.* 1. *diff.* 13.

Sacramentorũ forma in ipſis quoad ſubſtantiam non differunt.

Illicitè quidem ſed validè ritu Latinus Græco, & Latino Græcus Sacramenta conficeret & adminiſtraret.

Google

& apud eos omnes Theologi.] Ergo, ſi hæc eſt omnium, ut inquit Theologorum ſententia, cùm etiam apud Latinos ſuper Presbyteri Ordinandi caput ambas manus iterum, iterumque imponat Pontifex, multi ceſſant ſcrupuli, quæ ex aliis cæremoniis quas addit Eccleſia Latina, exoriebantur.

De Conſecratione Sacerdotis. Quid manuum impoſitio ſignificet?

Sanè in Conſecratione Sacerdotis, ut paulò antè diximus, in Eccleſia Græca nec panis nec uinum porrigitur, ſed manus imponuntur, quod ultimum etiam fit in Eccleſia latina. Et verba Epiſcopi Græci ſunt. *Divina Gratia quæ ſemper infirma ſanat; & quæ deſunt, ſupplet, creat, ſeu promovet* N. *Venerabilem Diaconum, in Presbyterum.* Ergo illa manuum impoſitio per hæc verba reſtricta ſignificat *Accipe poteſtatem Sacerdotalem*, hoc eſt, ut habet Pontificale Latinorum, *Accipe poteſtatem offerre ſacrificium Deo, Miſſaſque celebrare tam pro vivis, quàm pro defunctis.* &c. nec non etiam *Accipe ſpiritum-ſanctū (poteſtatem remittendi peccata) quorum remiſeris peccata, remittuntur eis*, &c. Et ad illam primam clariùs ſignificandam traditur calix cum vino, & patena cum pane in Eccleſia Latina.

In Ordinatione Diaconi una tantùm manus imponitur, non ambæ manus,

Quid hæc cæremonia ſignificet?

In Conſecratione Diaconi Epiſcopus Græcus ſicut in conſecratione Sacerdotis imponit manum dexteram (non ambas manus) & hoc ſicut in Eccleſia Latina; at hæc manuum impoſitio per verba illa *Accipe poteſtatem*, &c. ad unam ſignificationem. & per verba hæc, *Accipe ſpiritum ſanctum.* &c. ad alteram ſignificationem reſtringitur. Græcus Epiſcopus, quando Diacono ordinando manum imponit ait. *Divina Gratia, quæ ſemper infirma curat, & imperfecta perficit, creat & promovet Reverendum Hypodiaconum* N. *in Diaconum.* Et tunc impoſitio manus per hæc verba reſtricta ſignificat, *Accipe poteſtatem Diaconalem*: hoc eſt, *rite exercendi munus Diaconi*. Et clariùs, *Accipe poteſtatem miniſtrandi Sacerdoti, & diſpenſandi Euchariſtiam, in neceſſitate, &c. nec non legendi Evangelium*, &c. Et, ut hæc ipſa authoritas clariùs cognoſcatur, eidem liber Evāgeliorum traditur in Eccleſia Latina.

De Baptiſmi forma apud Græcos.

a] Supponit cum multis Leander in Baptiſmatis forma Latinos à Græcis differre, & ubi nos dicimus *Ego te Baptizo* &c. illos dicere, *Baptizetur ſervus Chriſti.* &c. Verùm enim verò, qui oculatiùs rem inſpexerunt, hanc differentiam non inveniunt, *Baptizatur* enim Græci, non autem *Baptizetur* dicunt, ut *in Theologia Fundam, tom. 3. num. 3044. pag. 71. b.* manifeſtè perſuadeo. Tertia perſona in dialecto Politica ponitur pro ſecunda: & Oratio activa converſa in Paſſivam priorem ſignificationem ſemper retinet.

SECTIO VI.

De Sacramento Euchariſtiæ.

An Sacerdotis, an Chriſti nomine verba Conſecrationis dicantur?

VErba, quibus fit conſecratio, ſecundum ſe conſiderata ſunt æquivoca: nam illa verba, *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic eſt calix ſanguinis mei*, aut de Sacerdote aut de Chriſto poſſent intelligi, ita ut ſint corpus & ſanguis, vel Sacerdotis Miſſam celebrantis, vel Chriſti. Ergo, ut *corpus meum*, & *ſanguis meus* intelligantur de Chriſto, & non de Sacerdote, qui Miſſam legit, indigent, reſtrictione: & hoc certum & indubitatum eſt. Sed unde ſumetur Reſtrictio?

An debeant neceſſario reſtringi?

Scotus *diſt. 8. quæſt. 2.* Angelus *verb. Euchariſtia 1. numer. 24.* exiſtimant illa verba à præcedentibus reſtringi; & ideò aſſerunt ex prioribus illa eſſe neceſſaria, quæ ſufficiant oſtendere Sacerdotem non ſuo, ſed Chriſti nomine verba Conſecrationis pronunciare. Attende. Non dicit Scotus verba illa præcedentia eſſe partem formæ conſecrativæ, ſed eſſe conditionem, ſine qua non haberent debitam ſignificationem verba Conſecrationis: & per conſequens non poſſent conſecrare. Et hanc ob rem ab illis verbis *Qui pridie*, vel ſaltem ab illis *Accipite*, omnia putant ad conſecrationem neceſſariò requiri. Hæc Scoti ſententia communiter reprobatur; eſſe enim improbabilem aſſerit Suarius *diſp. 59. ſect. 1.* conſonat Leander *tract. 3. de Euchariſt. diſp. 9. quæſt. 2. pag. 142. b.* nam oppoſitam, cui adhæret, dicit eſſe certiſſimam. Eamdem Scoti ſententiam eſſe hæreticam inquit Ochagavia *quæſt. 31.* Et ego præſcindendo à cenſuris) multa enim requiruntur, ut una doctrina ſit hæretica, quæ non poterit probare Ochagavia in ſententia Scoti reperiri) duo dicam: alterum, Scotum (erat enim ſubtili ingenio præditus) percepiſſe reſtringi debere verba conſecrationis, ut dicantur, non nomine Sacerdoris, ſed Chriſti: alterum erraviſſe putando à ſolis præcedentibus verbis reſtringi. Conſultò *à ſolis* dixi: quia in hoc caſu dantur multæ Reſtrictiones totales, quarum quæcumque ſufficit. PRIMÒ enim illa verba præcedentia nempe, *Qui pridie*, &c. formam Conſecrationis reſtringunt, SECVNDÒ, reſtringunt etiam veſtes Sacerdotales, quibus qui Miſſam legit, non tanquam Titius, ſed tanquam Miniſter Chriſti induitur. TERTIÒ reſtringit Sacerdotium, & Sacerdotalis character, vi cujus eſt Chriſti Miniſter ad cōſecrandum deſtinatus. Ergo, cùm non poſſit Sacerdotium deficere, hoc erit cauſa

De opinione Scoti.

An ſit improbabilis?

An hæretica?

An dentur, & quænam illæ ſint Reſtrictiones totales? In conſecrationis verbis tres Reſtrictiones reperiuntur: prima à verbis præcedentibus, ſecunda à veſtibus, & tertia à perſona dignitate deſumpta.

ſa

ſa reſtrictiva primaria, quæ etſi præcedentia verba, & veſtes Sacerdotales deficiant, ſufficienter reſtringet Conſecrationis verba, ut Chriſti, & non nomine Sacerdotis dicantur.

De particula enim. *An ſubſtantialis ſit?*

Petis, *An particula* enim, *quæ in conſecratione ponitur, ſit de ejus neceſſitate & eſſentia*. Ante hujus Dubii reſolutionem Leander *tract.7. diſp.9. quæſt.3. pag. 143.a.* ſic inquit. [Affirmativam ſententiam docuiſſe Scotum *in 4. diſt.9.* & Angelum ait Moure 5. *part. cap.* 4. §. 6. *num.* 1. *pag. mihi* 246. Sed malè profectò: quia nullus horum, nec alius id docuit.] *Sed bene profectò*, inquam ego: doctrinæ enim conſequentia poſtulat, ut eam habeant ſententiam, quam Moure illis accenſuit. Quod ſic perſuadeo. Sanè verba præcedentia reſtringere Conſecrationis formam, docuerunt Scotus & Angelus: at non poſſunt illam reſtringere, ſi particula *enim* omittatur. Ergo ad mentem illorum erit neceſſariò dicenda. Probatur minor. Duæ poſitiones diſparatæ, & quæ inter ſe connexionem non habent, non ſe poſſunt illuſtrare aut reſtringere. At priora verba *Qui pridie*, &c. formâ conſecrationis, Scoti & Angeli opinione, reſtringunt. Ergo ſunt cum illa connexæ. Si ſunt connexæ, habent profectò connexionem; & hac ſublata, nec eſſent conexæ, nec reſtringerent. At illa conjunctio rationalis (*enim*) eſt formæ & verborum præcedentium connexio; ergo ad Scoti & Angeli mentem debet neceſſariò proferri. Ergo Moure bene intellexit Scoti & Angeli ſententiam, & bene illos citavit.

Ex opinione, quæ docet verba, quæ ante Conſecrationem dicuntur, eſſe neceſſaria ad Conſecrationis valorẽ ſequitur illud *enim*, quod Cõſecrationem & verba præcedentia conjungit, eſſe neceſſariò exprimendum.

Infertur tamen contrarium ex contraria.

Nos autem, cùm paulò antè dixerimus Reſtrictionem, quæ à verbis præcedentibus ſumitur, neceſſariam non eſſe, unde & præcedentia verba negavimus ad valorem conſecrationis requiri, conſequenter dicturi ſumus, non eſſe neceſſarium illud *enim*. Ita S. Thomas *quæſt.78. art.2. ad* 5. quem omnes Doctores ſequuntur. Sed præ cæteris hanc difficultatem explicatiùs ediſſerunt Bellarminus *de Euch. lib.4. cap.* 14. Dicaſtillus *diſp.3. dub.5.* Hẽriquez *lib.* 8. *c.* 16. Lugo *diſp.11. ſect.3.* Suarez *diſp.59. ſect.1.* Bonacina *diſp.4. quæſt.3. punct.1. num.3.*

SECTIO VII.

De Sponſalibus.

Quid ipſa ſint?

Sponſalia ſunt nuptiarum futurarum promiſſio: & ideò nonnihil de illis dicemus, antequam de Matrimonio differamus.

Interrogas. *An ſola ſubarratio annulli Crites. ſit ſufficiens ſignum ſponſalium, etiamſi nulla interveniant verba?*

An aliquid ſignificet annulum dare?

Tradere annulum, ſi nihil addatur, nihil determinatè ſignificat; nam aureus annulus ex mera liberalitate poteſt famulo vel amico donari. Cicero 5. Verr. *Sæpè enim noſtri Imperatores, ſuperatis hoſtibus, optimè Republica geſta, Scribas ſuos annulis aureis in concione donarunt*. In Doctorali laurea promovendo Doctori annulum imponit Promotor. Nec ex natura rei inter perſonas differentis ſexus donatio annuli ſponſalia ſignificat: Comœdiæ enim, quæ mores communes repræſentant, paſſim exhibent famulos à ſui domini amaſia, ancillas à ſuæ dominæ amaſio donatas annulo. Calderon in ſua, *Tambien ay duelo en las Damas*, ſcen. 1. Simoni Felicis ſui famulo Violanria ſic ait:

Diverſi mores donandi annulos.

Auuque ſon locuras tuyas,
Las que por ſuyas me vendes,
No me ha peſſado de oirlas,
Toma eſſa ſortija, y vete.

An anulus, *an verò* annulus *dicendus ſit? Calepinus*, Anulus pro digitorum ornamento à circuitu vocatus eſt, ſive à rotũditate quaſi annus. *Ergo per duplex nn, ſcribi debet.*

Solebant Romani ſuis amicis dare annulos, in quorum gemmis erat nomen vel imago donantis. Plautus Cur. ſcen. 2. act. 2. *Expreſſam in cera Rex annulo ſuam imaginem*, & in Pſeud. ſcen. 1. act. 1. [In annulis Priſci geſtabant imagines amicorum. Ovidius *eleg.6 lib.1. Triſt.*] Moribundi olim, ſicut per teſtamentum hodie conſtituebant hæredem & mos iſte æquè à Principibus & Civibus obſervabatur. 1. *Machab.* 6. de Rege Antiocho. *Arbitratus eſt ſe mori.* &c. *Et vocavit Philippum, unum de amicis ſuis, & præpoſuit eum ſuper univerſum regnum ſuum: & dedit ei diadema, & ſtolam ſuam, & annulum, ut adduceret ad Antiochum filium ſuum, & nutriret eum, & regnaret. Et mortuus eſt.* &c. Et ad Civium mores reſpiciens *in Curcul. ſcen.2. act.5.* Plautus. *Pater moriens annulum mihi dedit, tanquam ſuo, ut aquum erat, filio.* Miniſtri etiam à Regibus & Imperatoribus per traditionem annuli olim inſtituebantur. De Cancellario ſummo (ſic hodie dicitur) Iuſtinus libr. hiſt. *Trogus dicit patrem ſuum ſub Cajo Cæſare militaſſe, epiſtolarumque, & largitionum, ſimul & annuli curam habuiſſe*. Poſſem & alia adducere, ſi vellem hic diutiùs hærere. Ergo in tanta ſignificationum varietate dicendum eſt, *donationem annuli præcisè ſumptam, ſi nihil addatur, quod ſignificationem reſtringat, nihil dicere determinatè*. Et hinc patet non eſſe audiendum Lublinum, qui *verb. ſponſalia, num.*5. ex Daniele Venatorio ſic ait [Sponſalia, non uno, ſed variis modis contrahuntur, ut puta, re, verbis, literis. Re contrahuntur, per nudam ſubarrationem, vel annuli miſſionem, &c.] At nuda annu-

Hæredem conſtituere per annulum.

Creabatur Cãcellarius per annulum.

An traditio annuli ſponſalia ſignificet?

Quot modis contrahantur ſponſalia?

li miſſio non ſufficit, niſi aliæ ſuccurrant circumſtantiæ, quæ illam reſtringant & determinent: Ergo.

Verba & operationes præter naturalem habere poſſunt ſignificationem ad placitum.

Ego autem ad Quæſtionem reſpondeo homines, ſicut verbis, ſic etiam actionibus loqui: & ſicut illa, ſic etiam has naturaliter & ad placitum ſignificare, & per mores patrios & conſuetudinem reſtringi debere. Vnde addo Leandrum *tract.9. de Matrim.diſp.1.quæſt.43.pag.211.* ex Becani *quæſt.11.*& Sanchez *diſp.12.* prudenter dixiſſe [*Si conſuetudo loci ſit,ut annuli traditio ſignificet ſponſalia, vel matrimonium, verè præſumitur talia* (in noſtro caſu ſignificare) *juxta loci conſuetudinem: ſi autem verba unius præceſſerint, tunc immiſſio annuli & receptio* (quia per verba præcedentia reſtringitur) *operatur verbum expreſſum & conſenſum alterius.Vnde,ſi verbum Matrimonii præceſſit,ut* ego te accipio in meam, *operatur Matrimonium: ſi verò ſponſalium,ſponſalia. Quia tacet conſentit, ipſo facto dum annulum recipit.*] In quibus verbis uberioris eruditionis gratia hæc pauca adnoto.

An Leander certa incertis confundat?

Primò enim occurrit illud verbum *præſumitur* & poſſet alicui diſplicere: quia ubi eſt certitudo, nullum habet locum præſumptio; & ubi *imponere annulum*, ex patriæ more, eſt dicere, *accipio te in meam*, per annuli impoſitionem contrahi ſponſalia certum eſt. Sed quæ certa ſunt, non præſumuntur. Ergo Leander *præſumitur* dixit, cùm *cognoſcitur* aut *ſcitur* deberet.

Tres ſunt Præſumptionis ſpecies.

Et ego ante reſponſionem volo de Præſumptione aliquid dicere, ut ſcias, quid, & quotuplex ſit? Alexander Scotus *in Vocabulario utriuſque Iuris.* [Sunt tres ſpecies Præſumptionis. Vna eſt temeraria,

Temeraria,

quæ conſurgit à malis hominibus; & ex cauſis pluribus, aliàs puerilibus, & ſuſpicionibus levibus: & hæc repellitur, & reprobabilis eſt, *ut 2.quæſt.1.cap.16.quæſt.1. oves,de ſent.excommunic. inquiſitioni*. Alia

Probabilis, & Pendens,

eſt probabilis vel veriſimilis, quæ conſurgit ex multis cauſis & ſuſpicionibus, & hæc admittitur ad informationem ſemiplenam, *ut de præſumpt. in multis capitulis:& in cap.ſolicitè de reſt.ſpol.* Vnde coadjuvat ad probationem, ſi ſint alia coadminicula.*cap.à nobis, qui mat. accuſ. poſſ.* ubi Gloſſa admittitur, etiam ad purgationem indicendam.*cap.ſiquis,de Purg.cap.12. quæſt.4.presbyter.*

Certa, & Violenta.

Neſcio cur Violentam eam dixerint Iuriſconſulti, quam meliùs Efficacem, aut Indubitatam, vocaviſſent.

Tertia eſt violenta, quæ ad pronunciandum vel condemnandum ſufficiens deputatur, *32. quæſt.1. dixit dominus ff.de his, qui ſui vel alien. Iur. ſunt. leg.Fictum,& cap. literis, de Præſumptione.*] Modò Præſumptionis diviſione, & explicatione præmiſſa, ſic diſcurro. Tres ſignificationes habet illud *præſumitur*, ut Alexander Scotus eruditè nos docuit. Ergo debet reſtringi, ut ad ſenſum debitum reducatur. Sed unde ſumetur Reſtrictio? A perſona loquente, & à ſequente Regula.

Quo oculo, & animo, Virorum Doctorum Scripta, legenda ſint, & interpretanda?

Quotieſcumque aliqua Propoſitio, à Viro docto dicta aut ſcripta, plures patitur ſenſus, in quorum uno eſt vera, & in cæteris falſa; in illo, in quo eſt vera, uſurpabitur à Viro probo & pio; & qui in eo, in quo eſt falſa, uſurpare eam voluerit, improbus & invidus eſt judicandus. Ergo quia probi ſumus, & caremus invidia, & Leander eſt Vir eximiè doctus, & omni laude dignus, debebus eum opportunè explicare. Ergo, ubi dixit *præſumitur*, egit de præſumptione violenta, quæ adhæret certitudini. Patet conſequentia: quia in hoc ſenſu ejus verba ſunt vera: & eſſent falſa, ſi ibi pro temeraria aut probabili ſumeretur præſumptio.

Quid ſit loqui virtualiter?

Secundò, ubi dicit, *operatur verbum expreſſum alterius*, dixiſſem ego, *operatur, quantum operaretur verbum expreſſum alterius*: non enim annuli immiſſio & receptio operatur, ut alter verbis expreſſis conſentiat, nam tacere ſupponitur: ſed operatur, ut loquatur virtualiter, hoc eſt, ut ita ſe habeat, ac ſi realiter conſenſum verbis expreſſis præberet.

Vox meam latiſſimè patet, & per circumſtantias reſtringitur.

Tertiò, illa etiam verba *Accipio te in meam* reſtringuntur: nam in illo pronomine poſſeſſivo *meam* Ellipſis committitur & ſubſtantivum deſideratur. Sed quale ſubintelligendum eſt? A Reſtrictione præſcindendo poſſet quis *amicam*, *dominam*, *ancillam*, vel aliquid ſimile ſubintelligere: verùm enim verò illud *meam* per præcedentia ſponſalia, per chartam dotis, per præſentem ſolennitatem & alias circumſtantias reſtrictum, uxorem afficit, ut idem ſit dicere *in meam*, ac dicere *in uxorem meam*.

Simul tacet, & loquitur, qui tacet quidem realiter, & loquitur virtualiter.

Quartò, illa verba, *Tacens conſentit ipſo facto*, non videretur admiſſurus, qui Iuris Regula XLIV. *Is, qui tacet, non fatetur, ſed nec utique negare videtur.* Sed tu inter conſenſum expreſſum & implicitum, realem & virtualem diſtingue. Et dic illam XLIV. Iuris Regulam de externo reali & expreſſo quæ verbis ſit, intelligi, at ſi agamus de implicito, tacito, & virtuali conſenſu, *Qui tacet, conſentire videtur*, juxta Reg. XLIII. de cujus intelligentia fusè in Logica Morali diſſerui.

SE-

SECTIO VIII.

De Matrimonii Sacramento.

Qualia ſigna ſint neceſſaria in Matrimonii Sacramento, aut Contractu?

AD formam illæ ſufficiunt ſigna (ſint verba, aut nutus) quibus exprimatur conſenſus: quę quidem, etſi Grāmaticè non videantur importare conſensū, ſi in aliqua regione ſunt admiſſa, ut illum ſignificent, illum ſignificabunt. Et quidem varia ſunt & diverſa; nulla autem à re magis diſtare videntur, quàm illa, quibus aliqui Populi utuntur, videlicet, *Ego te ſepeliam*; & tamen eadem ipſa Civiliter & Moraliter ſumpta, æquivalebunt his, *Ego te accipio in meam*.

An hac verba, Ego te ſepeliā formam Matrimonii eliminēt?

Ad hunc morem (inſcius, ut exiſtimo) adludit Mag. Tirſus de Molina (a) qui in Comœdia, quæ inſcribitur, *Deſde Toledo a Madrid.* fol. 143. a. ſic ſcribit

Ludov. *Vive Dios, que me dan pena* (b)
Eſtas burlas. Que aya humor,
Que guſte de eſto? Balthaſſ. *El Señor* (c)
Da el Si a la Señora Elena.
Phil. *De marido, y de mi dueño.*
Balth. *Y ella.* Elen. *El Alma con el* Si.
Balth. *Y Caſſilda?* Caſſild. *Ya le di,*
La mano. Balth. *Quiere Carreño*
Ser ſu Eſpoſo? Carr. *Y enterralla.* (d)
Elen. *Teſtigos hay no los llamen.*
Balth. *Todos dizen Amen, amen* (e)
Si no es D.Sancho que calla (f)

Tirſus de Molina, quis ſit?

Multa paucis verbis clauduntur, quæ multis explicari deberent. Interim, ne luce congrua careant, hæc Scholia ſubſcribo.

a] R.P. Gabriel Tellez, Ordinis B Mariæ de Mercede Religioſus; fuit quidem Concionator Egregius, & quia ſtudiis aliquando benignioribus delectabatur, Carmina ingenioſa, quæ ſcripſit, ſub ficto Tirſi de Molina nomine pruvulgavit.

b] Talia ſunt hominum ingenia, ut illa ipſa, quæ ſunt Semphronio jubilo, ſint Aurelio torturæ.

Reſtringitur vox communis per manum.

c] Illud nomen *el Señor*, ſi nihil addatur, eſt valde generale, & dici de quocumq; poteſt: at manu & oculis ad Philippum converſis ita reſtringitur, ut ſignificet Philippum & non alium.

Et hic nota illam phraſim *Dar el Si*; eſſe idem ac *prabere conſenſum*. Et hic iterum nota, non eſſe apud Latinos vocem, quæ Hiſpanicæ *Si* correſpondeat: omnes enim quæ adducuntur à Criticis (videlicet, *Sic, ita, etiam, maximè, utique*, &c.) non purè affirmant, ſed affirmationi modum, aut qualitatem addunt.

d] Verba illa, *Y enterralla*, Matrimonialem formam de qua ſub initium, continere videntur.

De accentu vocis amen.

e] Mutat accentum, ut voces *amen* & *llamen* conſonent, nos autem *amen* ſemper ſolemus pronunciare.

Qui ſint Amenes in Reſpublica?

Hinc Quevedus *Amenes* adulatores dixit: quod ſemper ipſi *Amen* ad omnia, quæ dicuntur, reſpondeat. Eum imitatus D. Auguſtinus Coronelius, oleum perdere & operam qui Principibus ſervit (ſub Miniſtrorū enim tyrannide patiuntur ſervitutem) & illos promoveri tantummodò (digni ſint, aut indigni) qui Miniſtro adulantur; epiſt. 8. ſic cecinit.

Utri ſit, Principi, an Miniſtro ſerviendū?

Sin Guarda el Duque eſtaba,
Y nadie le miraba
Porque ſolo el Privado
Con ſus Amenes era el venerado,
Y ſin hablar dezia
A todo Pretendiente, que le via,
El ſervir a los Reyes
Es ignorar de nueſtra edad las leyes. &c.

f] Poematis antiqui verſus eſt. Et quoniam lego in margine, *ſeñalando a D.Luis*; affirmo, vocem illam *D. Sancho* per manus motum, à ſignificatione antiqua exui, & ut ſignificet Ludovicum reſtringi.

Redeamus ergo ad Matrimoniales Reſtrictiones, quæ quia ſunt Conditiones poſtulant, ut de Conſenſu conditionato diſſeramus.

Quid Conſenſus Conditionatus ſit?

Ejus eſſentiam nomen ipſum exponit; quoniam ille Conſenſus dicitur conditionatus, qui conditioni alicui innititur: & in Abſolutum convertetur, cum primum purificetur (ponatur) & exiſtat conditio. Nonnullas igitur conditionatas formulas conſideremus.

Particula ſi differt à quando.

Petis primò, *Quid de hac formula*, contraho tecum, ſi cras Sol oriatur, *dicendum ſit?* ſcio diverſas eſſe hominum apprehenſiones, & aliter ſentire nonnullos. *Interim reſpondeo* (1) illud *ſi* differre à *quando*, & eſſe conditionem de futuritione, & æquivalere huic, *ſi cras Sol orietur*, hoc eſt, *ſi certum nunc ſit, Solem eſſe cras oriturum*, illum autem eſſe cras oriturum, nunc certum eſt. *Reſpondeo* (2) omnem contractum conditionatum, eſſe ambiguum & indifferentem ſecundum ſe; erit enim validus, ſi purificetur conditio; invalidus, ſi non purificetur. Illum ergo ad eſſe, & non eſſe validum purificatio & non purificatio cōditionis reſtringit. *Reſpondeo* (3) conditionem de futuro in rebus contingentibus ſuſpendere ſuum effectum quouſque illa ponatur & exiſtat à parte rei: Quoniam ſi Calendis menſis dicat Petrus, *Do tibi equum, ſi Nonis hujus menſis Titius venturus ſit*. Si Titius Nonis veniat, ſciam Calendis fuiſſe verum illum venturum fore, quod tamen Ego in Calendis non ſciebam: quoniam futurorum contingentium cognitio humanæ mentis ſuperat perſpicaciam. Ubi autem cauſæ ſunt neceſſariæ, ſicut neceſſariò erit cras exiſtentia, ſic eſt nunc neceſſariò futuritio. Et veniendo ad Solem, dico illam conditionem; *Si Sol orietur cras*, æquivalere huic, *Si verum eſt, Solem cras eſſe oriturum*: Et ideò dico hanc jam conditionem fuiſſe impletam; quia nunc certum eſt quod Sol orietur cras, nam hoc determinatum in ſuis cauſis, & oppoſitum naturaliter eſt impoſſibile. Ita Baſilius *lib. 3. cap. 1. num.* 8. Valentia *tom. 4. diſp. 10. qu. 3. punct. 3.* Bonacina *qu. 2. punct. 10. num. 6.* Rebellus *2. p. libr. 2. qu. 10. ſect. 2. num. 11.* & Paulus qui *diſp. 2. punct. 11. §. 2. num. 1.* dicit eſſe communem. Et Sanchez qui *lib. 3. diſp. 1. num. 2.* viginti ſeptem Doctores pro illa adducit.

De conditione futura contingenti.

Conditionatus conſenſus de futuro, ſi conditio eſt neceſſaria, cenſetur abſolutus.

Petis ſecundò, *An-ne hac formula*, Contra-

traho tecum ſi Antichriſtus naſcatur, *præcedenti ſimilis ſit?* Eſſe diverſas Leander *tr.9.diſp.8.qu.4.* judicat: nam ſub illa matrimonium eſſe certò validum aſſerit, & ſub hac vult eſſe validum probabilius. Ego autem inter illas nullam prorſus differentiam reperio: nam, ſi particula *ſi* ſit *quando*, matrimonium in utroque caſu non erit validum, quouſque impleatur conditio: & ſi ſit conditio de futuro, cum nunc in utroque caſu certa ſit futuritio, jam eſt impleta conditio: nam hæc formula æquipollet huic, *Contraho tecum, ſi futurum eſt, quod naſcetur Antichriſtus*. Et hunc eſſe naſciturum de fide eſt. Ita Palaus *diſput. 2.punct.11.§.2.num.2.* Sanchez *lib.5.diſp.2 num.7.* Rebellus *lib.2.qu.10.ſect.2.num.14* Bonacina *qu.2.punct.10.num.7.* Luyſius *in ſumm.1.p.cap.101. dub.2.* & mihi videtur certiſſima.

Res futura eſt exiſtentia, tum futuritio debet conſiderari: nõ exiſtentia erit, & tamen futuritio nunc eſt.

De conditione turpi, vel impoſſibili.

Petis tertiò. *An matrimonium validum ſit, ſi conditio impoſſibilis, aut turpis apponatur?* puta, *ſi Petrus dicat*, Contraho tecum, ſi digito Cœlum tetigeris, *aut* ſi furtum commiſeris?

Suppoſitio eſt, vel materialis, vel formalis.

Reſpondeo duplicem eſſe vocum ſuppoſitionem: materialem, formalem: nam interdum ſumuntur pro ſeipſis, aliquando vero pro re ſignificata. Materialiter ſumitur vox *homo* in his propoſitionibus; *Homo eſt nomen, Homo eſt vox diſſylaba*, &c. in his autem formaliter, *Homo eſt riſibilis, Homo eſt animal rationale*, &c. Nulla eſt vox, quæ non poſſit materialiter ſumi: at multæ ſumi nequeunt formaliter, & tales ſunt *Blitri, Syndapſus*, & aliæ, quas dicunt Logici nihil ſignificare. Et quid eſt, quæſo nihil ſignificare? Antonius Guzzius *in Agrophilo pag.112.*

Quid ſit nihil ſignificare?

De voce Blitri *apud logicos no en;*

Significare nihil clamas, Dialectice, Blitri;
Sed quare, hoc nihil ſignificare, quid eſt?
Eſt aliquid nihilum, quod non eſt; quis neges ergo,
Blitri, quod nihil eſt, ſignificare aliquid.

An voces nihil *&* nihilum *nihil ſignificent?*

Sed aliter vox *Blitri*, & aliter vox *Nihilum* dicuntur *nihil ſignificare*: vox enim *Nihilum* ſignificat ipſummet *nihil*: & vox *Blitri* nihil ſignificat, hoc eſt, nullam formalem ſignificationem habet. Quam ob rem voces *Nihil* & *Nihilum*, tametſi ipſum *nihil* ſignificent, non dicuntur nihil ſignificare. Et, ut altiùs Materialis, & Formalis ſuppoſitionis diſtinctionem intelligas, hanc cogitatam Hiſtoriolam propono.

De Cadavere, quod interroganti reſpondit Nihil.

E Cruce pendebat ſcelerata Claudius ille,
Quem tali plecti Cæſaris ira jubet.
Quid miſer egiſti? pendentem interrogat Ancus:
Olli reſpondet Claudius ipſe nihil.
Aſt ego Theologos; an-ne hic miracula ſubſint?
An ſine prodigio dixerit ille nihil.

An id potuerit naturaliter fieri?

Audivi iterum, iterumque, hanc Hiſtoriam proponi, & Auditores aſſerere, Claudium eſſe innocentem; non enim hoc accidiſſet miraculum, ſi ille ob crimen admiſſum penderet, quoniam ſine miraculo interroganti, *Quid feciſti?* non potuiſſet reſpondere, *Nihil*, hoc eſt, *Nihil ſe egiſſe*: nam illud *Nihil* per interrogationem contrahitur. At fallacia in ſuppoſitione conſiſtit: quia Poeta ſumpſit vocem *nihil* formaliter, & Auditores, qui ad prodigium recurrunt materialiter. Nam, ſi cadaver illud *reſpondit*, *Nihil* hoc eſt, *dixit hanc vocem*, *Nihil*, intervenit ſtupendum miraculum, ex quo centenæ conſequentiæ inferantur: Cæterùm, *ſi reſpondit nihil*, hoc eſt, *non reſpondit*, non eſt, cur ad prodigium recurras.

Vox nihil poteſt materialiter & formaliter ſumi.

De Verbis quæ habentur pro non poſitis.

Hac doctrina præmiſſa interrogas, *An, quando in Iure verba aliqua haberi pro non poſitis ſtatuitur, jubeatur illa materialiter ſumi?* Reſpondeo, juberi ſaltem, ſumi materialiter negativè, hoc eſt, non ſumi formaliter poſitivè: nam voces, quæ pro non adjectis habendæ, tametſi ſignificativæ ſint, & ſint dictæ, aut ſcriptæ; ex legis imperio ita ſe habent, ac ſi eſſent expertes ſignificationis, ac ſi à nullo fuiſſent dictæ, aut nuſquam ſcriptæ.

Conditio interdum aſſumatur pro onere.

Addo *Caput, Quicumq; de condit.appoſ.* præcipere ut conditiones impoſſibiles & turpes habeantur pro non adjectis. Et, ut textum intelligas, adnotato non omnes eſſe conditionatas propoſitiones, quæ videntur. Scire enim debes *conditionem* pro *onere* interdum ſumi, ita ut idem ſit, *Do tibi cum conditione, quod rem talem facias*, ac *Do tibi cum onere, quod rem talem facias*. Et hoc ſenſu in omni humano pacto ſtat contractus validus & illæſus, illa autem turpis conditio aut impoſſibilis habebitur pro non adjecta: quia contractum illa ſequitur, & antequam de ejus adimpletione diſputetur, debet contractus eſſe validus. Pono exemplum in caſu quem Alexander III. *cap. verum. de condition. appoſ.* proponit. Attende. Quando quis init contractum per hæc verba, *Dono Eccleſiæ* (aut etiam cuicumque perſonæ) *aliquid* (v. gr. prædium) *cum conditione*, (cum onere) *ut aliquid faciat, vel donet*, ſi illa non facit, vel donat, donatio ſtat, & donator illam revocare non poteſt: ſed poteſt urgere, ut impleatur conditio, ſi talis ea ſit, ut impleri poſſit, nam impoſſibiles & turpes

Si ſumatur pro onere, & impoſſibilis, aut turpis ſit, habebitur pro non adjecta in omni contractu, etiã matrimoniali.

pes impleri non poſſunt. Ergo quando quis contrahit matrimonium his verbis, *Contraho tecum cum conditione* (cum onere) *ut cælum digito tangas*, aut *furtum committas*. Si illa poſtea hoc non facit, matrimonium ſtat: & maritus illud revocare non poteſt, ſed poſſet urgere, ut impleretur conditio,ſi ea talis eſſet,ut impleri poſſet: ſed quia altera eſt impoſſibilis,& altera turpis, impleri non poterunt, & ideò haberi debebunt pro non adjectis.

Conditio valorem contractus precedit, onus ſequitur.

Subjungo. Si conditio verè conditio ſit, contractum præcedet; &, ſi conſenſus revera fuerit conditionatus, ille non erit validus,quouſque purificetur conditio:ergo in caſu non erit illud matrimonium validum, niſi illa digito Cœlum tetigerit, aut commiſerit furtum: nec illæ conditiones debent haberi pro non poſitis; rametſi enim fecerint Summi Pontifices, ut non omnes, qui volunt, poſſint matrimonium contrahere: non tamen poſſunt facere, ut validè contrahant matrimonium, qui non volunt. Sic Palaus *diſp.*2. *punct.* 1 t. §.3. *num.*1.Sanchez *lib.*5.*diſp.*3. Baſilius *lib.*3. *cap.*3.*à n.*2.Bonacina *q.*2. *punct.*10.*à n.*17. Ægidius *diſp.*2.*num.*4.Covarruvias 4. *Decret.*2.*par.cap.*3.Leſſius *lib.*2.*de Iuſt.cap.*18 *num.*122.& alii.

Non poteſt facere Pontifex ut duo nolentes validè contrahant matrimonium.

Ad meliorem intelligentiam præcedentium adnotato eſſe res, de quibus poteſt Reſpublica diſponere independenter à voluntate inferiorum, & eſſe res, quæ eſſentialiter dicunt liberum inferioris conſenſum. Pono hæc exempla. *Ego te ducam in uxorem cras, ſi hodie te mihi proſtituas. Ego conſtituo Franciſcum meum hæredem,ſi meum inimicū occidas.Ego lego Ioannæ mille aureos,ſi cum tali Sacerdote peccaverit,*&c. *Ego lego Florentio centum, ſi in Cœlum tranſvolet*,

Aliqua turpes & impoſſibiles conditiones proponuntur.

Primum contractum valere dico,ſi purificetur conditio; ſi non purificetur, non valere: quia nulla eſt humana poteſtas, quæ poſſit facere, ut matrimonium contrahatur validè ab invitis.Et,ſi Titius non purificata turpi illa conditione, non vult matrimonium inire, illud coactuś non celebrabit validè. Vnde tametſi illa verba, *Si hodie te mihi proſtituas*, ſumi poſſint bifariam, materialiter & formaliter: in caſu, quia per voluntatem contrahentis, (cujus operationes, ut in hoc genere validæ ſint,

Non quæritur in matrimonio, cur Titius nolit; ſi enim non vult, etſi aliquid procedat, matrimonium non fiet.

à ſuperiorum diſpoſitione nō dependent) ad acceptionem formalem reſtringuntur, habebunt formalem ſignificationem; & non poterunt cenſeri non adjectæ.

Notum eſt illud tritum Axioma *De occultis non judicat Eccleſia*. Humana enim authoritas non ſubſtantiam Animæ, non mentis, non voluntatis actus, ſed corpus, & actus externos concernit. Quoniam in bona temporalia particularium habet poteſtatem Reſpublica,quæ poteſt ob bonum publicum præſcribere conditionem contractibus, etiam ſi inviti ſint, qui contrahunt. Nam, ſi ratio id poſtulet,poterit cogi Pater, ut filium emanciper; dominus, ut ſervum vendat, vel manumittat;civis,ut talem domum vendat, talem emat, &c. Cum ergo conditiones impoſſibiles, videantur ſuperiores obludere, & turpes Reipublicæ boneſtati ſe opponant,ſanctiſſimè inſtitutum eſt, ut turpes & impoſſibiles conditiones pro non adjectis reputentur. Et hæc lex,ut ab aliis ſecerni queat, vocetur *Pia*.

Nec anima, nec intellectus, nec voluntas ſubſunt Reipublicæ: ſed ſubſunt temporalia bona: ſi interſit boni publici de illis alto imperio diſponit, dominia tranſfert, & imponit tributa.

Hinc illam Teſtamenti conditionem, *ſi meum inimicum occidas*, meditor & expendo. Eſt æquivoca: materialiter & formaliter accipi poteſt. Ergo ſupervenire aliquid debet, quod eam ad alteram acceptionem reſtringat. Illam ad ſenſum formalem reſtringeret ultima Teſtatoris voluntas,ſi maneret illæſa. At hæc reſcinditur à potentiore agente; nempe à Principe, à Republica; quæ per legem Piam illam eamdem conditionem ad ſenſum materialem reſtringit. Illa ad ſenſum materialem reſtricta nihil prorſus ſignificat, & in illo loco ita ſe habet,ac ſi non eſſet.Habetur igitur pro non adjecta.

In teſtamentis conditiones & circumſtantiæ turpes pro non adjectis reputantur.

Idem dicito de legatis Ioannæ & Florentio relictis; illæ enim conditiones, ſi cū tali Sacerdote peccet, & ſi in Cœlum tranſvolet, poſſunt ſimiliter bifariam ſumi: nempe formaliter, & materialiter, & tametſi illas Teſtator velit ad formalem acceptionem reſtringere, per legem Piam eliſæ, nihil obtinent;& ideò illas eaſdem lex hæc ad acceptionem materialem reſtringit. Sic reſtrictæ,hoc eſt, materialiter ſumptæ nil omninò ſignificant; & ita ſe habent,ac ſi nunquam dictæ fuiſſent,aut ſcriptæ.

Meritò turpia cum impoſſibilibus conjunguntur, quia probi & ingenui homines reſpectu turpia impoſſibilia judicantur.

AR-

ARTICVLVS XI.

De Sacramentali Confeſſionis ſigillo. *Vtrum Confeſſarius, qui interrogatus, An Titius confeſſus ſit tale peccatum? tacet, violet Sacramenti ſecretum? An debeat abſolutè negare? Cur in caſu, quo Titius revera illud peccatum ſit confeſſus, & hoc ipſum Confeſſarius neget, non mentiri dicendus ſit? An eum reſtrictio mentalis excuſet?*

An, & quot titulis ſigillum obliget?

SVpponit Quæſtio, eſſe omninò ſervandum Confeſſionis ſigillum, nullumque dari Caſum in quo liceat vel leviſſimsm culpam auditam in Confeſſione revelare: Ius enim Naturæ præcipit, ut Confeſſarius ſit pœnitenti fidelis: quod præceptum in Sacramenti Pœnitentiæ inſtitutione Chriſtus renovat: & *in cap. omnis utriuſque ſexus, extravag. de pœnit. & remiſſ. S. Caveat autem.* Eccleſia Orthodoxa reponit: Ita S. Thomas *in addit. qu.* 51. *art.* 1. Scotus *in* 4. *diſt.* 21. *qu.* 2. eorum Diſcipuli & alii Doctores communiter. Et tam ſeverè hæc intelligi debet doctrina, ut Antonius Cotonius *in ſumm. verb. ſigillum, nu.* 5. non ſolùm Dianæ *p.* 9. *tr.* 11. *reſol.* 1. ſed Theologis univerſis ſubſcribens, ſcitè dixerit, *Nullo modo (frangere licet) nec, ſi totus Orbis, nec ſi tota Fides Chriſtiana periret; quia nunquam licet injuriam facere Sacramento.* [Et hic obiter nota, verba illa Pſalmi XXXI. *Beati, quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*, ex quibus Nnvarores colligunt, non deleri, ſed tantummodò tegi peccata, à Leandro *p.* 1. *tr.* 5. *diſp.* 10. *qu.* 2. bene exponi: nam dicuntur remiſſa, quia deleta: & tecta, quia triplici ſigillo ſignata, à Confeſſario revelari non poſſunt.]

Teganturne, an deleantur peccata?

Poſita ergo ſecreti ſervandi neceſſitate, quæ à Catholico negari non valet, tria inquiruntur, PRIMVM, *An Confeſſarius, ſi interrogetur, tacere poſſit?* SECVNDVM, *An teneatur poſitivè negare?* TERTIVM, *Cur non mentiatur in caſu, quo verè pœnitens peccatum illud ſibi confeſſus ſit?*

An poſſit Deus diſpenſare in Decalogo?

Si dicat Iſidorus, [Confeſſarium, quando interrogatur, *An Margareta adulteriū confeſſa ſit, quod fuit verè confeſſa?* revera mentiri; ſed non peccare, quia Chriſtus, quando Pœnitentiæ Sacramentum inſtituit, & ſigilli præceptum rigoroſum impoſuit, in Decalogi Octavo contrariè diſpenſavit; *contrariè*, inquam, quoniam juſſit contrarium,] totam contra ſe concitabit Scholam: quia tametſi S. Bernardus, & cum illo Angelicus Doctor aliquando, & ubique Scotiſtæ rotundè aſſerant, poſſe Deum in tota Tabula ſecunda diſpenſare; nemo ex ipſis, quem ſciam, hanc viam inivit, ut tueretur Sigilli Sacramentalis ſanctitatem. Præceptum de non admittendo mendacio certum eſt; diſpenſationis poſſibilitas non niſi probabilis videtur: neceſſitatem improbabilem puto: ergo imponam Iſidoro ſilentiū, & per aliam viam certam & claram meum Lectorem conducam.

An in mendacio de falſo diſpenſaverit cum Confeſſario?

An-ne in Caſu poterit Confeſſarius tacere? Aſſerit Gabriel *diſt.* 21. *art.* 3. *dub.* 5. *caſ.* 3. Et cur? Quia non reſpondere eſt indifferens, nec poteſt per ſe ſuſpicionem in alio generare. Et poſſet ſuam ſententiam firmare authoritate Iuris in ſexto: nam *num.* 44. hæc proponitur Regula, *Is, qui tacet, non fatetur, ſed nec utique negare videtur.* Verùm enim verò hæc ipſa Regula naturam Realem & Grammaticam ſilentii, & non virtualitatem concernit: etſi enim verum ſit *tacere* realiter conſideratum, nec eſſe *negare*, nec *aſſerere*. Conſtat ex præcedentibus virtualiter loqui homines, etiam quando maximè tacent. Quod conſiderans Pontifex *nu.* 43. hanc Regulam pro moribus regendis poſuit, *Qui tacet, conſentire videtur.* Quæ, ſi univerſaliter admitteretur, dicendus eſſet Confeſſarius interroganti conſentire, ac proptereà violare ſigillum, cùm tacet. Porrò, quia illa Regula quadrageſima-tertia, nec ſemper obtinet, nec ſemper claudicat, P. Leander à Sanctiſſimo Sacramento *part.* 1. *tract.* 5. *de Pœnitentia, diſp.* 10. *quæſt.* 86. tametſi

Poſſit-ne tacere Cōfeſſar.⁹ ſi de peccato pœnitentis interrogetur?

De Regula Iuris XLIII. & XLIV.

An, qui tacet, nec aſſerere, nec negare cenſendus ſit?

An ſigilli violatio ab advertentia aut inadvertentia Confeſſarii dependeat?

meiſi opinionem Gabrielis putet eſſe probabilem, [probabilius, & ſub diſtinctione reſpondrt, Si Confeſſarius de caſu interrogatus, tacet, advertens rx taciturnitate generandam eſſe in interrogante pravam ſuſpicionem pœnitentis, v.g. Mariæ. Tunc reverà, ſaltem indirectè, violavit ſigillum per omiſſionem reſponſionis: ſi verò hoc non advertat, aut credat, non propterea generandam eſſe in interrogante, dictam ſuſpicionem; tunc non violavit ſigillum; cum *non reſpondere* ſit omninò indifferens, ut bene Gabrirl. Sic Coriolanus 1. *part. ſect. 3. pag.* 302. Sancinus *in ſelect. diſp. 35. num.* 10. Hurtadus *diſp. 12. diff. 13.* & alii.]

An Quæſtioni reſolvat Leander?

Sed ego exiſtimo nihil Leandrum reſpondiſſe ad Quæſtionem: primò, quia non exponit, an, & quando tacere ſit aſſerere: & hoc erat, quod quærebatur: ſecundò, quia non petimus, An peccaverit? ſed an ſigillum violaverit? multa enim, quæ certiſſimè ſunt interdicta, ob ignorantiam, inadvertentiam, aut alias etiam cauſas à peccato excuſantur. Quidquid enim Ianſeniſtæ dicant, hæc eſt morum ſecuriſſima Regula, *Vt actio ſit peccaminoſa, oportet, ut procedat ab homine, qui noſcit & percipit, quid boni mali-ve in ea ſit, & antequam id videat aut advertat, aut animum reflectat, actio neque bona eſt, neque mala.* Quam ob rem, ſi vel Confeſſarius invincibiliter ignoraret ſe teneri ad ſigillum, vel ex inculpabili inadvertentia aut diſtractione, reſponderet, *Illa fuit adulterium confeſſa*, reverà violaret ſigillum, & tamen nullo modo peccarrt. Non dico, poſſe eſſe Confeſſarium, qui de ſigilli obligatione ignorantiam invincibilem habeat: non tanta ioadvertentia diſtrahi de facto inculpabiliter poſſe, ut peccata ſibi dicta revelet: ſed aſſero, ex hypotheſi, quod illam habeat, aut diſtrahatur iſta, violare reverà ſigillum, & tamrn nullo modo peccare.

Ad omne peccatum advertentia requiritur.

An frangi ſigillum poſſit ſine peccato?

Exponitur Regula Iuris, Qui tacet, &c.

Prætereà illa Regula *Qui tacet, conſentire videtur*, juxta legitimam interpretationem æquipollet huic, *In favorabilibus qui tacet conſentire videtur: at in odioſis non ſemper, ſed in eo ſolùm caſu, quo quis poteſt & debet reſpondere.* Ergo, ſi ex illa deberet judicari ſilentium, videndum eſſet, An materia, de qua interrogaretur Confeſſarius, eſſet odioſa, aut favorabilis? &, an cenſeri deberet aſſeruiſſe, qui negativè reſpondere deberet. Ergo, quia ſemper Confeſſarii ſilentium manet expoſitũ malitioſæ aut prudenti interpretationi interrogantis, illud mihi non placet, & ideò moneo Confeſſarium, ut verbis expreſſis reſpondeat.

Confeſſarium in caſu non tacere debere.

Crites.

Sed quibus? Prima reſponſio, opinione multorum, debet eſſe reprehenſio: nec enim interrogans tantæ eſſe poteſt authoritatis, licèt Cæſarea aut Regia condecoretur Majeſtate, cui non poſſit dicere Confeſſarius: *Pudeat te conſcientia eſſe tam perdita, ut adeò exſecrabile & propudioſum audeas ſacrilegium committere: & pudeat iterum te me tam vilem hominem judicaſſe, ut ſperaveris me eſſe de auditis in confeſſione reſponſurum*, &c. Sed quid, ſi interrogans ex ipſamet reſponſione ſuam ſuſpicionem obfirmandi occaſionem deſumrt? ſigillum Confeſſarius expreſſa negatione firmabit.

An reprehendere interrogantem ſatis ſit?

Et quid, ſi Princeps ille nefarius & ſacrilegus inſtet? quid, ſi mortem minetur, aut non minetur, ſed tamen velit, ut ſibi reſpondeas directè. An-ne dicere poteris, *Adulterium non fuit illa confeſſa?* At illud eam fuiſſe confeſſam ſupponit Caſus: quo ergo modo à mendacio poteris liberari?

Vt confeſſarius neget expreſsè ſuadet.

An mentiatur, ſi neget?

Non poſſe ſic reſpondere Confeſſarium; Veteres nonnulli docuerunt: & illos Hadrianus *in 4. quæſt. ult. de Confeſſ.* & *Quodlib. 9. ad* 2. qui, cùm fuerit ſummus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, dat ſententiæ ſummam authoritatem. Illos Gabriel *diſtinct. 21. quæſt. 1. art. 3. dub. 1. conſ. 3.* Paludanus *in 4. diſt. 21. art. 3.* & alii: & quod mirabilius mihi videtur, Sotus *diſt. 18. q. 4. art. 5.* & *tract. de tegend. ſecret. membr. 3. quæſt. 3. & 4.* & alii Viri docti ſequuntur. Hanc ſententiam Leander judicavit probabilem, oppoſitam enim, cui ſubſcribit, vocat probabiliorem. Et, ſi reſcire velim, cur ſic pronuncient? reſpondent, [Quia aliàs mentiretur Confeſſarius, quod nunquam licet.] quod eſt, fateri, ſe minimè hanc difficultatem penetraſſe.

Authores, qui eum mentiri aſſeverant.

Nos verò contrarium ut certum & indubitatum pronunciamus, & aſſerimus poſſe & ſæpe debere reſpondere Confeſſarium: &, ſi opus fuerit, poſſe hanc ipſam reſponſionem juramento firmare, quin mendacium aut perjurium committat. Et in hoc D. Thomæ *in 4. diſt. 21. quæſt. 3. art.* 1. Navarro *in ſumm. cap. 8. num. 19.* & *in ca. Sacerdos, à num.* 254. Victoriæ *num.* 184. aliàs 185. Sylveſtro *verb. Confeſſ. 3. num.* 10. Nugno *quæſt. 11. art. 1. ad* 4. Suario *diſp. 33. ſect. 6.* Vaſquezio *quæſt. 93. art. 4. dubio* 12. Leandro *part. 1. tract. 5. diſp. 10. quæſt.* 85. Lugo *diſp. 23. num. 74. & ſeqq.* Granado *tract. 11. diſp. 6. nu.* 4. Hurtado *diſp. 12. diff. 13.* Ægidio *diſp. 9. num.* 25. Coriolano 1. *part. ſect. 3. pag.* 302. Fagundez *præcept. 2. lib. 6. cap. 4. num.* 3. Dianæ 5. *part. tract. 11. diſp. 6. num.* 4. Ledeſmæ, & aliis viris doctis ſubſcribimus. Nec Hadriani deſero au-

Vera doctrina.

Poteſt negare, & ſuam negationem juramento, ſi opus ſit, confirmare.

An, & quando à Pontificum ſententiis diſſentire poſſimus?

Digitized by Google

thoritati; nam licèt fuerit ſummus Pontifex, illos ipſe libros ſcripſit ut Lovanienſis Doctor, nec unquam voluit contentæ in eis doctrinæ Pontificiam addere authoritatem.

Cur, nec mentiatur, nec ſit perjurus Confeſſarius?

Sanè, ut oſtendat in Confeſsarii verbis nullum eſse mendacium, noſtram reſolutionem *lib.3.cap.19.num.7.* perſuadet Hẽriquez his verbis. [Neque enim in hoc mendax eſt, aut perjurus Confeſsor; quia quæ ſcit ex confeſſione, ſcit ut Deus, & non ut homo, via humana, ac publica, eo modo quo alter authoritate publica habet jus interrogandi: & quidem, ſi compellatur reſpondere, an audiverit ut Deus, aut ut Dei miniſter? adhuc poterit reſpondere, ſe non audiviſse ut Dei miniſtrum, & id jurare, ſi opus fuerit; eſt enim adhuc reſponſio amphibologica, & intelligitur, *ad dicendum*, vel *eo modo, quo teneatur dicere.*]

An mentali aliqua Reſtrictione ſalvetur?

Placet Concluſio: placet probatio; tametſi hæc ultima verba non placeant, nam videntur ad mentalem Reſtrictionem recurrere.

Mentali illa reſtrictione non indiget.

Dico igitur Confeſsarium reſpondentem ut ſupra, nec mentiri, nec eſse perjurum; & hoc ultimum patet, quod enim ſine mendacio dicitur, poteſt ſine perjurio, juramento firmari. Supereſt ergo, ut nunc clarè & dilucidè, quin vel minimam mentalem Reſtrictionem permittamus irrepere, eum non mentiri demonſtremus. Attende.

De Confeſſario interrogato authoritate publica.

Qui interrogat, aut authoritate publica aut privata procedit. Si publica; loci, officii, & perſonæ circumſtantiæ conſignificant, & illarum virtute, Iudex interrogat de rebus pertinentibus ad ſuum officium: videlicet de criminibus, quæ poſſint probari & expiari. Et hanc ob rem, quando examinatur homicida, verba hæc Iudicis, *Occidiſti-ne Petrum?* per circumſtantias conſignificantes reſtricta, afficiuntur tribus adverbiis, videlicet, *Criminosè Politicè*, & *Homologicè*, ac propterea æquivalent his, *Occidiſti-ne Petrum, ita ut crimen commiſeris, ita ut poſſit homicidium probari, & ita ut mihi dicere & fateri tenearis.*

Quanam conſignificantes circumſtantiæ, verba Iudicis contrahant & reſtringant?

Et tu, qui illum cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut ſaltem ſecretò occidiſti, reſpondes *Non occidi*: nam reſponſio per interrogationem reſtricta, æquivalet his verbis, *Non occidi Petrum, ita ut crimen commiſerim, quod poſſit probari & expiari.* Et bene; & verè: nam ſi proceſſiſti cum moderamine inculpatæ tutelæ, non commiſiſti crimen: ſi exceſſiſti, ſed tamen ſecretò perpetraſti homicidium, non commiſiſti crimen, quod poſſit probari & expiari. Te etſi crimen commiſeris, & legitimè interrogeris, poſſe illud negare docent multi Doctores, Antonius Coronius *in ſumm. verb. Reus, num. 10.* ait [Probabiliſſimam eſſe Sancii *diſp. 43. n. 29.* & aliorum ſententiam, quod reus licèt juridicè interrogetur, non tenetur in conſcientia delictum, ex quo ei capitis, triremium, mutilationis, confiſcationis, vel alicujus gravis dedecoris malum imminet fateri, donec delictum plenè probatum ſit.]

An, & quando poſſit Reus crimen, quod commiſit, negare?

Et cur? Reſpondet [Quia quilibet habet jus à Natura ſe conſervandi; idque etiam cum morte invaſoris, vel alienæ rei diſpendio.]

Cur id facere poſſit?

Sed, quia nemo habet jus vitam ſuam defendendi mendacio, nihil probat: debet enim probare reum crimen, quod reverà commiſit, negantem, non mentiri. Vt reũ in caſu à mendacio excuſent aliqui, ad reſtrictionem aliquam mentalem recurrunt, ita ut reus interrogatus de crimine quod reverà commiſit, poſſit reſpondere, *non feci*, ſubintelligendo, *ut tibi dicam*.

Nemo poteſt ſe mendaciis tueri.

An ſit neceſſaria aliqua in caſu reſtrictio mentalis?

Hanc viam init Leander à Sanctiſſ. Sacram. *part. 2. tract. 9. diſp. 24. quæſt. 32. pag. 338. b.* quia interroganti, *An cognati teneantur explicare copulam, ut validam impetrent diſpenſationem?* Reſpondet [Colligitur, quòd quando in diſpenſatione, aut reſcripto non apponitur illa clauſula, *Dummodò copula non fuerit*, valida ſit diſpenſatio, quamvis contrahentes de copula interrogati ab Ordinario taceant. Quia hi in eo caſu non tenentur reſpondere, quamvis ſub juramẽto interrogentur de copula habita: & ita poſſunt illam ſine peccato negare, retinendo in mente, *ut tibi dicam*, quamvis copulæ adſit infamia, aut ſemiplena probatio, eò quod tunc non interroget juridicè, quia interrogat de re, quæ non pertinet ad diſpenſationem ſibi commiſſam.] Et jubet legi Baſilium Hurtadum, Sanchez, Luyſium, Dianam, Perez, Palaum. Et locos producit.

De conſanguineorũ inceſtu. An explicandus ſit, ut impetretur valida diſpenſatio?

Verùm enim verò nulla eſt hic neceſſaria Reſtrictio, quia Iudex interrogat de crimine, quod expiari & puniri poſſit, & nullum, donec plenè probetur, eſt juxta Reipublicæ leges punibile.

Quid requiratur, ut Iudex juridicè interroget?

Quod igitur plenè probari non poteſt, infectum civiliter & virtualiter eſt: hoc eſt, prudentum judicio & æſtimatione ita ſe habet, ac ſi factum non eſſet. At quæ facta non ſunt, negari poſſunt: ergo etiam, quæ ſecretò ſunt facta. Sic *in libello de præcept. & diſpenſ. cap. 18. num. 55.* [Et habetur *tom. 4. pag. 83. a.*] diſcurrit expreſsè Bernardus, à quo hanc certiſſimam doctrinam didici: nam ad Monachos Carnotenſes ſic ſcribit. [*Sed vos deinde ſequimini, & quatenus accipi hoc ipſum velitis, quod appellatis* irregulare, *apertendo, ſubjungitis*: Præſertim, ſi electionis irregularitas adeò involuta ſit, & intorta, ut licèt de ea coram Deo

Virtualiter & civiliter non facta, quæ?

non

non dubitetur, coram hominibus tamen, aut vix, aut nullatenus convincatur. *Venit nunc quoque in mentem ſapiens elogium*, Occaſionem quærit, qui vult recedere ab amico. *Quonam enim vos modo* irregularem *dicitis electionem, quæ caſſari regulariter non valet, nec reprobari? Et quidem legitur*, Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt. *Sed dicitis*, &c.] Ergo & Reus, qui ſecretè peccavit, poterit dicere, *Quæ ſecretè facta, probari nequeunt. Quæ probari nequeunt, mihi infecta ſunt. Quæ facta non ſunt negari poſſunt. Ergo, quæ ſecretè facta à me, poſſunt negari*. Soritæ ergo ſecuriſſimo inſiſtit.

Quæ cenſeri debeant irregularia?

Proverb. 18.2

Conſideratur hic Sorites.

Et agendo in particulari de conſanguineis illis, qui apud Leandrum examinabantur ab Epiſcopo, dico, verba illa Ordinarii, *Habuiſtis-ne copulam, de qua juxtà præſcriptum meæ commiſſionis vos debeam interrogare?* Et ipſi rotundè reſpondent *Non habuimus*, & reſpondent verum; & quia reſpondent verum, reſponſionem ſuam poſſunt juramento firmare; porrò ipſi reſpondent verum: quia illorum verba per interrogationem reſtringuntur, & interrogationis verba reſtringuntur per conſignificantes circumſtantias.

In caſu à Leandro poſito Reſtrictionem mentalem non requiri.

Si reus ſit innocens; puta, ſi Petrum occiderit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando à Iudice interrogatur per hæc verba, *Occidiſti-ne Petrum?* ſanctè & veraciter reſpondet, *Non*, & ſine perjurio jurat. Quia Tribunalia ſunt erecta ad punienda crimina, & non ad vexandos innocentes. Ergo tribunal, officium Iuris ſtrepitus, &c. ſunt conſignificantes circumſtantiæ, quæ verba Iudicis reſtringunt, ut non de quocumque homicidio, ſed de criminoſo intelligantur. Ergo illud *Non* per interrogationem reſtrictum æquivalet huic integræ propoſitioni, *Non occidi Petrum criminosè*. Audi Coronium, qui *in ſumm. verb. Reus, num.* 15. ſic inquit. [Adverte hic cum Portellio *in additionib. ad jurament. n.* 16. quod ſiquis crimen ſolùm materialiter commiſiſſet, v. gr. furtum in juſtam compenſationem, homicidium in juſtam defenſionem, &c. interrogatus à Iudice negare poſſet æquivocando: quia mandatum Iudicis ſolùm tendit ad opus criminoſum. Ita Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 66.] Sed cur æquivocando? Puto hoc verbum excidiſſe ex præjudicio Reſtrictionum Mentalium, quo præoccupari videtur. Ego ad hominem ſic argumentor. Ex ſuppoſitione, quam nego, quòd occulta compenſatio ſit licita. Si Iudex interroget eum, qui ut ſibi compenſaret centum aureos à Franciſco ſubripuit, *Utrùm furatus fuerit?* reus ſine ulla mentali re-

Crites.

Quomodo reſpondere ille debeat, qui non peccavit, ſed crimen materialiter tantùm commiſit?

N. B. Committere crimen materialiter, eſt facere aliquid ſanctè, quod ſolet ſub aliis circumſtantiis criminaliter fieri.

An neceſſaria ſit in hoc caſu aliqua æquivocatio, aut mentalis Reſtrictio?

ſtrictione dicit *Non*, & verum reſpondet; quia furtum eſt ablatio rei alienæ, & ipſe abſtulit non alienam, ſed ſuam. Prætereà, pone Iudicem dicere, *Cepiſti-ne à Franciſco aliquos aureos*. Et ego relego illa Coronii verba. *Mandatum Iudicis ſolùm tendit ad opus criminoſum*. Ergo Iudicis verba æquivalent his. *Cepiſti-ne criminosè à Franciſco aliquot aureos*. Et reus ſine Reſtrictione Mentali, aut æquivocatione reſpondet, *Non*, & verum dicit, quia nullos ipſe aureos criminosè ſubripuit. Et idem reſolvendum eſt in altero caſu. Ergo ad hujus reſponſionis verificationem, nec Mentalis reſtrictio, nec æquivocatio requiritur.

Hæc tandem doctrina, quæ clariſſima eſt, & mihi videtur certiſſima Confeſſario applicetur. Si fortè authoritate publica Princeps illum examinet, & interroget dicens. *Audiviſti Margaretam in confeſſione ſe adulterium admiſiſſe explicantem*. Hæc interrogatio per circumſtantias conſignificantes reſtricta inquirit de auditione, quæ crimen ſit, & poſſit probari. Cùm autem Confeſſarius Sacramentaliter audiendo Margaretam, nullum crimen commiſerit; & quæ audiverit, ſecreta ſint, & probari non poſſint, veraciter reſpondet, *non audivi*. Et hæc ipſa reſponſio per interrogationem reſtricta, æquipollet his verbis, *Non audivi Margaretam in confeſſione ſe adulterium admiſiſſe explicantem, ita ut in hac ipſa auditione crimen commiſerim, & crimen quod poſſit probari*. Ergo hæc palpantur manibus, nec nos cogunt ut ad formalitates illas *ut Deus*, ſeu *ut miniſter Dei*, quæ tamen opportunæ ſunt, & utiles ſi bene intelligantur, recurramus; nam, ut ex Generali illa Maxima, *Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt*, quam ut fundamentum Mellens meus Bernardus ſupponebat, neceſſariò colligitur, Sacramentalis peccatorum auditio (quæ cum ſecreta ſit, probari nequit) tam Iudici interroganti, quàm Reo (Confeſſario: nam hic eſt, qui reſpondere cogitur) virtualiter & moraliter infecta eſt. Quæ ſuperiùs in Articulo III. hujus Capitis, & præcipuè quæ ante Sectionem 1. præſcribuntur perpende.

Quomodo reſtringantur verba Principis interrogantis Cõfeſſarium?

Quomodo Confeſſarii reſponſio?

Quod probari non poteſt, civiliter infectum eſt.

Major eſſet difficultas, ſi Confeſſarius interrogaretur authoritate privata: ſi videlicet Petrus, non ut Iudex, aut ſuperior, ſed ut amicus aut conſanguineus procederet. Puta, ſi diceret. *Sumus & cognati & amici: mea intereſt ſcire, an ſit adultera mea uxor. Ergo in ſummo ſecreto mihi reſpondere digneris, an tibi fuerit adulterium confeſſa?* nam hic ceſſant loci & officii cõſignificantes circumſtantiæ: & tamen

De Confeſſario authoritate privata examinato.

Confeſſarius ſine mendacio reſpondet : *Non fuit mihi adulterium confeſſa*. Et cur ille non mentiri dicetur? expono.

Duo Modi Conclusionem explicandi & defendendi proponuntur.

Duæ mihi occurrunt ſecutiſſimæ viæ, ut perſuadeam Confeſſarium negare rem abſolutè debere, & negando nullo modo mentiri. Alteram ipſamet Interrogatio aperiet, ponendo ob oculos qualitates, per quas illa reſtringitur & modificatur: Alteram verò Reſponſio, perpendendo concomitantes circumſtantias.

Tres circumſtantiæ, quæ omnem privatam Interrogationem modificant, & in omni ſubintelligi debent. Et quidem illæ ſunt (1) Si poſſit (2) Si liceat (3) Si expediat.

Priorem itaque & faciliorem aperit & ſternit Cap. præcedentis Artic. IV. in quo agitur, & diſputatur, *De Reſtrictionibus Transſcendentalibus*, aſſerit enim omnem Viri privati interrogationem debere intra Amicitiæ & Honeſtatis terminos ſe continere, & ut id præſtet, debere his tribus *Si poſſis, Si liceat, Si expediat*, Qualitatibus modificari: non enim, quæ fieri non poſſunt, quæ non licent, & quæ non expediunt poteſt quis illæſa amicitia ab alio poſtulare. Lege totum illum articulum, & doctrina, quæ ediſſeritur ibi ſuppoſita, huc revertere, ut iterum Petrum audiamus. Inſtat rurſus & ait. *Dicas mihi, an mea uxor tibi ſit adulterium confeſſa?* Et ego pronuncio hæc ejus verba, per Perſonam dicentis reſtricta, æquivalere his, *Dicas mihi, an mea uxor tibi ſit adulterium confeſſa, ita ut mihi hoc revelari poſſit, liceat, & expediat*. Et Confeſſarius dicit, *Non fuit mihi adulterium confeſſa*. Et nihil falſi dicit, nam Confeſſarii hæc verba per interrogationem reſtricta, æquivalent his, *Non fuit mihi adulterium confeſſa, ita, ut revelare poſſim, ita ut tibi dicere, mihi liceat, aut expediat*. Quid faciliùs, aut clariùs?

Actiones ſuppoſitorum ſunt, & non inſtrumentorum aut formarum.

Poſteriorem aperiet & ſternet Sacramentalis Confeſſionis Eſſentia & Attributa, quæ dilucidant Domini Noſtri Ieſu-Chriſti, qui eſt Cauſa Principalis, Majeſtas, & delegata Confeſſarii, qui eſt cauſa inſtrumentalis, authoritas. Profectò in omni bona Philoſophia admitti hæc Propoſitio debet, *Actiones ſunt ſuppoſitorum*, non enim inſtrumenta operantur *ut quod*, ſed *ut quo*, ſunt enim rationes, quibus utitur cauſa principalis, quę operatur *ut quod*. Impropriè ergo loqueretur, qui diceret, *Calamus ſcribit, Penicillus pingit*, &c. propriè verò, qui adderet, *Non calamus, ſed ſcriba ſcribit; Non penicillus, ſed pictor pingit* &c. Progredior. Sacramenta ſunt inſtrumenta gratiæ; & phyſica, ſi Thomiſtis aſſentiri volueris: Amicus *tom. 7. diſp. 4. ſect. 9. pag. 47.* interrogat, *An Novæ legis Sacramenta, ſint phyſica an moralia inſtrumenta gratiæ?* & reſpondet, [Prima ſententia S. Thomæ *3. p. qu. 62. ar. 3. & 4.* & ſere omnium Thomiſtarum affirmat, Sacramenta noſtra eſſe phyſica inſtrumenta gratiæ. &c.] Ergo Sacramenta operantur *ut quo*, & Chriſtus in illis operatur *ut quod*; Ergo, in Pœnitentiæ Sacramento Cauſa principalis eſt Chriſtus, qui procedit *ut quod*: Ergo per Confeſſarium Chriſtus audit pœnitentis peccata, & eum per Cõfeſſarium abſolvit. Ergo Confeſſarius audit peccata *ut quo*, & abſolvit *ut quo*. Ergo tam vera eſt hæc propoſitio, *Confeſſarius audit pœnitentis peccata*, quàm hæc, *Calamus ſcribit*. At hæc, ſi propriè loquamur, & calamus ſumatur *ut quod*, eſt falſa, ergo altera etiam falſa eſt. Ergo, ſi actiones ſuppoſitorum, & non inſtrumentorum ſunt: peccatorum auditio Chriſti eſt, Confeſſarii non eſt. Ergo ſine mendacio dicit, *Non audivi*: & revera mentiretur, ſi diceret, *Audivi*.

Sacramenta ſunt inſtrumenta, per quæ operatur D. N. Ieſus-Chriſtus.

Quantum in verbis rigorem Theologi, cùm diſputant de Trinitate, obſervent?

Hujus doctrinæ veritas pendet ab explicatione præcedentis Principii, quæ ſi bona & legitima eſt, ſtant omnia, quæ dixi. Ergo, quia in Sacro-Sanctæ Trinitatis materia opus eſt, ut ſummam caſtitatem, rigoremque obſervemus in verbis, dabo loquendi modum, quem Patres & Doctores obſervant, ut inde diſcat Lector, qualiter poſſit & debeat agere, cum de Pœnitentiæ Sacramento diſſeritur. Summa Theologos circumſpectione loqui de ſuperesſentiali Trinitatis Myſterio conſtat ex Auguſtino, cujus verba ſubſcribo. *Vbi quæritur Vnitas Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus-Sancti*, ait, *nec periculoſiùs alicubi erratur, nec laborioſiùs aliquid quæritur, nec fructuoſiùs aliquid invenitur*, &c. Profectò in omni Agente principium *quod*, & principium *quo* reperitur. Principium *quod*, ut dicebamus, eſt quod agit; principium *quo*, eſt forma *quâ* illud agit; & ideò inſtrumenta omnia ad principium *quo* reducuntur; nam corpus calidum eſt principium *quod* calefacit: & calor eſt forma, *qua* corpus illud calefacit; & ſic homo eſt *qui* ſcribit, calamus autem *quo* ſcribit. Sanè Eſſentia Divina non eſt principium *quod*. Raynerus de Piſis *in Pantheologia part. 3. verb. Trinitas, cap. 11. §. 8. pag. 783. b.* ait in objectione IV. *quòd quantumvis Divina Eſſentia conſiderata in abſtracto non ſit operans* ut quod, *ac proinde ſubſiſtens acta per ſe ipſam*, &c. Et hoc in reſponſione non negat. Præterea. *Omnes conveniunt* (ait Amicus *tom. 1. diſp. 23. nu. 12. pag. 328. a.*) *principium producendi* quod *in Divinis realiter diſtingui à termino producto. Controverſia ſola eſt de principio producendi* quo; *nam, qui docent potentiam productivam notionalem formaliter conſtitui ſola eſſentia, conſequenter affirmant, principium* pro-

Auguſtinus lib. 1. de Trinit.

Principium quod diſtinguitur à principio quo.

Quid in Divinis ſit principiũ quod, & quid principiũ quo?

producendi quo *non diſtingui realiter à termino producto, ſed identificari, tam cum termino producto, quàm cum principio ipſo producenti* quod. Ergo principium *quod* generationis in Divinis eſt ſuppoſitum, nempe Pater Æternus, quoniam actiones ſunt ſuppoſitorum & Pater, qui realiter diſtinguitur à Filio, Filium generat: & principium *quo* hujus generationis eſt Natura Divina, quæ nec diſtinguitur realiter à Filio producto, nec ab ipſo Patre producēte. Et quinā ſunt, qui ſic ſtatuunt? Mag. *in* 1.*diſt*.7.*lit*.F.S.Th. 1.*p*.*qu*.41.*art*.5. Cajetanus *ibid*. Ægidius *in* 1.*diſt*.7.*art*.1.*qu*.2 Scotus *qu*.1. §.*Loquendo*. Capreolus *qu*.1. *art*.1.*concl*.2. Baſſo *qu*.1.*art*.3. Argentinas *ar*.1. Gabriel *qu*.1.& 2. Palar. *diſp*.*unic*. Ferrarienſis 4.*contra Gentes cap*.17.§.*Conſider*. Bañes *in* 1.*p*.*qu* 41.*art*.5. Sylvius, Zumel, & Molina *ibid*. Vaſquez *diſp*.164.*cap*.3. Suarius *lib*.6.*de Trin cap*.5. Torres *in* 1 *p*.*q*.41 *art*.5. & alii. Quæ doctrina ab Amico ex *Concilii Florentini ſeſſ*.18. & 19. probatur ſic. [Ioannes Theologus agens partes Latinorum, ait, *Filium ex Patre, & ex Patris ſubſtantia generari, ita ut Pater ſit generans* (hoc eſt, principium *quod*) *principium autem, quo perſona generat, eſt id quod ſolum eſt communicabile*. At ſola natura in Divinis eſt communicabilis. Igitur ſola natura in Divinis eſt principium *quo* generationis.] Et *ex Scoto* ſic. [Si Deus produceret Deum natura diſtinctum, produceret illum per Deitatem, ut per rationem proximam producendi, non per proprietatem aliquam relativam: ergo neque nunc producit illum per proprietatem aliquam relativam, ut per potentiam proximè productivam, ſed per ipſam Deitatem; quia nunc producit Deum communicando illi eamdē numero naturam: tunc verò produceret Deum, communicando illi diverſam numero naturam. At minus eſt communicare eandem, quàm diverſam numero naturam. Igitur ſi tunc principium proximum producendi *quo*, eſſet Deitas, à fortiori etiam nunc principium proximum producendi *quo*, erit eadem Deitas.]

Authores pro noſtra ſententia.

Principium quo in Divinis eſt communicabile. Vide P. Auguſtinum Redingum *in* 1.*par*.*q*.12.*ar*. 2. *controver*.2. *pag*.443.*n*.2.

Perſona eſt principiū quod *& Divinitas principiū* quo.

Qualis ſit hæc propoſitio, Deitas generat?

Et *diſp*.29. examinat idem Amicus, quæ Regulæ ſervandę ſint in Myſterio Trinitatis. Et *num*.51. ait hanc propoſitionem, *Deitas generat*, & hanc, *Deitas* (*Natura Divina*) *generatur*, eſſe falſas, ut monet bene S.Thomas 1.*p*.*qu*.39.*art*.5.*ad* 2. Dixerat has, *Pater generat, Pater & Filius ſpirat, Deus generat, De⁹ ſpirat*, &c. *Filius generatur, Spiritus-Sanctus ſpiratur*, &c. veras eſſe

An in Divinis differant concreta ab abſtractis?

P. Auguſtinus Redingus *in* 1.*p*.*qu*.14. *art*.3.*contr*.1.*pag*.488.*b*. ſtatuerat hanc propoſitionem, *Idem ex parte objecti importatur, cum per abſtractum* Sapientiæ Divinæ *nomen, tum per concretum* τὸ Deus ſapiens, &c. poſteaque contra hanc ipſam Concluſionem ſic ſibi objicit [Inſtabis, verè dici, quod *Deus generet*: è contra, quod *Deitas ſeu Eſſentia Divina generet* falſum eſſe *ex cap*.*damnamus*.*de Trinit*. *& Fide Cath*. Oportere igitur, quod concretum τὸ *Deus*, & abſtractum τὸ *Deitas*, ſeu *Eſſentia Divina* ex parte rei conceptæ importent aliquam diverſitatem. Pari ergo ratione τὸ *ſapientia*, & τὸ *ſapiens*, cæteraque abſtracta & concreta in Divinis nomina dicere ex parte rei ſignificatę aliquam differentiam.] Conceditque antecedens, & negat conſequentiam Redingus: & mihi antecedens concedi ſufficit: moneo tamen malè ab illo paritatem, & in ea fundatam conſequentiam negari. Addit poſteà *controverſ*.3. *pag*.492.*n*.[Falſæ ſunt iſtæ, *Deitas generat, Intellectus Divinus ſpirat, Voluntas intelligit, Immenſitas creat, Miſericordia punit, Iuſtitia miſeretur*, &c.] Capitis, *Damnamus*, Gloſſam his verbis Petrus Alagona proponit. [Res (nempè Deitas) non eſt generans: id eſt, non generat: ſed eſt perſona generans.]

An ut quod, an verò ut quo prædicatum ſumatur?

At hæc, *Deitas generat*, eſt vera realiter & identicè; nam Deitas in Patre eſt Pater, & Pater generat: & iterum eadem propoſitio eſt vera *ut quo*; Deitas enim prout in Patre, generat Filium, *ut quo*, & tamen abſolutè negatur. Ergo loquendi rigor poſtulat eum, ut prædicatum ſumatur formaliter, & non materialiter, realiter & idēticè: tum, ut ſumatur *ut quod*, & non *ut quo*

Propoſitiones aliquæ, in quibus prædicatū uſurpatur ut quo.

Sed huic, *Deitas generat*, ſunt ſimiles iſtæ naturales, *Oculus videt, Auris audit* &c. *Intellectus intelligit, Voluntas vult*, &c. Item hæ *Calor calefacit, Lumen illuminat, Frigus frigefacit*, &c. ſunt & ſimiles hæ artificiales, *Calamus ſcribit, Penicillus pingit, Acus conſuit, Lima radit, Culter ſcindit*. &c. Nec non iſtæ Morales, *Fecialis bellum indicit*; *Carnifex, cum injuſtè damnatum plectit, injuſtitiam committit*, &c. Item hæc, *Apoſtolus loquitur, Confeſſarius abſolvit*, &c. Omnes enim ſunt veræ *ut quo*, nulla *ut quod*. Quoniam loquendo *ut quod*, non Deitas, ſed Pater per Deitatem generat: & ſic nec oculus videt, nec auris audit, nec intellectus intelligit, nec voluntas vult *ut quod*; ſed homo, ſicut per oculos videt, & per aures audit, ſic etiam per intellectum intelligit, & per voluntatem vult. Et progrediendo ulteriùs, nec calor calefacit, nec lumen illuminat, nec frigus frigefacit *ut quod*, ſed corpus calidum per calorem calefacit, & luminoſum per lumen illuminat, & frigidum per frigus frigefacit. Quæ omnia clariùs patent in or-

N. B.
In omni cauſa efficiente, & præcipuè vitali, datur entitas cauſæ, quæ operatur *ut quod*. Et datur virtus operandi, quæ eſt ratio agēdi, & operatur *ut quo*. Operandi virtutes ſunt inſtrumentis ſimillimæ, & ideò etiam *inſtrumenta* à nonnullis vocantur: nam ſicut calamus ſeparatus ab homine, manet immotus, & nihil ſcribit ſic viſus ſeparatus ab Anima nihil videret, & intelle-

lectus ſeparatus ab Anima nihil omninò intelligeret; ut enim homo ſcribit calamo, ita ut ille ſit qui ſcribit; & iſte quo ſcribit ſic Anima viſiva potentia videt; & intellectiva intelligit; nempe Anima ut quæ, iſtis ut quibus.

organis artificialibus; ſunt enim mortua, & niſi moveantur ab extrinſeco, operari non poſſunt: adeoque nec ſcribit calamus, nec pingit penicillus, nec conſuit acus, nec radit lima, nec ſcindit culter *ut quod*; ſed per calamum, penicillum, acum, limam, cultrũ, ſcribit, pingit, conſuit, radit, & ſcindit Artifex. Non nego Authores etiam Sacros, in naturalibus & artificialibus propoſitionibus non ſemper obſervaſſe rigorem, quod minori illa exactione poſſe tractari judicaverint: at aliter debemus agere, cum Divina & ſupernaturalia ediſſerimus. P. Auguſtinus Redingus *in 1. p. q. 14. art. 3. pag. 487. a.* [Nõ veritates dũtaxat, ſed certæ etiam loquendi formulæ de hoc Myſterio à Sacris Conciliis, & Patribus, ac Theologis Orthodoxis magna ex parte ſunt definitæ ac præſcriptæ, ut adeò Philoſophis quidem liberum ſit, quibus voluerint uti verbis; Theologis verò, D. Auguſtino teſte, de Trinitate ad certam regulam loqui pernéceſſarium ſit; dum præſertim ſecundum D. Hieronymum à Sancto Thoma *1. p. qu. 31. ar. 2.* citatum, ex verbis circa iſtam veritatem inordinatè prolatis facilè incurratur hæreſis.] Ergo tranſeamus ad Moralia; & accuratè in illis nos loqui debere, oſtendamus. Attende. PORRO PRINCIPIS Supremi eſt bellum indicere. At Fecialis non eſt Princeps Supremus; Non ergo ipſe, ſed Princeps per ipſum bellum indicit. NON FUIT carnificis examinare, an D. Alvarus de Luna fuerit de crimine capitali convictus? Hoc Iudicum à Rege adſumptorum intererat.

An, & quo modo Fecialis bellum indicat?

An D. Alvarus de Luna fuerit juſtè decapitatus?

An Iudicum temeritas carnifici ſit imputanda?

Pone illos temere proceſſiſſe (per me ſtat; nam in rebus antiquis, quando eruditi dubitant, nil definio.) Pone Regem puſillanimem fuiſſe, & invitum condemnationi ſubſcripſiſſe (quid ſcio? ſaltem Poeta Alvaro coætaneus exclamat,

El Rey Don Iuan el ſegundo,
Turbado toma la pluma,
Para firmar la ſentencia
De Don Alvaro de Luna)

At temeritas, ſiqua fuit, & perturbatio non affecit carnificem, qui prudenter & ſedato animo, gladium ſtrinxit, & miſerum decapitavit. Ergo, ſi ponamus fuiſſe injuſtam ſententiam, hæc propoſitio, *Injuſtè Iudices Alvarum per manus carnificis decapitarunt*, vera eſt: falſa autem hæc *Injuſtè Alvarum carnifex decapitavit*. Quoniam injuſtitiæ moralitas non principium *quo*, ſed principium *quod* (non inſtrumentum, ſed cauſam principalem) concernit. Tanta eſt inter potentias, ſeu inſtrumẽta naturalia & moralis ſimilitudo, ut ſicut Miniſtri *Principis inſtrumẽta* dicuntur, ſic & naturales potentiæ, *Animæ Miniſtri* nominentur.

Miniſtri ſunt inſtrumenta Principis; ſenſus verè & potentiæ, quæ ſũt quædam naturalia inſtrumẽta ſunt miniſtri Animæ.

S. Gregorius à Rayner. *In Pantheologi. verb. Oculus. cap. 5. §. 3. pag. 75. a.* citatus. *Sanctus vir, qui acceptis corporeis ſenſibus (velut ſubjectis miniſtris quidam æquiſſimus Iudex) præeſt; velut inſidianti morti feneſtras corporis claudit, dicens*, Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitem quidem de Virgine, *Iob. cap. 31. verſ. 1.* PRÆTEREA, an, & quo ſenſu vera ſit illa propoſitio, *Loquebantur variis linguis Apoſtoli magnalia Dei*. Conſtat ex illis Chriſti verbis. *Quis vos audit, me audit*, &c. *non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Ergo Apoſtoli, qua tales loquebantur *ut quo*, & Deus per illos loquebatur *ut quod*. Ergo negari hæc Propoſitio debet, *Apoſtoli, quà tales, loquebantur ut quod*, item & hæc, *Apoſtoli, quà tales, loquebantur*, ſi agatur de loquutione *ut quod* [Conſultò addidi illud *quà tales*, non enim omnia, quæ fecerunt & dixerunt Prophetæ & Apoſtoli, fecerunt & dixerunt *ut quo*, Deo concurrente *ut quod*: Chriſtum enim Iudas vendidit, & Petrus negavit *ut quod*, & non *ut quo*. Et Paulus quando 2. *Corinth. 13. 1.* ſcripſit, *Veniam ad vos*, non enim poſteà venit, loquebatur *ut quod*. Item quando 1. *Corinth. 16. 6.* dixerat, *Apud vos autem forſitan manebo*, non enim Deus diceret *forſitan*. Et expreſſum 1. *Corinth. 7. 12.* teſtimonium habemus; ait enim ibi S. Paulus, *Cæteris Ego dico, non Dominus*. Ergo illa verba, quæ Paulus, & non Dominus dicit, ipſemet nobis dicit, *ut quod*.]

An Apoſtoli fuerint loquuti ut quod: an verò loquuti ſint ut quo, & Deus per ipſos ut quod?

Non ſemper Apoſtoli operantur ut quo.

Solus Deus poteſt peccata dimittere.

His præmiſſis redeamus ad Confeſſarium, propter quem eadem omnia præmiſimus. Abſolvere à peccatis eſt ſolius Dei. Conſtat ex miraculoſa illa erectione paralytici, quam *in Chriſti hiſtoria cap. 2. 5.* S. Marcus recenſet. Dixit enim paralytico Dominus. *Τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Fili Dimittuntur tibi peccata tua*. Et inter eos, qui aderant, ſedebant Scribarum nonnulli, qui διαλογιζόμενοι dialogizantes (ratiocinantes) dicebant in cordibus ſuis. Τί αὐτὸς οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; *Quid hic ſic loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, ſi non unus* (niſi ſolus) *Deus?* Et abſolvere hominem à peccatis eſt opus ſummæ miſericordiæ. At Confeſſarius *ut quod* non eſt Deus, & pœnitentem ritè confeſſum abſolvens non facit actum miſericordiæ, ſed juſtitiæ; nam peccaret mortaliter, ſi abſque cauſa pœnitentem audita confeſſione ſine abſolutione dimitteret. Ergo, cùm dixit Apoſtolis Chriſtus, *Quorum remiſeritis peccata, remittentur eis*, cenſendus

N. B.
Illud Græcum *εἰ μὴ*, melius exprimit Hiſpanicum *ſino*, quàm Latinum *niſi*.

An confeſſarius ritè diſpoſitum teneatur pœnitentem abſolvere?

In Sacramento Pœnitentiæ Cõfeſſarius abſolvit ut quo, & Deus ut quod.

eſt

eſt addidiſſe, *Qui per vos abſolventur, per me abſolventur; non enim vos eſtis, qui gratiam confertis* ut quod, *ſed Spiritus Patris veſtri eſt qui* ut quod *operatur per vos*. Stat igitur, hanc propoſitionem, *Deitas generat*, eſſe ſimilem huic, *Confeſſarius audit peccata; & ab illis abſolvit*. Ergo, ſi interroganti, *An Deitas generet?* debeo reſpondere *Non generat*, etiam interroganti, *An mihi Margareta fuerit adulterium confeſſa?* rotundè reſpondere debebo, *Non fuit*.

NOTA,

Antonini Dianæ & Antonii Cotonii ſententia proponitur & examinatur.

Ad Dianæ mentem Summam Antonius Cotonius ſcripſit?

DEbeo hos duos Theologos ſæpius conjungere, quoniam hic, quę alter uberiùs diverſis in tomis ſcripſerat in ſumma ad σύνοψιν reduxit: unde idem erit poſteriorem quàm utrumque citare.

An Confeſſarius poſſit abſolutè negare?

Igitur Cotonius *in Summ. verb. ſigillum Sacram. num.* 30. ſic ſtatuit [Siquis impiè Confeſſarium interroget ſub juramento, an in confeſſione peccatum aliquod audierit; reſpondet Sotus *in 4. diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 5. non poſſe negare, quia mentiri in nullo caſu licet, ſed debere objurgare interrogantem, quamvis Iudicem, quod talia interroget. Ego verò exiſtimo cum Graffio *p.* 1. *l.* 1. *cap.* 53. *n.* 3. poſſe jurare *ſe illud neſcire*, ſubintelligendo; *tanquam homini ſubjectum*: Et, ſi compellatur jurare, an audierit, *idem jurare poſſe* ſubintelligendo: *tanquam purum hominem*, Et tandem, ſi impius urgeat, an audierit ut Deus, jurare etiam poſſe, ſe non audiſſe, ſubintelligendo *ad modum cauſæ principalis*.

An reſtrictione debeat uti?

Et ratio eſt, quia cum his reſtrictionibus non jurat falſum, & amphibologia ex rationabili cauſa non eſt illicita ut dictum eſt *verb. Iuramentum*, à *n.* 8. Immò Confeſſarius teneretur ſic reſpondere, quando ſilendo, vel reſpondendo in genere, generaretur ſuſpicio, quòd pœnitens peccatum illud commiſerit.

An poſſit ſecretum Confeſſionis detegere?

Et quibus reprobanda eſt opinio Altiſiodorenſis *libr.* 4. *tract.* 6. *quæſt.* 7, quod in tali caſu Confeſſarius revelare poſſit Confeſſionem, ne ſit perjurus.] Sic Cotonius Dianæ *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 3. § *ſexto*, nec non *part.* 5. *tract.* 11. *reſol.* 43. & aliis locis, in quibus de hoc argumento Diana diſputat, conſonans.

Altiſiodorenſis Opinatio damnatur.

Ego autem dico Primò, Altiſiodorenſem, aliàs hominem doctum, in hac controverſia, eſſe cœcum, ejuſque opinationem eſſe hæreticam & injuriam Sacramenti ſigillo.

Soti opinio rejicitur.

Dico Secundò, etiam errare Sotum; nã Confeſſarius, cui Aurelia fuit adulterium confeſſa, mentiretur, ſi diceret, *Mihi Aurelia fuit adulterium confeſſa*: & ut veritatem dicat, debet aſſerere *Illa mihi confeſſa adulterium non fuit*.

Cur inventæ ſint Reſtrictiones Mentales?

Addo utrumque erraviſſe (illum ſecreti violandi facultatem temerè concedendo; & hunc Confeſſarium propellendo ad ambages) & in utroque erroris cauſam fuiſſe ignorantiam Grammaticæ Speculativæ; quæ etiam alios admittere Mentales Reſtrictiones coegit.

An Mentales Reſtrictiones, ſi darentur, ſufficerent?

Dico Tertio Dianæ & Cotonii doctrinam, etſi Mentales admitterentur Reſtrictiones, non ſufficere, ut difficultates univerſæ tollantur. Vel attende. Interrogat crudelis Princeps, & ait. *In Aureliæ confeſſione non ſcis (non audiviſti) illam confiteri adulterium*. Et jubent illi, ut Confeſſarius dicat lingua *Non ſcio* (*Non audivi*) & mente addat, *ut purus homo*. Si pergat Princeps, & interroget. *Non-ne audiviſti ut Deus*, jubent ipſi, ut reſpondeat, *Non audivi ut Deus*. Et addat mente videlicet, *ad modum cauſæ principalis*.

Non reſpondent interrogationi, quæ ſtatim poſſet conformari.

Sed quid, ſi adhuc pergat Tyrannus, & interroget dicens, *Non-ne illud crimen in confeſſione audiviſti, ut inſtrumentum Dei?* Et ipſi, quid debeat Confeſſarius dicere, non præſcribunt, & cogerent eum aut Soto aut Altiſiodorenſi ſubſcribere. Et illorum adlucinatio in eo conſiſtit, quod conſignificantes circumſtantias, quæ unicè debent conſiderari intermittant. Nam Princeps ille, aut interrogat ut Iudex, authoritate publica; aut ut amicus ex benevolentia privata; & alterutro modo loquatur, tales circumſtantiæ concurrunt, ut Confeſſarius debeat rotundè dicere, *Crimen id non audivi*; & poſſit (debeatque, ſi neceſſitas poſtulet) hanc ipſam negationem juramento firmare.

Conſiderandæ ſemper ſunt, quæ comitantur perſonam interrogantem, circumſtantiæ.

Vide, quæ eiſdem (Dianæ & Cotonio) de hac eadem materia differentibus reſpondi *cap.* 11. *art.* 4 *ſect.* 3. § *Sed quid*.

DVBIVM INCIDENS.

SEd quid, ſi de confeſſione ſceleratiſſimi latronis, aut inveteratæ meretricis agatur? Reſpondet Cotonius his verbis. [Advertit Granadus *in* 3. *part. controverſ.* 7. *tract.* 11. *diſp.* 6. *num.* 4. quòd, ſi peccatum ſit tale, ut meliùs conſulatur famæ pœnitentis, illud non negando, quàm negando, reſpondere Confeſſarium poſſe his, aut ſimilibus verbis: *Peccata ſua confeſſus eſt, & ego illum abſolvi*, vel *functus ſum officio meo*.

An aliquando peccata audita in confeſſione cum adiectatione narrentur?

Nam, ſi meretrix publica v.gr. confeſſa ſic peccata carnalia. Confeſſarius negans ſe talia audiſſe, ingeret rudi populo ſuſpicionem, quod non ſit ritè

tè confeſſa. Sic etiam, ſi quærat Sacriſta, vel miſſæ miniſter, *an apponenda ſit particula pro communione?* reſpondeat, *Id ab ipſo Petro quærendum eſſe.*] Et citat Dianam *part.5.tract.11.reſol.43.§.Non deſinã.* Interim, quia utrinque ſuboriri poſſunt occaſiones ſcandali, unicum conſilium eſſe debet, *Tacere, & de rebus in tali confeſſione auditis nunquam agere.* Si enim neget, latronem & meretricem dicet, qui eũ audiverit, male confeſſos fuiſse; ſi autem aſſerat, ille ipſe (qui audiverit) dicet, ſigillum ſacramentale frangi.

Conſilium religiosè obſervandum.

PRoderit pro coronide novam diſſolvere Difficultatem. Quæritur ergo, *An, quibus, & quando poſſit aut debeat Confeſſarius ſchedã Confeſſionis concedere?* Reſpondet Coronius *loc.cit.* dicens. [Quando Pœnitentes ferre debent teſtimonium ſuæ Confeſſionis, ut ſunt multoties famuli Principum, filii familias, &c. Si confeſſarius quempiam non abſolvit, ait Henricus *lib.3.de pœn.c.22.num.4.* dare ei poſſe ſchedulam, vel non dare prout ei libuerit; nam, ſi non det, utitur jure ſuo, non dãdo ſchedulam indignis; ſi verò det, magis favet ſigillo, nam pœnitens abſque ſchedula venire poteſt in ſuſpicionem apud ſodales, Dominum, Patrem, &c. SedConinch. *de Sacr.diſp.9.dub.1.n.14.* docet abſolutè teneri dare, quia ſic non mentitur; Schedula enim non eſt de abſolutione, quã non obtinuit, ſed de Confeſſione, quam revera fecit: & alias aliquo modo franget ſigillum.] Et citat Dianam, qui *part.5.tract.11.reſol.22.* (quod ſæpe ſolet) Authores citat, & nihil omninò reſolvit.

De ſcheda, quæ Pœnitentibus concedere ſolet à Confeſſariis.

An danda ſit impœnitenti?

Porrò ſchedula (ut ab hoc ultimo incipiam) de abſolutione eſt: petitur enim à Superioribus, ut ſui ſubditi præcepto Eccleſiæ ſatisfacere cogantur. Ergo petitur de Confeſſione ritè facta, quam abſolutio debet ſequi. Et hanc ob rem

An de ſola Confeſſione ſchedula à Superioribus petatur?

Dico Primò, *Impœnitenti, ſicut negatur abſolutio, ſic debet ſcheda Confeſſionis negari.* Sed inſtas, Confeſſarius, qui negat, aliquo modo frangit ſigillum. Et reſpondeo, illud non frangi; &, ſi frangitur, à pœnitente ſolo frangi: nam per eum ſtat, ut habeat ſchedam, aut non habeat: ſi enim ritè diſponeretur, & Confeſſario obediret, abſolutionem obtineret.

Debet negari impœnitenti.

Dico Secundò. *Ei, qui non fuit confeſſus, non poteſt ſcheda Confeſſionis concedi.* Et Pragæ ſub Cardinale Harrach, regni illius Archiepiſcopo, duobus annis antequam ejus eſsem Generalis Vicarius, Parochus N. de quinque ſchedis, quas Hæreticis, qui non fuerant confeſſi, vendiderat, convictus, degradatus traditur brachio ſæculari, & publicè decapitatur. Poſt ſententiam ſe plures quàm 30. vendidiſse, fuit paſsus, ſed capitalis ſententia propter pauculas prolata eſt.

Et à fortiori illi, qui non fuerit confeſſus.

Ob venditas ſchedulas Pragæ quidam Parochus decapitatur.

ARTICVLVS XII.

De Naturali ſecreto! *Examinat, exponitque, Cur non poſſit violari? & Quid facere debeat, qui crimen falſum impoſuit, aut verum, ſed ſecretum, detexit?*

N. B. Sacramenti Pœnitentiæ ſigillum obligationem Secreti Naturalis ſupponit, & addit præceptum adhuc Sacramentale.

UT omnia, quæ ſacramentali Secreto Articulo præcedẽti diximus, meliùs intelligantur, oportet, ut de Naturali breviter diſſeramus. A Concluſione incipio, & ſic ſtatuo. *Qui crimen à Titio commiſſum fuiſſe novit ſi tamen illud occultum ſit, & ſine damno Reipublicæ aut Particularium neſciri poſſit, tacere debet; & ſi illud revelet, peccabit graviter.* Et ut Concluſionem dilucidem propono hunc Caſum. Petrus, ut petat conſilium, Claudium Virum doctum accedit, & ait, *Ego occidi unum hominem: parti læſæ ſatisfacere volo: ſed neſcio, quid, quibus, & qualiter debeam reſtituere; & ideò me tuæ prudentiæ committo.* Quod eſt dicere. *Ego non habeo intellectum, prudentiam & experientiam ſufficientem, ut ab hoc intricato Labyrintho me expediam: Ergo patere, ut tuo intellectu, prudentia, & experientia juver: patere inquam, ut illis utar, ut Deo & meæ conſcientiæ ſatisfaciam.* Adquieſcit ille doctus. Gerit vicem intellectus; Petrum inſtituit, bono conſilio juvat, &c. Ajo Claudium, ſi dicat, *Petrus homicidium commiſit,* mentiri: dicere veritatem, ſi neget. Quoniam, aſserendo aſseverat,

Conſiliarii ſunt conſulentis inſtrumenta: audiunt occulta ut quo, non ut quod.

quæ

Digitized by Google

quæ neſcit: Siquam enim habet de homicidio à Petro commiſſo notitiam, illam habet *ut quo* non *ut quod*: & ut fusè probavimus, actiones inſtrumentis non niſi impropriè, & *ut quo* conceduntur: & *ut quod*, & propriè loquendo, negantur.

Alius modus clarior & facilior proponitur, & explicatur.

Fatcor eſſe magni & moleſti moliminis bene intelligere & explicare in materia ſecreti terminos *ut quod*, & *ut quo*. Ergo videamus, An poſſimus ſine tot, & tam obſcuris Philoſophiæ & Theologiæ ſpeculationibus rem exponere claiè? Tu me ſequere.

De verbis do, δόω, doy.

Verbi *do*, Græc. δόω, Hiſp. *doy*, primaria & nota ſignificatio res corporeas, quæ manu capiuntur & donantur, concernit, Plautus in Amphitr. *Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data eſt, Alcumena tibi condono.* At ſecundariò ad ſenſus externos & internos transfertur.

Non ſolùm res corporea, ſed etiam verba, & per ipſa notitia interiores aliis dantur.

Plautus Curc. ſcen. 1. act. 4. *Da aures facũdas* Suetonius in Cæſare cap. 30. *Datus eſt ſermo per urbem*, Et in Claudio cap. 15. *Datum memoriæ* dixit. Plautus io Aſin. ſcen. 4. act. 3. *Priuſquam animum meum iſti dedi*. Et multò clariùs io Hiſpanica lingua, ut ſi dicam. *Dile un veſtido. Diò conſigo en tierra. Te diò a entender. Se diò a entender. Diò palabra. Diò razon, Diò noticia. Diò cuenta*, &c. quæ omnes phraſes ſignificationem præſeferunt ſummè diverſam, ex quibus unam realem & alteram intentionalem eligo; ut *dame eſe libro*, ſit *exhibe mihi iſtum librum*: & *date a entender*, ſit *exhibe mihi, quid intelligas*. Et, quia jam habemus verba, ad rem veniamus. Caſum propono.

Caſus I. proponitur.

Petrus famulo ſuo numerat centum aureos; & præcipit, ut illos det Maximiliano. Et huic famulo occurrit Iſidorus, & ait *Da mihi mutuos centum aureos*, Et reſpondet famulus, *Non habeo*, & ne mentiatur ad duplicem reſtrictionem recurrit. Tametſi enim centum ipſe aureos habeat, nec habet illos tanquam Dominus ſuæ diſpoſitioni ſubjectos, nec habet illos ut Iſidoro mutuet. Et hic nihil mente reſtringitur: quia utramque reſtrictionem à circumſtantiis conſignificantibus recipit. Illa enim verba, *Non habeo*, æquivalent his, *Non habeo, quos mutuos dare poſſim, nec quos dem tibi*. Dicebat Iſidorus, *Da mihi centum aureos mutuos*. Ergo per hanc petitionem reſtricta reſponſio illa *Non habeo*, erit, *Non habeo, quos tibi mutuos dare poſſim*. Et iterũ eadem reſponſio, *Non habeo*, per præceptum reſtricta, erit, *Non habeo, ut dem tibi*: nam illos habet, non ut Iſidoro, ſed ut Maximiliano conſignet.

Fruſtra ad Mentales Reſtrictiones recurritur, cùm præſtò ſint adjacentes, & ſignificantes circũſtantiæ.

Caſus II. additur.

Præterea, Cajus apud te vas aureum depoſuerit hac lege, ut cuſtodias, & nemini oſtendas. Porrò, ſi Claudius petat, ut ipſi vas aureum dones; Titius, ut commodes; Cnejus, ut vendas; & Serenus tandem, ut oſtendas. tu *Non habeo* reſpondes ſine ſuſpicione mendacii, etſi enim illud habeas, non tamen ut vel dones, vel commodes, vel vendas, vel oſtendas. Ergo illud unicum *Non habeo*, variè per varias petitiones reſtringitur, ita ut ſi dicatur Claudio, *Non habeo, ut donem*; ſi Titio, *Non habeo, ut commodem*; ſi Cnejo, *Non habeo, ut vendam*; & denique, ſi Sereno, *Non habeo, ut oſtendam*, ſignificet. Et, quia petitio reſponſionem reſtringit, non eſt, cur Mentales Reſtrictiones quærantur.

Eadem verba ex diverſis cauſis, & reſpectu diverſorum recipiunt reſtrictiones diverſas.

Non ſolùm ſuarum pecuniarum aut divitiarum, ſed etiam ſuarum notitiarum homo eſt dominus. Sicut enim, qui adamantem invenit, poteſt illum aut ad amicum per famulum mittere, aut alicui cuſtodiendum concredere: ſic ſimiliter, qui aliquam Mathematicam demonſtrationem, ex. gr. invenit, illius eſt proprietarius Dominus; poteſt eam ſibi retinere, quin injuſtitiæ debeat argui: poteſt eam donare ſocio, ut iſte illa utatur ut ſua: poterit mittere ad amicum per famulum, & tunc illa non erit famuli (a) nec aliis ab eo poterit communicari: imò & poterit eamdem notitiam alicui ex cauſa opportuna concredere, & tunc hic illam cuſtodire, & nemini revelare tenebitur. Ergo ſicut de adamante, quem habeo, ſic de notitia, quam habeo, philoſophandum eſt: & ideò bene Hiſpanus utrumque per verbum *dar* (Latinè, *dare*) expreſſit: nam ſicut adamantem, quem habeo, poſſum dare ſub conditionibus, quas voluero, & hæ debebunt religiosè obſervari; ſic ſimiliter (*podre dar noticia de lo que pienſo*) potero dare notitiam alicujus rei, quam ſcio, & hanc ſub conditionibus, quibus voluero, & hæ conditiones debebunt neceſſariò obſervari. Ergo, ſi illa notitia, quam habeo, eſt mea, illam potero tibi, vel donare, vel ad uſum proprium commodare, vel ut tradas Ferdinando concredere, vel apud te deponere, ut nemini des, ſed ad meam utilitatem illa utaris.

Sicut divitiarum, ſic etiam notitiarum & cognitionum homo eſt dominus

a) Verba, quæ mittuntur per famulum mittentis ſunt, nõ internuncii. Procopius de bello Goth. lib. 1. [Orator, qualiacumque à Principe ſe delegante acceperit, profert: quæ ſi minùs proba, vel recta videatur non ipſe proptereà jure eſt incuſandus, ſed qui miſerit for tè culpandus, Oratoris quippe officium eſt ſuum cum fide miniſterium exſequi.]

Sanè, ut dicebam, ego ſum notitiæ illius (Mathematicæ demonſtrationis, quam inveni, ex. gr.) dominus. Ergo, ſi eam dono tibi; tu donationis vi, poteris de illa tanquam de re propria diſponere, & aliis quibuslibet communicare.

Notitiæ poſſunt & ſolent donari.

Si autem tibi commodem, tu illa uti poteris; ſed non poteris aliis communicare. Illa, inquam, poteris tuas Poſitiones firmare; at ſine mea licentia, nec ſeorſim, nec in tuis libris poteris eã publici juris facere; imò nec alicui, ut legatur, permittere.

Poſſunt & commodari.

Poſſunt ab uno ad alium per monſtrum tráſmitti.

Si tibi illam, ut referas Ferdinando, concredam, ipſam tibi non dono, non commodo; ſed tantum ut tradas Ferdinando, conſigno. Eam igitur tradere Ferdinando, debes; & alii, quicumque ille ſit, communicare non potes.

Poſſunt in depoſito & cuſtodia conſtitui,

Tandem depoſiti jure tibi confidam eam notitiam; eris illius depoſitarius; nulli eam dare poteris, imo nec uti, niſi ſecundum legem, quam tibi præſcripſi.

Hac doctrina præmiſſa alios duos caſus in materia notitiæ, qui ſint ſimiles illis, quos paulò antè expoſuimus, proponamus.

Parallelum Caſus I. reſpondens.

An illud, ut tibi dicam, quod multas aſſertiones à mendacio præſervat, in aliqua Mentali reſtrictione conſiſtat, vel potiùs ab adjacentibus conſignificetur circumſtantiis?

Petrus famulo ſuo dicit hæc & hæc: & præcipit, ut illa nunciet Maximiliano. Ex vi præcepti illa verba ſunt Petri, non alterius; concreduntur famulo, non ut Iſidoro, aut alii, ſed ut Maximiliano dicantur. Hæc omnia præceptum conſignificant. Interim, ſupervenit Iſidorus, & ait famulo, *Quid tibi Petrus dixit?* & famulus reſpondet, *Nihil*. Et veraciter; quia hæc ipſa reſponſio per præceptum reſtricta, æquipollet huic, *Nihil mihi dixit Petrus, ut tibi dicam*. Ecce illud, *ut tibi dicam*, non eſt aliquid, quod pura mente concipitur, ſed quod per extrinſecum & ſenſibile præceptum conſignificatur.

Parallelum Caſui II. correſpondens.

N. B.

Qui rem aliquam dicit in ſecreto Franciſco, illius notitiæ eum conſtituit depoſitarium, at depoſitarius rem depoſitam nulli donare poteſt. Ergo qui ſecreti depoſitarius eſt, notitiam ſecretã nemini dare aut revelare poteſt. Non ergo habet notitiam, ut tibi revelet. Ergo de te ſecreta interrogatus, *Neſcio*, aut *Non habeo notitiam* ſine mendacio dicet; quoniam *ut tibi revelem* ſubauditur: hoc enim à circumſtantiis adjacentibus conſignificatur.

Præterea, Cajus tibi aliquid in ſecreto dicit; vel, ſi vis, confitetur: verba ejus ſunto, *Ego occidi unum hominem*. Hoc crimen tibi exponit (Hiſp. *te da a entender, te dize*) ut nulli unquam dicas, ſed hac ſolum notitia, ut eum inſtruas, dirigas, vel abſolvas, utaris. Ergo ante omnem ſupervenientem reſtrictionem mentalem, ex ratione Naturalis, aut Sacramentalis ſecreti eſt, ut adquiras notitiam, quam nulli poſſis revelare. Interim conveniris à Claudio, & interrogat, *An tibi in ſecreto (vel in confeſſione) ſe commiſiſſe homicidiũ, Cajus dixerit?* Ergo petit, ut notitiam, quam habes, ei communices. At tu habes notitiam nemini communicandam, hoc eſt, non habes notitiam alicui communicandam. Non ergo habes notitiam qualem ſibi Claudius communicari poſtulat. Et ideò reſpondes, *Non dixit mihi Cajus in ſecreto (vel in confeſſione) ſe commiſiſſe homicidium*. Et à vero non devias quia tametſi Cajus illud tibi dixerit; non tamen dixit, ut dicas.

Ut rem meliùs intelligamus, adhuc addamus paucula. Si lingua expreſſiſſes hæc verba, *Se occidiſſe hominem, mihi non dixit Cajus, ut tibi dicam*, nemo te accuſaret mendacii. Ergo nemo te arguere juſtè poterit, ſi reſponderis Claudio, *Se occidiſſe hominem mihi non dixit Cajus*. Quoniam illa verba, *ut tibi dicam*, quæ lingua intermittit, à circumſtantiis conſignificantur; nam quæcumque mihi in ſecreto (aut in confeſſione) exponuntur, dicuntur, *ut tibi non dicam*. Ergo ut ſervetur Naturale & Sacramentale ſecretum, & in utroque nulli diſcriminis exponatur veracitas, non eſt, cur ad Reſtrictiones Mentales recurramus, cum id, quod ipſæ præſtare nequeunt, jam priùs clarè & dilucidè præſtiterint conſignificantes circumſtantiæ.

Quanto ſecreto in Tribunali Inquiſitionis cauſæ agantur?

Addo & hunc caſum. Summo ſecreto eſt Iulius captus, & in Sancti Officii carcerem profundiorem conjectus. Et cur tanto ſecreto? Ut ejus Incarcerationem nemo ſciat, & nulli dicatur. Ergo conſideratis circumſtantiis, *Non eſt Iulius in carcere, ut dicatur*. Interim ejus frater Antonius illum quærit ſolicitus; &, quia tandem aliquid ſuſpicatur, Aſſeſſorem Tribunalis interrogat, *An Iulius ſit in illo carcere?* Et Aſſeſſor rotundè reſpondet, *Non eſt*. An-ne mentitur? minimè. Et cur? Ob rationem, quæ nuper edisſerebatur. Si reſpondiſſet Aſſeſſor, *Non eſt, ut tibi dicatur*, nemo eum incuſaret mendacii. At illud, *ut tibi dicatur*, quod lingua non dicit, dicit tribunalis ſeveritas (qui enim in ergaſtulo ſecreto ponuntur, non ponuntur illic, *ut tibi dicatur*.) Ergo illa verba, *Non eſt*, per illa, *ut tibi dicatur*, quæ Tribunalis ſunt, reſtricta, nil continent fallaciæ, aut mendacii.

An qui non revelat, quæ ſcit in ſecreto, mentiatur?

DUBIUM.

An, & quale peccatum ſit, proximi crimen verum, occultum tamen, revelare?

DOctrinæ ſimilitudo poſtulat, ut breviter examinemus, *An poſſis occulta revelare?* occulta dico crimina, non tibi ſub ſigillo ſecreti naturalis concredita, ſed te ſolo & nullo alio adſpiciente commiſſa. Multa profectò de hoc argumento in variis libris lego, quæ erunt bona, aut etiam vera, ſiquidem à Viris doctis ſcripta. Illa ego non intelligo: ſed non inde infero, non eſſe vera: multa enim humanum captum ſuperant, multa Angelicum: & ideò, cum in Quæſtionem, quam non intelligo, incido, Humilitatis actum, meam cognoſcendo tenuitatem, elicio; ſed nulli inſultare præſumo. *Hanc ergo ob rem in hoc ego Dubio, ſiqua ſunt contra communem opinionem, non doceo, ſed ſolum eruditionis & exercitii gratia, ut à doctis legantur & corrigantur ſcribo, & ideò pro ſingulari ulla doctrina me nolle citari proteſtor*. Et hac monitione præmiſſa ſic diſcurro.

An poſſit injuſtè afflictus eloqui, injuriamque ſecretò revelare?

Ut conſilium petas, occultum caſum referre prudenti amico potes; immo etiam ſi afflictus ſis, ut poſſis dolorem lenire. Et ratio eſt: nam (1) manet res ſub eodem ſecreto. Nam (2) jugum Divinæ legis ſuave eſt, & onus leve; & nimis profectò du-

durum eſſet, & humanæ conditioni repugnans, obligare aliquem ad ſufferre, & concoquere injurias in ſuo pectore;& prohibere, ne uni aut alteri amico illas communicet, ut leviùs ferat. Eadem enim argumenta, quæ probant Deum non præcipere realiter impoſſibilia, perſuadent eum nihil omninò præcipere, quod moraliter impoſſibile ſit. Ita Sylvius *in 2. 2. qu.62.art.2 1.qu.5.* Diana *3.part.tr.5.reſol.* 32.Coronius *verb. Detractio num.*4. Imo Cruz *p.*8 *qu.2.art.2. dub.3. concl.*1. aſſerit, non eſſe mortale, ſi quis nimio dolore preſſus, ut pectus afflictum exoneret, in publicas querimonias prorumpat: hoc enim naturaliſſimum eſt. Videretur enim durus, & nimium profectò durus Legiſlator, qui permitteret innocentem affligi, & adhuc, ne injuſtè oppreſſus conqueratur, præciperet. Eſt doctrina hæc communis, quam tuetur P.Mendus, qui *in Opinionam certò probabilium Epitome, verb. Secretum.num.*4.ſic ſcribit. [Non violatur ſecretum, ſiquis ſuper illo conſulat virum doctum; ſed hic tenetur ſecretum ſervare. Siquis intra penetralia Communitatis patiatur injuriam, non peccat manifeſtando illam amico, non animo detrahendi, ſed levandi dolorem (*a*) cum durum valde ſit injurias ſilentio premere, & conquerere. Leſſius, Diana & alii. Eſt probabile non eſſe peccatum grave, etiam abſque gravi cauſa manifeſtare crimen occultum & revelare ſecretum uni vel alteri prudenti viro,qui non ſit evulgaturus illud: nam ibi datur læſio levis Iuſtitiæ, & à fortiori non erit gravis culpa contra Fidelitatem. &c.]

An Deus præcipiat moraliter impoſſibilia.

a) Nota illud *cùm durum valde ſit*. Et infer non velle eum, qui dicit *Jugum meum ſuave eſt, & onus leve*, hominibus valde dura præcipere.

Si ex caſu, aut crimine occulto, cujus notitiam habes, alicui proximo notabile damnum immineat,illum monere poteris, ut ſibi proſpiciat. Nam, ſi Cloris ſe proſtituerit Nævio ſub onere, quòd Cajum occidat,& tu rem vidiſti,& audiiſti:Cajum monere poteris, & revelare quæ fuerint neceſſaria: non plura:inutiliter enim, quæ non ſint neceſſaria,dicentur.

Quando crimen occultum detegi poſſit?

Et quando non poſſit.

Cæterùm, ſi nullum bonum finem intendens, crimen ſecretum evulgaveris,cõtra Charitatem te peccaviſſe ſcis & tamen an contra Iuſtitiam & Veracitatem peccaveris, docere vis. Communis ſententia aſſertivè reſpondet. Tamburinus *libr.9. cap.3.* §.4.*pag.43*1.[Si crimen verum occultum evulgaſti; uti poteris æquivocatione, ut ſi dicas, eum hominem crimen illud nequaquam patraſſe intelligendo publicè, vel quid ſimile] *Et* in margine Sotum,Cajetanum, Villalobos, alioſque à Diana *p.3.tr.5.reſol.*10.productos adlegat. Ergo teſte Tamburino, qui ſic reſtituat

An teneatur ad reſtitutionẽ?

An detur caſus in quo quis teneatur uti reſtrictione mentali?

Crites.

honorem, mentietur,niſi utatur Reſtrictione Mentali. At quæ ſunt falſa, non redduntur vera, etſi Reſtrictio Mentalis accedat. Præterea: Nemo poteſt mentiri; quia mendacium, etiam officioſè dictum, eſt peccatum. Nemo tenetur uti Reſtrictionibus Mentalibus; illarum enim uſum ſemper inutilem & vanum, aliquando nocivum & interdictum eſſe lego: at eſſe præceptum non lego. [Eſſent contenti oppoſitæ Authores ſententiæ, ſi Mentales Reſtrictiones eſſe licitas concederemus: at velle eas eſſe præceptas,nimium eſt.] At aſſerente Tamburino nullo alio modo poteris honorem reſtituere, qui crimen occultum, ſed verum divulgaſti. Ergo, quia Logicam bene ſcis, tu ipſemet conſequentiam opportunam deduces.

Inter rem ſecretam tibi ſub fide amicitiæ ad Dei majorem gloriam, creditam, & rem ſecretam, quam tu caſu vidiſti,diſtingue. Rationes & circumſtantiæ, quæ illam virtualiter inſectam reddunt in hac locum non habent. Ergo hæc eſt facta. Ergo qui illam ſine cauſa excuſante detexerit, non mentietur, ſed contra Charitatem peccabit. Res eſt,quæ indiget majori examine: & hanc ob rem eum, qui ſolus crimen committi à Ioanne fortè vidit, & narrat, peccare contra Iuſtitiam, nec nego,nec aſſero,ſed doceri ab ingeniis nobilioribus volo, *In quanam bene gubernata Republica Iura, & Privilegia ſint conceſſa peccatis.* Ad rem *leg.63.D.ad Falcid.*Paulus. *Eadem cauſa eſt ejus ſervi, qui noxam nocuit;nec enim delinquendo quiſquam precitior ſit.* Omnes enim Legiſlatores eo reſpiciunt, ne ex iniquitate homines utilitatem conſequantur: ſi enim hic abuſus alicubi permitteretur, non ſubſiſteret vita communis. Porrò Communitas periclitatur, ſi quando in ipſa crimina committuntur impunè;unde ſcitè & providè priſcus ille Iuriſconſultus exclamabat. *Neminem,quæſo,cenſeatis tanta apud vos authoritatis eſſe,ut qui leges tranſgreſſus fuerit, inultus* (impunitus) *remaneat.* Olynth.3. At illa (Communitas) quæ privilegia & immunitates concedit ſceleribus, jam eſt perdita. Deus ſummus eſt legiſlator, & ſanctiſſima ejus decreta legum humanarũ ſunt Regulæ: quoniam ut *libr.9.de Civit. Dei* aſſerit Auguſtinus, *Omnium legum eſt inanis cenſura, niſi Divinæ legis imaginem gerant.* Ergo ſacrilegæ blaſphemiæ erit reus, qui gratias & privilegia Deum criminibus conceſſiſſe aſſerat, quæ Rex terrenus ſine crimine indulgere non poſſet. Et,ſi vim harum rationum non percalles, cum ſit quæſtio facti,reſpondere digneris; volo enim à te ſcire, *In qua Sacra Scriptu-*

Aliud eſt rem ſub ſecreto naturali audiviſſe,& aliud rem in occulto factam vidiſſe.

An privilegia & gratia ſint conceſſa criminibus?

Divina lex eſt humanarum Regula.

An ſententia, ſi fundamento deſtituta?

ra pagina, in quo Prophetia libro, homini ſcelerato conceſſit Deus jus & privilegium, ut poſſit ſecurè coram uno peccare? Vbi fecit, ut qui verum ſecretum tamen diceret, mentiretur? Vbi, ut qui ſic eam infamavit, etſi verum dixerit, teneatur aſſerere (&, ſi fuerit neceſſarium, jurare) ſe fuiſſe mentitum.

An prodeſſe poſſint Reſtrictiones mentales?

Sunt omnia difficilia, & quæ maturiore indigerent examine. Qui huic reſpondere Dubio velit, fruſtra petet à Mentali Reſtrictione ſubſidium. Sperari potuit à circumſtantiis conſignificantibus: at hæ non videntur efficere, ut mentiatur Petrus, quando uni aut pluribus dicit, ſe vidiſſe quæ vidit. Non videntur efficere, ut teneatur Petrus dicere ſe fuiſſe mentitum dicendo ea, quæ veraciter dixit.

Fundamentalis ratio eius adverſariis innititur.

Argumentorum fortiſſimum, quod ab Adverſariis fieri ſolet, eſt hoc. [*Petrus eſt in poſſeſſione ſui honoris: Ergo habet jus, ne privata authoritate ab honore poſſeſſo ſpolietur. At, ſi crimen ab eo ſecretè commiſſum detegeres, eum privata authoritate honore exueres. Ergo mortaliter peccares.*] Vltimam conſequentiam & conceſsi, & concedo: at non eſt illa, quæ debeat inferri: non enim *te peccare mortaliter*, detegendo crimen ſecretum, ſed *te fuiſſe mentitum* debet probari.

Caſus proponitur, ut ex illo contra præcedens argumentum nova ratio formetur.

Vt huic ego argumento, quod fortiſsimum vocant, reſpondeam, aliud formabo ſimile, & mutata materia diſcurram per propoſitiones analogas. Habebat Fridericus centum millia ducata, clauſa in theca ſecura, & ex Hiſpania in Italiam contendens, naufragium patitur, & thecam perdit: quod ſolus vidit Carolus, & non alius. Porrò glorioſum erat illi habere centum millia ducata: inglorium ad mendicitatem reduci; Ergo ne mentietur Carolus, ſi paſſim dicat ſe interfuiſſe naufragio, & propriis vidiſſe oculis totum illud aurum perire? Aſſeris & argumentum ſimile præcedenti conformas & ſic ratiocinaris [*Fridericus eſt in poſſeſſione honoris, qui in divitiis conſiſtit. Ergo habet jus, ne privata authoritate ab hujus honoris poſseſſione exſpolietur. At, ſi Carolus Friderici divitias naufragio periiſſe diceret, eum privata authoritate, honore proveniente à divitiis exueret. Ergo peccaret mortaliter. Ergo & mentiretur. Ergo ad reſtitutionem teneretur. Ergo deberet ſe retractare, & ſe fuiſſe mentitum aſſerere.*] Lego attentè, & ſingulas præmiſsas & conſequentias recognoſco, & ſic inquam.

Datur argumentum præcedenti ſimillimum, ſed in alia materia.

An honos à divitiis proveniat?

Ad illam propoſitionem, *Fridericus eſt in poſseſſione honoris, qui in divitiis conſiſtit*, dico honorem proficiſci à virtute, & divitis, nec bene eos procedere, qui illum à ſola virtute deducunt. Has duas humanæ gloriæ origines cognovit & aſseruit Ariſtoteles *lib. 4. Ethic. cap. 3.* dicens. *Imperia & Opes gloria cauſa expetenda ſunt*, fuere enim, & erunt ſemper in mundo divitiæ, & opes honoratæ. Ovidius Faſtor. 1.

In pretio pretium nunc eſt; dat cenſus honores.

Cenſus amicitias: pauper ubique jacet.

Et iterum 2. Amor. 1.

Curia pauperibus clauſa eſt; dat cenſus honores;

Inde gravis Iudex, inde ſeverus Eques.

An, qui divites, nobiles?

Quæ apprehenſio (nam honos à communi apprehenſione dependet) ita, etiam apud Eccleſiaſticos obtinuit, ut D. Benedictus pauperibus opponat nobiles, & opinari videatur, eos ſolos, qui affluunt divitiis, nobilibus adnumerari. Caput LIX. habet in titulo. *De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.* Et in corpore, *ſiquis fortè de nobilibus offert filium ſuum Domino in monaſterio, &c. ſimiliter autem & pauperiores.* Eſto divitiis ſuis concedatur honos, non inficior. At divitiis fictis honorem verum deberi, non admitto. Eſt honos materiæ primæ ſimilis, quia exiſtit exiſtentia formæ: & materia prima (ſic S. Thomas, & ejus Schola definit) exiſtere ſine forma non poteſt. Ergo, ſi opulentiæ honos exiſtentia divitiarum exiſtit, fictus eſt, ubi fictæ fuerint divitiæ. Ageſilaus aſſerente Plutarcho *in apophth. Lacon.* Divinos honores à Thaſiis ſibi oblatos riſit, irriſitque; cùm enim Divino honore colitur, qui Deus non eſt, eſſe cenſetur Βȣ̃ς ἐπὶ πίνακος ἀργυρȣ̃ *Bos in quadra argentea*, in loco, in quo non ſolùm non deberet eſſe, ſed deberet non eſſe. Nego igitur *Fridericum, qui divitias non habet, eſſe in poſſeſſione honoris, qui in divitiis conſiſtit.* Et hoc antecedente negato, ruit illa conſequentia, *Ergo habet jus*, &c. Addo etiam ſubſumptum illud, *At ſi Carolus*, &c. eſſe falſum; nemo enim ſpoliari poterit re, quam non habet. Conſequens immediatè ſubductum, videlicet. *Ergo peccaret mortaliter*, debet diſtingui: agi enim poteſt, de Veracitate, Iuſtitia, & Charitate: ſi de prima, cur Carolus dicendus ſit mentiri, non video: ſi de ſecunda, à te peto, ut digito mihi oſtendas, quid à Friderico ſuffuratus ſit Carolus. Si de ultima, dicam caſum rarum aut fortè impoſſibilem eſſe, in quo error communis poſſit eſſe ſine aliorum damno utilis Friderico: tunc enim Carolus contra Charitatem peccaret. Verum enim verò, ſi Fridericus, exempli gratia, ficta divitiarum opinione

S. Benedictus in Reg. cap. 59.

An materia prima exiſtat exiſtentia formæ?

Qua honos ſubſiſtentia ſubſiſtat?

Nemo privari poteſt re, quam non habet.

In quam Virtutem peccet, qui crimen occultum propalat?

An debeat dici veritas, ſiquis ſe eſſe divitem fingat, ut præpotentem fœminam decipiat, ut in uxorem habeat?

nione ad nobiles nuptias viam aperit; error ille communis in damnum tertii (ſpōſæ) vergit, & Charitas non poſtulat, ut fraudi Carolus cooperetur tacendo; ſed potiùs poſtulat, ne miſeram illam ſponſam falli patiatur. Altera conſequentia, quæ ſubſequitur: nimirùm, *Ergo* (Carolus) *mentiretur*: deberet bene inſerri, ut aliquid argumentum probaret: at ipſam non video à præmiſſis deduci: nam, ſi verum fuit in naufragio periiſſe Friderici divitias, etiam erit vera aſſertio Caroli. Et, ſi vera hæc; falſæ ſunt aliæ duæ conſequentiæ, quæ in argumento inferebantur.

An Reipublicæ interſit, ut crimina etiam occulta, detegantur?

Hæc omnia dicta, ut clariùs diſſolvi poſſet illud prius argumentum, quod ad Petri favorem formabatur. Poſtulat profectò bonum publicum, ut boni à malis ſecernantur, unde Laertio *lib.6.* aſſerente, percontatus Antiſthenes, quæ res portenderet ruinam, exitiumque Civitatibus? *Quando in his*, inquit, *nullum eſſe poteſt bonorum & malorum diſcrimen*. Ergo Ius gentium poſtulat, ut omnes quà poſſint, huic ipſi cooperentur diſcrimini. Ergo contra Ius gentium ageret, qui bonum à malo poſſet, crimen occultum revelando, diſcernere, & tamen tacere præſumeret, & nollet loquendo publico bono cooperari. Hinc ad argumentum illud venio, & ſingulas propoſitiones recognoſco. Erat prima, *Petrus eſt in poſſeſſione ſui honoris*, diſtinguo, in juſta, nego: in injuſta, concedo: aut aliter, *Eſt in poſſeſſione honoris*; debiti, nego; indebiti, concedo: nam ut *lib.4. Ethic.cap.3.* pronunciat Ariſtoteles, *ſi verū judicare volumus, ſolis bonis honos debetur*. Et, ſi verius judicare volumus, malis non ſolùm honos non debet exhiberi, ſed debet non exhiberi. *honos enim malis exhibitus in eorum commutatur ruinam*, ut experientia probat, & *libr.7. Moral.* S. Gregorius cognomento Magnus teſtatur. Inferebatur. *Ergo habet jus, ne privata authoritate ab honore poſſeſſo ſpolietur*. Et ego ſingula nego: Non enim (1) aliqua privilegia ſeu jura ſunt peccatis conceſſa: immò nec concedi uſquam poſſunt. Non enim (2) privata authoritate crimen detegit, quem ex Iure gentium loqui jubet Antiſthenes. Non enim (3) honorem Petrus poſſidet: nam iſte in virtute fundatur, & corruit ſublata virtute. Audi Chryſoſtomum *de reparatione lapſi* dicentem. *Honos verus, virtus animi eſt*: (ergo ubi hæc non reperitur, aut nullus honos eſt, aut ſiquis apparet, non eſt verus) *Hic honos* (verus) *nec à Cæſaribus præſtatur, neque adulatione conquiritur*, &c. Ergo; quem à Principibus extorſit adulatio, non eſt verus, ſed imago quædam umbræ & fumo

De poſſeſſione juſta & injuſta

De honore debito, & indebito.

An malis debeatur honos?

An verum honorē poſſideāt?

ſimillima. Non enim (4) etſi honorem poſſideret, manuteneri poſſet; nam eſſet poſſeſſor injuſtus, vel oſtendatur prætenſæ poſſeſſionis titulus. Et hinc patet, quid ad ſubſumptum illud, *At ſi crimen*, &c. & ad conſequentiam illam, *Ergo mortaliter*, &c. debeamus reſpondere.

Cur Author in prima Editione hujus Libri nō voluerit Mentem ſuam per Aſſertivas Concluſiones exponere?

In verbis meis, Amice Lector duo ut video, obſervare potueris: alterum, me abſolutè tenere, *Nulla conceſſa eſſe privilegia peccatis*; & *Eum, qui crimen verum, ſed occultum, detexerit, non contra Iuſtitiam, ſed contra Charitatem peccare*, alterum, me nolle aliquorum indignationem, aut obloquutionem incurrere. Et ideò in prima Editione hujus Libri *pag.383. num.* 208. ſumma me providentia ſcripſiſſe ſubſequentem Paragraphum, videlicet. [Omnia, quæ hucuſque in toto hoc Dubio dicta, *valeant, quantum valere poſſint*. Interim tu ſequentes Aſſertiones lege, quas non *Concluſiones*, ſed *Palimpſeſtos* appellavi; non enim illas defendendas adſumo, ſed propono, ut illas Candidi (aliis enim coloribus multi tinguntur) Theologi perpendant & examinent. Eſt enim παλίμψηστος charta deletitia. Germanicè Eſelo hautt. Et quidem Iuriſconſulti *deletitiam* vocant. Vlpianus *leg.charta. D.de honor.poſſeſſ.ſecund. tab.* ait. *Charta appellatio ad novam refertur, & ad deletitiam*. Conſonat Budæus *in libro de Aſſe*, qui vocem παλίμψηστος interpretatur chartam deletitiā, nempe in qua, abſterſis prioribus litteris, alteræ reſcribuntur. Cicero autem Græcam retinuit, & *libr. 7. epiſt. Trebat.* ſic ſcribit. *Nam quod in Palimpſeſto laudo equidē parſimoniam, ſed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc non ſcribere; niſi fortè tuas formulas*. Ergo tu Concluſiones in noſtris Palimpſeſtis diſtingue, illis aſſenſū præbe, hos verò ante examen nec admittas temerè, nec incautè rejicias.] Sic tunc ſcripſi; ne fortè alicui Romano Cenſori diſplicerem. At quia uberiori calamo ſyntagma integrum de hoc argumento ſcripſi, & re bene perpenſa Romani Cenſores, & Sacri Palatii Magiſter illud anno MDCLXXIII. in lucem prodire permiſerunt & approbarunt, dicentur in hac Editione ſecunda *Concluſiones*, qui in prima fuerant *Palimpſeſti*. Hoc te monere debui, ut pede illæſo paginas ſubſequentes percurreres. Sit igitur Concluſio

παλίμψηστος, quid ſit? Charta deletitia, quæ ſit?

Examinare, Quid, & Cur deletum in palimpſeſto aliquid fuerit, eſt communis curioſitas, & non Ciceronis ſolum.

Cur, qui in primo hujus Libri Editione fuerāt παλίμψηστοι, iſtæ Concluſiones defendendae tranſierint?

PRIMA. *Qui crimen verum, ſecretum tamen bono animo detegit, ut videlicet, Rempublicam, aut privatam quemcumque hominem à periculo eripiat, aut alicujus amici gravi utilitati proſpiciat, non peccat.* Eſt

Quando crimen occultum poſſit detegi.

com-

communis; nam inter duos potioris pars potior eſt. At innocens ſemper eſt ſcelerato præferendus. Ergo, ubi de criminis detectione, aut occultatione diſſeritur, curandum eſt, ne ita tacendo homini malo faveas, ut bono noceas.

An Amicorum literas eorum injuſſu poſſimus edere, aut imprimere? an ſaltem oſtendere?

Hanc doctrinam tam ſeverè Politici & Aulici accipiunt, ut ſuas literas, non dicam imprimi, ſed ne quidem aliis oſtendi aut legi tolerent. Eorum opinioni adhærens Iuſtus Lipſius *Centur.* 1 1. *in Proœm. ad Lectorem* ſic exclamat, [Mali exempli arbitrium hoc ſibi ſumere inſcripta aliena. Mihi fieri nolim; & tamen faciunt, atque ecce edunt alibi hanc aut illam epiſtolam, me non ignaro ſolum, ſed inviro. Quæ hæc temeritas, ſive improbitas, eſt? Clamo & teſtor apud homines, qui ſunt, qui erunt, inimicus mihi quiſquis hoc facit. *Quicumque quodcumque meum, præter me, divulgat aut divulgabit, præſes Literarum & Famæ Deus vindicato.* Homo imperite & φρένας ἠχλεέ, verba aliquod apud te familiaria aut libera aut blandè effudi: ſed apud te: & in lucem tu hæc calidè efferes? *Quid hoc eſt aliud* (utar diſſertiſſimi Viri verbis) *quam tollere è viſa vitæ ſocietatem? tollere amicorū colloquia abſentium? Quàm multa joca ſolent eſſe in Epiſtolis, quæ prolata ſi ſint, inepta eſſe videantur! quàm multa ſeria, neque tamen ullo modo divulganda!* Abi igitur inhumane inepte; (*) nec ſic me produce imò traduce. En, cum cautè omnia & circumſpectè ſcripſimus (ut hoc ævum eſt), non effugimus morſum: tu ſubitaria mea prodis, id eſt, latus pectuſque meum nudum objicis ad omnem ictum? Abſtine, & tu Lector; mea ſunt, ſed mea.] Interim, ut ut aſſentiar Lipſio, nec nænias, quæ amicis ſcribuntur interdum, mitti in publicum patiar; ea, quæ cum gloria Scriptoris, & Auditorum utilitate poſſunt legi, non eſt, cur ſupprimamus. Sed & in his ipſis ſumma eſt opus prudentia: nam forte Operi Author ultimam manum non impoſuit: aut fortè habet rationes, ob quas aut editionem Libri differat, aut totum ſupprimat. Et earumdem rationum non tenetur nobis rationem reddere; ſuæ enim ſpeculationes ſuæ ſunt, & à noſtro non dependent arbitrio. Si tamen Virgilius aliquis in ſuum ingenium ſæviat, & ſuis laboribus fraudare Orbem Literarium voluerit, ſit tibi exemplo Auguſtus, qui tam dirum facinus, prætextu ultimæ voluntatis, locum habere non permiſit. Ejus verba conſidera.

Negat Iuſtus Lipſius.

φρένας ἠχλεές, mente vacuus.

An Societati humanæ præjudicet Epiſtolas edendi libertas?

*) Produce & traduce *dicebant veteres, hodie dicimus* produc & traduc.

An, & quando aliorum ſcripta oſtendere, aut etiam publicare valeamus, aut debeamus?

Virgilius ſuam Æneidem flammis mandari jubet: ſed eam Auguſtus Cæſareo decreto conſervat.

a) Æneidem ſuam Virgilius flammis in ſuo teſtamento legavit, vel ut loquar cum Auguſto mandavit: unde Hiſpani legare in teſtamento, *mandar* dicimus: & *mandas* legata vocamus.

Ergo-ne ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare (a) nefas? Ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus indignum! ſolvetur littera dives?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo, dignumque operis ſervare decorem?
Noſter Apollo vetat, Muſa prohibete Latina, &c.

Ergo contra bonum publicum nunquā eſt deferendum privatæ voluntati. Et ultima, tametſi multis ſit condecorata privilegiis, nunquam hoc obtinebit, ut ſit valida & nociva Reipublicæ.

De Accuſatione, & Correctione fraterna.

SECVNDA. *Qui crimen verum, occultum tamen, perpetrari vidit; non tenetur reum accuſare; at poteſt fraternè corripere; & ſi non proſit, aut non ſit neceſſaria hæc fraterna correptio (non enim ubique locum habet) poteſt criminis commiſſi notitiam ad Superiorem, ut ad Patrem, deferre.*

An mentiatur, qui accuſat reū de crimine ſecretò commiſſo?

Prima Pars Aſſertionis, ſtat nemo enim tenetur media ponere, quæ finem non poſſint ſortiri. At accuſationis finis eſt, ut crimen expietur, & reus puniatur. Vbi autem deſunt teſtes, neutrum poterit obtinere accuſator. Nemo ergo alium criminis veri occulti accuſare tenetur. Et communis. Præterea ad S. *Qui interrogas* & illud Protheorema, *Quod probari non poteſt, mihi infectum eſt*, à Melleo Doctore adſumptum & à nobis dilucidatum oculos convertamus, & videbimus, Accuſatorem in hoc caſu mentiri, nam dici Politicè factum, quod eſt infectum (ſeu non factum) Politicè; quoniam Accuſatoris verba per conſignificantes tribunalis & muneris circumſtantias reſtricta, includunt tranſcendentalem limitationem, *ita, ut probari poſſit*. Ergo qui vidit homicidium à Franciſco committi, & accuſationem concipit his verbis, *Franciſcus homicidium commiſit*, cenſetur dicere, *Franciſcus homicidium commiſit, ita ut probari poſſit*. Hoc enim importat ipſummet Accuſationis nomen, & ſuſceptum Accuſatoris officium: nam, ut *libr. 9. in Decalog. cap. 2. § 4. num. 1. pag. 418.* ait Tamburinus, *Qui accuſat, ſuſcipit in ſe onus probandi, debet ſe ſubſcribere Accuſationi; & ſi non probat, patitur ex Iure pœnam Talionis, quam non ſubit Denunciator.* At occultè commiſſum crimen probari non poteſt. Mentitur igitur Accuſator, cùm reum de occulto crimine accuſare præſumit.

Secunda etiam eſt certa; eamque firmant omnia, quæ de Fraterna Correctione à Theologis eruditè dicuntur.

TERTIA. *Ergo, qui crimen verum, occul-*

An ſine mendacio privatim poſſint crimina occulta revelari?

cultum tamen, extra tribunal narrat, etſi plurimis dicat privatim, & reo damnum maximum inferat, non mentitur. Conſultò illud *privatim* poſui, nam verba extra tribunal dicta non poſſunt à tribunalis circumſtantia reſtringi. Præterea neminem quis poteſt de crimine falſo corripere, nec ullus poteſt crimen falſum ad Superiorem deferre. Ergo in caſu, quãdo quis ſuo Superiori poteſt, aut debet dicere, *Titius ſecretè tale crimen commiſit*, non mentitur. Et retine in memoria hoc Corollarium, nam plurimum ſervire poterit.

An fieri ex malo animo ut ſit mendax revelatio, ſufficiat?

QVARTA. *Qui crimen verum, occultum tamen ſine bono animo, aut etiam ex malo animo detegit, non peccat contra Veracitatẽ.* Patet, quia non mentitur. Et hoc ſic demonſtrabo. Quando revelat bono animo non mentitur: Ergo nec quando revelat malo animo; non enim ex eo, quod bono animo, vel malo dicatur, ſed ex eo, quod res ſit, vel non ſit, propoſitio redditur vera, vel falſa.

An contra Charitatem ſit revelare ſecreta?

QVINTA. *Qui crimen verum, occultum tamen, ſine aliqua ex illis cauſis, quæ in prima Aſſertione ponuntur, ex malo animo detegit, peccat contra Charitatem. Et ſi contra hanc veritatem tantùm, ad nullam reſtitutionem tenetur.* Scitè, ut ſolet, *libr. 9. in Decal. cap. 3. §. 3. num. 4. pag.* 428. Tamburinus. [Excuſatur, ait, à reſtituenda fama is, qui non peccavit contra Iuſtitiam. Quare quoties in ſuperioribus & conſequentibus invenies infamantem per ſuam actionem externam ſolum peccaſſe contra Charitatem, vel aliam Virtutem & non contra Iuſtitiam, toties eum non obligari ad reſtitutionem pronunciato, &c.] Iſte autem contra quem peccat, An-ne contra illum ſolũ quem infamat? ſic putabam, donec legi Maximum qui rem accuratius diſcuſſit & *ſerm.* 20. ſic inquit. *Hieron. arcana enunciantes, injuriam facere dicebat etiam eis, quibus enunciarent. Odimus enim, non ſolum eos, qui effutierint, ſed eos etiam, qui quæ nolumus, audierint.*

An tenentur reſtituere, qui nullam injuſtitiam commiſit?

An contra Iuſtitiam ſit revelare ſecreta?

SEXTA. *Qui crimen verum, occultum tamen, ſine aliqua ex illis cauſis, quæ in prima Aſſertione ponuntur, ex malo animo detegit, non peccat contra Iuſtitiam.* Corollarium I. *Ergo ad nullam reſtitutionem tenetur.* Corollarium II. *Ergo, nec tenetur, nec poteſt ſe retractare, aut dicere ſe fuiſſe mentitum.* Ita Cajetanus *in* 2.2. *qu.* 72. *art.* 2. & alii: Eſt contra doctrinam, quæ olim erat communis quam Cotonius *in ſumm. ver. Detractio num.* 10. proponit & exponit; quam Villalobos *tom.* 2. *tr.* 11. *diff.* 37. *num.* 11. Tannerus *in* 2.2. *diſput.* 4. *quæſtion.* 6. *dub.* 6. *num.* 146. Diana *part.* 3. *tractat.* 5. *reſol.* 34. Tamburinus & alii propugnant.

Quo debeat modo, qui illa revelavit, reſtituere?

Doctrina profectò, quæ, ut dicebam, olim erat communis, mihi nunquam placere potuit: & contra illam duo argumenta fortiſſima, alterum à priori, & alterum à poſteriori, conformabo.

Cur communis hæc doctrina nõ placeat?

INCIPIAM ab hoc ultimo, ut notiora præmittam, nam effectus clariùs cognoſcuntur, quàm cauſæ, & ſic inquam. [Non eſt credibile aut poſſibile ſub infinitè bono & juſto Deo innocentem per calumniam traductum carere opportuno remedio, ut honorem injuſtè detractum recuperet. Non eſt, inquam, poſſibile eſſe à Deo, eſſe à Chriſto inſtitutam Rempublicam, in qua calumniator debeat neceſſariò triumphare, & innocens nulla habeat media, ut famam per injuriam perditam poſſit recuperare. In qua à Publica derelictus Iuſtitia, omne cogatur deſperare remedium, & interminabilem infamiam injuſtè ſubire, & clamare, Ἀλλ' ὐκ ἔνιςι συκοφάντυ δήγματος! *Non eſt remediũ adverſus ſycophantæ* (calumniatoris) *morſum!* Sed ſi ſtaret doctrina olim communis, innocens non haberet unde honorem poſſet recuperare. Ergo illa doctrina non ſtat. Probatur minor. Qui crimen falſum impoſuit innocenti, debet ſe retractare, debet ſe fuiſſe mentitum dicere: &, ſi fuerit neceſſarium, tenetur retractationem ſuam juramento firmare. Ita S. Th. 2. 2. *qu.* 82. *art.* 2. *ad* 2. Scotus *in* 4. *diſt.* 15. Sylvius *in* 2.2. *qu.* 62. *art.* 2. *qu.* 22. *tr.* 32. *cap.* 10 *nu.* 245. & 10. Villalobos *tom.* 2. *tr.* 11. *diff.* 37. *num.* 3. Diana *p.* 3. *tr.* 5. *reſol.* 39. [Conſentit in cæteris Faber *in diſt.* 15. *qu.* 3. *diſ.* 53. *cap.* 1. *num.* 32. nec differt in juramenti circumſtantia; non enim dicit, detractorem non habere obligationem jurandi ſe falsũ dixiſſe, ſi hoc ſit neceſſarium juramentum; ſed ait, hoc juramentum neceſſarium non eſſe. Et ut exiſtimo, Faber benè diſcurrit: nam ſi detractor ſit ita lapſæ fidei, ut ejus retractationi nemo debeat credere, niſi illam juramento confirmet, etiam cenſendus erat talis, cujus detractationi nemo debuerit credere, niſi illam juramento firmaſſet.] Ergo, ſi eodem modo, qui crimen verum, occultum tamen, detexit, ſe retractare, & ſe mentitum fuiſſe dicere teneretur, nunquam poſſet innocens recuperare honorem per mendacem detractionem amiſſum. Probo conſequentiam clariſſimè: & caſum ſequentem propono. Aurelium virum ſanctum & probum commiſiſſe adulterium heri narravit nobis Ioannes in noſtra æſtimatione homo verax. Credidimus: Nam (1) præmittebat rationes veriſimiles, ut oſtenderet, nos indigere illa notitia, quam non ut noceret Aurelio, ſed ut nobis prodeſſet, ſuggere-

Effectus ſunt notiores cauſis.

An eſſe modus debeant, detractum injuſtè honorem recuperandi?

An detractor debeat retractationem ſuam juramento firmare?

An eodem debeat modo reſtituere, qui falſum teſtimoniũ impoſuit, ac qui crimen occultum revelavit?

An cauſæ interdum dentur ob quas detractori credamus?

gerebat: Nam (2) Aurelium eſſe adulterum vir bonus (ſic putabamus) aſſerebat; & Ioannem mentiri coram nobis nullus vir fide dignus aſſeruit. Nam (3) conſiderata hominum fragilitate, minùs incredibile erat, virum bonum in tentatione & occaſione lapſum fuiſſe apud pulchrã viraginem, quàm virum bonum eo temeritatis deveniſſe, ut innocenti falſum teſtimonium imponeret; &c. At hodie Ioannes pœnitentia ductus, quæ dixerat heri, retractat, ſe fuiſſe mentitum affirmat, & Aurelium innocentem eſſe aſſeverat. &c. Et quid hic nos ſi ſimus prudentes & doctrina, quam impugno, retineatur, dicemus? Hanc retractationem poſſe provenire à duabus cauſis: ſive enim Aurelius nunquam adulterium commiſerit, ſive revera illud, ſed ſecretò commiſerit, ſua Ioannes verba retractare deberet. Non eſſe, cur ab una potiùs, quàm ab alia retractationẽ cauſa provenire dicamus. Immò quis faciliùs crimina vera, quæ occulta, narrantur quàm non vera imponuntur, cenſebimus Aurelium revera fuiſſe adulterum, ſed in ſecreto crimen id commiſiſſe. Ergo Aurelius eſt miſer: & non habet unde famam injuſtè detractam poſſit recuperare; & hoc quia in Scholis hæc ſententia defenditur. [Et hic obiter nota id, quod alibi uberiùs ediſſerui; videlicet, omnem opinionem ſtrictam eſſe laxam: nam Circulus, ſi ex uno latere ſtringitur, relaxatur ex alio: & Theologi dum ex una parte contra eos, qui crimina vera, ſed occulta, revelant, volunt eſſe ſeveri, in innocentes, quibus falſa teſtimonia imponuntur, ſunt crudeles, & privant omni Iuris ſubſidio, coguntque ut maculati injuſta infamia, recuperandi honorem omni deſtituatur remedio.] Vide Theologiæ Regularis Procemium; quod ut ex ipſomet titulo conſtat, *Geometricis Fundamentis inſiſtit, agitque & Moralium Opinionum delectu; & demonſtrat obiter, ſententias, quò magis ſtricta ſint, laxiores eſſe.* Et habetur in Editione Lugdunenſi anni 1665. pag. 35.

An ad reſtituẽdum detractum honorem retractatio ſufficiat?

An, & cur innocens non poſſit honorem perditum recuperare?

An omnes opiniones, quæ ſtrictiores, ſint laxæ?

Confirmatur primò. Puella habet jus ad tuendam vitam: ergo, ſi poſt ſcelus cõmiſſum habet jus ad ſecretum, & conſervationem honoris, omnia quæ gravida poteſt facere ad conſervationem vitæ, poterit ad conſervationem ſecreti & honoris. Quid dicis? An-ne eodem modo de vita, & ſecreto philoſophandum eſt: an diverſo? ſi diverſo; habebit ad vitam ex Iuſtitia, & ad ſecretum poſt peccatum commiſſum ex ſola Charitate ſpem. Si eodem modo philoſophandum ſit in utroque caſu, ſequentur abſurda quibus aſſentiri non audeas. Attende. Si fœtus inanimatus ſit,

De jure ad vitam conſervandam.

An liceat procurare abortũ?

& niſi emittatur, mater ſit moritura, poſſe abortum procurari directè, nempè, ut medium conducens ad ſalutem matris, aſſerunt Sanchez *de matr. lib 9. diſp.* 20. Graffius *par. 1. lib. 2. cap. 8. num. 5.* Sà *verb. homicidium*, Layman *lib. 3. ſect. 5. tr. 5. par. 3. cap. 4. num. 4.* Et alii apud Dianam *part. 3. tr. 3. reſol. 11.* contra Filliucium *tr. 29. cap. 6.* Leſſium *lib. 2. cap. 9. num. 61. & 62.* Utramque ſententiam probabilem judicat Tamburinus *in Decalog. lib 6. cap. 2. §. 4. num. 4. pag. 97.* qui probat aſſerentem opinionem his verbis. [Ratio eſt: quia tunc fœtus eſt aggreſſor contra matris vitam: & ſicuti pravi humores poſſunt depelli, quia invadunt vitam; ita & ille fœtus, qui nunc inſtar humoris pravi eſt.] Et hic obiter nota, Concluſionem eſſe de fœtu inanimato, & Rationem æquè adverſus animatum procedere. Sed quia nobis Concluſio ſufficit, quæ de inanimato reſolvuntur, ſumamus. Progredior. Per te eodem jure poteſt gravida vitam & honorem defendere. At, quando conjugata ex adulterio abſente marito concepit, fœtus honorem ſuæ parentis aggreditur. Ergo poteſt ut contra aggreſſorem procedere. At vitæ aggreſſor poteſt occidi: ergo aggreſſor honoris. Poſſe in caſu fœtum ab adultera expelli Sanchez, Graffius, Sà, Layman, & alii negant: immo audio, inquit Diana *par. 6. tr. 8. reſol.* 17. affirmativam ſententiam fuiſſe damnatam in Congregatione Sancti Officii. Et negantem contra Torreblancã, Bordonum, Leſſanam, Trullenc. & aliquos ex Societate Ieſu, monet Diana *par. 3. tr. 5. reſol. 12.* & *p. 6. tr. 8. reſol. 37.* & Tamburinus *loc. cit. nu. 6.* eſſe hodie in Schola communem: & debet ab omni viro pio & prudenti defendi, quoniam affirmativa ſummè eſt periculoſa; aperit enim viam ad propudioſa ſcelera, quæ perpetrarentur cum pernicie Reipublicæ. Stat ergo Ius naturale non concedere adulteræ, ut defendat honorem, ſicut gravidæ innocenti concedit, ut defendat vitam.

An poſſit contra fœtum mater, ſi ab illo invadatur procedere?

An ad tuendũ honorem poſſit abortum procurare gravida?

Eſt falſa & pernicioſa ſententia aſſerens.

Confirmatur ſecundò. Damnum grave eſt amiſſio honoris, pro quo tuendo licitũ eſt hominem cum moderamine interimere, ſi aliter ſalvari non poteſt: *in ſumm. verb. Occidere invaſorem, num.* 23. ait Coronius. Ergo (1) vir nobilis, ſi invadatur, non tenetur fugere. Ita Sotus *De Iuſt. qu. 1. art.* 8. Diana *p. 5. tr. 4. reſol. 9.* & *par. 11. tract. 2. reſol. 20. §. Præterea*, Coronius *loc. cit. nu.* 10. & 23. contra Sylvium *in 2. 2. qu. 64. art. 7. qu. 9.* Ergo (2) vir nobilis poterit occidere volentem ſe baculo vel alapa percutere. Ita multi Doctores quos citat & ſequitur Leſſius *lib. 2. cap. 9. dub. 12. nu.* 77. Ergo (3) quia hæc verba *honor pretioſior bonis for-*

Honos defendi poteſt.

Nobilis, ſi invadatur, non tenetur fugere.

An prævenire poſſit?

tuna

tana eſt, vera ſunt,& in Cotonio *loc.cit.*expreſsè poſita,in omni caſu liceat bonorum invaſorem occidere, licebit etiam invaſorem honoris. Ergo (4) quia perindè eſt auferri honorem lingua aut baculo, poterit vir nobilis,ſi verbis ſe non poſſit tueri, hominem contumelioſum occidere, qui ſe

An honos ſit fortunis pretioſior?

imponendo falſa crimina invadit. Ita Baldellus *lib.2.diſp.*24.Stroverſdorfius *in* 2.2. *qu.*64.*art.*7.*concl.*5. Tuetur hanc ſententiã Bañez,quia *in* 2.2.*qu.*64.*art.*7.*concl.*2.aſſerit falſum teſtem & iniquum accuſatorem

An, qui injurias & contumelias evomit, occidi poſſit?

poſſe occidi. At hoc tametſi ſpectato ſolo Iure naturæ admitti debeat, hoc Iure ceſſimus, qui leges Civiles admiſimus Ita Coninchius *de actibus ſupernaturalibus diſp.*32.*dub.*2.*num.*12.Diana *p.*3.*tr.*5.*reſol.* 97.*& par.*5.*tr.*3.*reſol* 7. & *p.*11.*tr.*1.*reſol.* 20.§.*Primò*. Cotonius *in ſumm.verb.occidere invaſorem, num.*13.Ita etiam Malde-

An, & accuſator iniquus, & falſi teſtes?

rus, *in* 2.2.*tr.*3.*cap.*1.*dub.*12. negat enim falſum teſtem & iniquum accuſatorem poſſe occidi, quia non invadunt authoritate privata, ſed publica: At, qui calumnias ſpargit, aut dicit, invadit authoritate privata. Ergo,ſi aliud non ſuccurrat remedium, teſte Maldero,occidi poterit.Sed quo tendunt hæc omnia? ut Caſum ſequentem proponam. [Anſelmus, vir Eccleſiaſticus & in dignitate conſtitutus (ſit v.gr. Epiſcopus) unam fœminam vilem

An mulercula poſſit poſt fornicationem occidi?

cognovit. Hæc vanæ gloriæ ducit proſtituiſſe ſe Epiſcopo. Narrare incipit: & , ſi ſupervivat, narrabit omnibus: ſibi,ut exiſtimat,honorem indipiſcens ex alterius infamia.[Et ut aliquid dicam in particulari: ſcio Dominum N. ad ſummas dignitates evectum & tamen etiam audivi à fide-dignis Bertham, inveteratam meretricem, narrare paſſim,ſe illi frequenter proſtituiſſe &c.] An-ne illam occidere poteſt Epiſcopus? audivi Virum valde doctum dicentem, [Potuiſſet P.Amicus ab illa ſententia abſtinere: nam ex illa ſequitur Religioſũ, qui ſe immiſcuit ſcorto, poſſe illud occidere. At jam,ut illum defendamus, debebimus illam defendere.] Sed ex doctrina Amici, ſi bene intelligatur & exponatur, non ſequitur eſſe licitam ſcorti cædem. Nec Epiſcopus in caſu propoſito

An ille, qui peccavit ſecretò, honorem habeat?

poteſt mulierculam illam occidere. Et hoc omnes Viri cordati mecum dicent. Sed cur non poterit? Aliam rationem non reperio, quàm hanc. Nam peccator nullum jus habet, ut ſervetur ſecretum. Nam peccator occultus, qui admiſit crimen, cui infamia adhæret, revera non habet honorem,ſed habere creditur. Vnde, qui ſine legitima cauſa illud crimen revelet,non contra Iuſtitiam, ſed contra Charitatem peccabit.

Crites.

PONAMUS ſecundum argumentum,procedendo à priori & inquirendo cauſam,ſi qua eſt, ob quam ſe retractare debeat, qui crimen verum ſed occultum detexit. Attende. Nullum privilegium aut jus peccatorum commiſſioni à Deo, nullum ab

An jura & privilegia conceſſa ſint, aut poſſint concedi peccatis?

homine, conceditur, aut poteſt concedi. Ergo, qui peccavit in occulto ſi fortè ejus crimen venit in alterius notitiam, non habet jus, ut alter teneatur tacere, nec poſſit in foro narrare, quæ vidit: nam impotentia, quæ à præcepto Charitatis oritur, non eſt privilegium conceſsũ peccato, ſed denominatio extrinſeca, nata à lege, *Ama proximum ſicut te ipſum*. Suadetur Antecedens. Quia pœnam merentur omnia crimina, etſi minùs gravia,vel levia;& privilegia ſeu gratias non merentur. Quam ob rem illa venialis peccati definitio, *Peccatum veniale eſt,quod facile veniam mere-*

Quid Veniale Peccatum ſit?
An aliquam gratiam, aut favorem mereatur?

tur, etſi paſſim recepta, à bonis Theologis communiter reprobatur: illud enim *meretur*,in *conſequitur* mutari debet; quoniam nullum peccato Veniali ad gratiam jus;nam facilitas, quæ in ipſo reperitur,nõ eſt privilegium *ipſi* intrinſecum, ſed quædam denominatio extrinſeca deſumpta ab infinita Numinis miſericordia: unde Hermannus Buſembaum *in Theologia Moralis medulla,lib.*5.*cap.*2.ſic id definit. *Ve-*

Cur facilè conſequatur veniam?

niale eſt, quod ob ſuam levitatem gratiam & amicitiam non tollit, etſi fervorem Charitatis imminuat, & temporalem pœnam mereatur. Dicitur Veniale; *quia ſolo vitæ ſpiritualis principio, ſcilicet gratia, languorẽ animæ curabilem infert, veniamque facile conſequitur*. Nota quanta circumſpectione Vir Eximius loquatur. Vtitur verbis *meretur* & *conſequitur*: ſed illo, cum agit de pœna, hoc autem, cum de venia ſeu gratia. [Nec eſt, cur nimium cauſeris, ſi ſimiles definitiones aut aſſertiones apud

An ſingula Ætates proprias dialectos habeant?

Veteres legas: nam ſingula ſæcula propriã habent dialectum: unde Theologus, qui ſcripſit eruditas in Chryſoſtomum notas, verba illa, *Nam licèt ſimilem etiam illi conſecrationem mereantur, ſed non illis ſimilis voluntas, nec rerum ſimilis præparatio*,quæ *tom.*5.*homil.ad baptizandos*,leguntur,accu-

An mereri pro obtinere aliquando ponatur?

ratè perpendens, negat illam eſſe Chryſoſtomi & ut oſtendat, cur hanc ſententiam teneat,ait.*Homilia eſt latini hominis, qui ut ætas ſua ferebat*, mereantur *dixit, pro* obtineant &c.]Ergo ſi peccatũ veniale nullum privilegiũ ſortitur, amens ſim, ſi præſumã occultæ mortalium commiſſioni ex Iuſtitia exemptiones & immunitates deberi.

Dices, nihil me probaviſſe, nam illud ipſum Ius, quod Lex Naturalis non con-

Iuſtitia in Naturalem & Civilem diviſa.

cedit, impertiuntur Civiles. Et probas, producendo Cotonium,qui *in ſumm.verb.*

Occidere invaſorem, num. 13. ſic inſit.] Bañes *in* 2.2.*qu.*64.*ar.*7.*concl.*2. licere inquit prævenire falſum teſtem & iniquum accuſatorem, qui contra Iuſtitiam Legalem pandit crimen alioqui verum ſed occultũ; non ſolùm, ſi ex hoc timeatur ſententia mortis, ſed etiam notabilis amiſſionis rerum temporalium: dummodò priùs admonitus nolit deſiſtere & non ſit alia ſpes evadendi. Quia etiam in crimine vero, quando eſt occultum, deeſt jus accuſandi.] *Attende*: nam repugnantia interſpicio. Agit de accuſatione, quam ſequi poſſit mortis, aut bonorum amiſſionis ſententia. Ergo de accuſatione, quæ cauſam poſſit ad plenam informationem perducere. Ergo de crimine coram duobus vel pluribus teſtibus perpetrato. *Ergo* de crimine, ob quod reum accuſandi habet jus unuſquiſque. Non ergo bene Bañ. z de jure accuſandi diſcurrit. *Præterea* ſcire vellem, quæ ſit iſta Iuſtitia, quam *Legalem* appellat? Et ideò *Dico primo*. Qui peccatum occultè (coram uno teſte) commiſit, non habet jus naturale ad ſecretum. Patet, quia ſi hoc haberet, non eſſet cur Bañez ad Iuſtitiam Legalem recurreret. *Dico ſecundò*. Qui crimen verum ſed occultum detegit contra Iuſtitiam Legalem non delinquit. Patet quia nullus in Iure Pontificio canon & nulla legitur in Regio vel Cæſareo lex, quæ prohibeat ut crimen coram uno commiſſum detegatur. Vel qui oppoſitum pertinaciter aſſerat, illum, illam-ve oſtendat. *Dico tertiò*. Etſi lex humana præciperet, ne criminis coram uno teſte perpetrati reus accuſaretur, qui illud crimen narraret, non mentiretur. Nã ex lege illa reus adquirit jus, ne accuſetur; non autem, ne privatim inter amicos aut quoſcumque alios de illo crimine agatur. Et ſuadetur. Nam latrones viarumque excurſores iniqui, interdum indultum adquirunt. Et indultum eſt lex, quæ concedit, ut in nullo tribunali de criminibus illis accuſentur. Et tamen indulti lege non obſtante verum eſt ipſos fuiſſe graſſatores viarum; & qui hoc neſcientibus, ſine cauſa legitima dixerit, peccabit contra Charitatem, non autem contra Veracitatẽ aut Iuſtitiam: & ideò retractare, quæ dixit, non tenebitur.

An liceat teſtes & accuſatorem occidere?

An Bañez bene intelligat Iura?

De jure ad ſecretum. Illud, nec jus Naturale,

Nec Humanum concedunt.

An lex humana poſſit concedere jus ad ſecretum?

SEPTIMA. *Si ille, qui peccatum verum, ſed ſecretum detexit, teneretur ad reſtitutionem, nemo ſciret eum dirigere, ut debitam reſtitutionem faceret.* Vel attende. Scis Presbyterum N. evomuiſſe blaſphemiam; crimen indignum ſacerdotio, ob quod debeat ab omnibus haberi nihili. Hoc ſcelus tu, & ſine ulla utilitate, ut ſolùm illi noceas, Amicis narras. Te moraliter contra Charitatem peccaviſſe, cum communi omnium Theologorum opinione concedo. Sed quia, te contra Iuſtitiam deliquiſſe aſſeverant non pauci, adeſſe volo, & videre, quomodo honorem injuſtè detractum reſtituas. Laudas illum à præclaris virtutibus: & magnas illum eleemoſynas erogare aſſeris, ſervire ægrotis inculcas, & ſimilia. Sed reponunt Amici. Hæc, vel ſunt vera, vel falſa. Si falſa, non potuerunt dici, nemo enim debet honorari mẽdaciis. Si vera, ad rem non ſunt, nam per eleemoſynas & præſtita ægrotis ſervitia, ignominiam blaſphemiæ commiſſæ non evadet. Addentque, Περὶ καλȣ̃ ἔργȣ ȣ̕ λιθάζομεν αὐτὸν ἀλλὰ περὶ βλασφημίας *De pulchro (bono) opere non eum lapidamus, ſed de blaſphemia*. Ioann. 10. 33. Sed perges, dicesque, vel ut Hiſpanus loquitur, *te deſdizes*. Retractas, quæ dixeras, & ais: *Nullam ipſe unquam blaſphemiam protulit. Ego, cùm eum evomuiſſe blaſphemiam recenſui, fui mentitus*. Et duo tu mendacia dicis, ut tuæ conſcientiæ ſatisfacias. An-ne putas talem Dei legem eſſe, ut te obliget ad mendacia & perjuria? Deus fidelis eſt, & fidelis non eſſet, ſi mentiri præciperet.

Qualem reſtitutionem debeat facere, qui crimen verum, ſed occultum detexit?

Laus in uno genere non tollit infamiam in altero.

An poſſit, aut teneatur dicere ſe fuiſſe mentitum?

Sanè omnia hæc, quæ diximus, magna authoritate confirmat S. Thomas, quoniã *in* 2.2.*quæſt.*62. *art.* 1. *ad* 2. interroganti, *An, qui abſtulit famam alicui, teneatur ad reſtitutionem? & ad qualem, ſi tenetur, teneatur?* reſpondet dicens [quod aliquis poteſt alicui famam tripliciter auferre; uno modo verum dicendo & juſtè, puta cùm aliquis crimen alicujus prodit ordine debito ſervato, & tunc non tenetur ad reſtitutionem famæ: alio modo falſum dicendo & injuſtè, & tunc tenetur reſtituere famam confitendo ſe falſum dixiſſe; tertio autem modo verum dicendo ſed injuſtè, puta cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum, & tunc tenetur ad reſtitutionem famæ quantum poteſt, ſine mendacio (*) tamen, ut potè quòd ſe malum dixiſſe dicat, vel quòd injuſtè eum diffamaverit; vel ſi non poſſit famam reſtituere, debet ei aliter recompenſare, puta vel in pecunia, vel in aliquo honore conſiderata conditione perſonæ.] Similia ſcripſerat *in* 4. *ſentent. diſt.* 15. *quæſt.* 1. *art.* 5. *quæſtiunc.* 2. *ad* 1. Et hanc eſſe veram Sancti Doctoris mentem cenſuere P. M. Franciſcus Getius Ord. Prædic. & Sacræ Theologiæ in Conventu Taraſconenſis Ordinis ejuſdem Profeſſores, qui ex S. Thomæ verbis Summam Moralem concinnarunt: quoniam *verb. Reſtitutio. quæſt.* 22. verba citata produxerunt, Angelicum Doctorem ſequitur Cajetanus, & Thomiſtæ

Quæ ſit germana D. Thomæ Sententia?

(*) Ergo non tenetur dicere ſe falſum dixiſſe: &, ſi ſic loqueretur mentiretur. Dicere autem ſe injuſtè loquutũ eſſe, eſt dicere, *Verè Titius illud crimen commiſit, ſed ſecreto*. Et quia hæc reſtitutio Titio non videtur prodeſſe tacere præſtat, & compenſare Titio in alio genere.

Authores, qui tuentur Concluſiones, quas in priori hujus libri editione, vocabam Palimpſeſtos.

ſtæ communiter. Adhærent alii, qui extra Scholam D. Thomæ ſcripſerunt. Tamburinus *in Decalogum libr. 9. cap. 3. §. 4. nu. 2. pag. 432.* præter Cajetanum, etiam Sotum, & Villalobos citat: doctrinamque, etſi non generaliter, in aliquibus caſibus poſſe admitti decidit. Reverendiſſ. Abbas D. Ioannes Baptiſta Sacchi Romanus, Ordinis Cœleſtini decus, eſt vir doctus & eloquens, & Romæ hoc anno MDCLXXI. apud S. Iacobum Conciones Quadrageſimales babuit, quas honoravit Eximius illuſtrium Virorum accurſus; & in Paſſionis hebdomade nos docuit Cajetani doctrinam & monuit eſſe in praxi ſecuram, & debere obſervari. Interim, quia nonnulli Iuniores malunt à Cajetano, aut etiam à D. Thoma abeſſe, has lineas addo.

Authores, qui contrariam propugnant.

N. B. Tamburinus *loc. cit. pag. 431.* ut te retractes præcipit, & ne mentiaris jubet, ut ad Mentalem Reſtrictionem recurras.

Coronius *in ſumm. verb. Detractio, num. 10.* hæc habet. [Qui verum crimen, ſed occultum alterius propalavit (1) ſufficit, quod ſe retractet apud illos, quibus crimen manifeſtavit, (2) etiam ſi hi aliis notum fecerint, quia poſterior hæc infamia per accidens ſequitur ex priori, & ex malitia audientium, (3) qui etiam ipſi tenentur apud ſuos Auditores reſtituere. Ita Villalobos *tom. 2. tract. 11. diff. 37. num. 11.* Tannerus *in 2. 2. diſp. 4. quæſt. 6. dub 6. num. 146.* & Diana *part. 3. tract. 5. reſol. 34.* Immò in hoc caſu reſtituendi (4) ſufficit, quod de tali delicto non ampliùs loquatur apud eoſdem, & illum laudet, honorificè de eo & cum eo loquendo. Ita Cajetanus *in 2. 2. quæſt. 72. art. 2.* Diana *part. 3. tract. 5. reſol. 30.* & alii.] Id quod *num. 1.* reſolvebat Coronius hodie paſſim admittitur. Et de hac materia ſatis ſtrictè loquitur Tamburinus *lib. 9. cap. 3. per tot.* ubi multos Authores Recentiores pro ſua doctrina producit. Quod *num. 2.* ponitur, ſi priora ſtant, non eſt omninò verum: ait enim Tamburinus *loc. cit. §. 5. num. 3.* [Certum mihi videtur, ſi advertis Auditores tuos eſſe malos, & prævides facilè coram aliis obloquuturos ea, quæ illis manifeſtas te obligari etiam corā illis aliis famam reſtituere.] Numerus tertius ex primo oritur: & de Cajetani ſententia, quæ ſuperiùs ſunt, ut puto, veriſſima: Et, ſi ſemel dicatur non peccaſſe contra Iuſtitiam, ſed contra Charitatem Titius, qui crimen verum detexit; etiam erit verum, non loqui ampliùs de illo crimine, & reum laudare, &c. Titium non ex Iuſtitia, ſed ex Charitate debere. At, quia Charitas incipit à ſe ipſa, cum proprio damno, & præcipuè gravi, proximo favere non præcipit.

Sed hæc Mentalis Reſtrictio nec tollit, nec excuſat; & nemo tenetur mentiri: Ergo aliam viam inire debebit Tamburinus.

De hoc argumento uberiori calamo ſcripſimus ſpeciale Syntagma, & ideò non eſt cur uberius impræſentiarum diffundamur.

ARTICVLVS XIII.

De Infidelium linguis. *An Orthodoxus Turcica, Perſica, Hebraica, Indica, Saxonica, &c. qua utuntur Mahometani; Iudæi, Gentiles, Lutherani &c. ſine peccato contra Fidem & Religionem, uti queant?*

Alcoranum liber eſt, in quo Mahometus ſuæ Religionis cæremonias & præcepta deſcribit.

TVRCAS & Perſas profiteri Alcorani deliria, & linguas ſpeciales habere, certum eſt. Indi ſūt hodie Idololatræ, & habent ſuum idioma à Turcico & Hebraico diverſum. Lutherani ſunt intra Germaniam Brandenburgici & Saxones, & extra illam Dani, Sueci, & populi Septentrionales, qui ſuas dialectos habent, & ſicut Fide, ſic etiam verbis à cæteris Germanis differunt. Iudæi, per orbem terrarum ſparſi, linguam regioni, in qua peregrinantur, attemperant: & Hebraica, non in communi colloquio, ſed in ſynagogis tantummodò, utuntur. Etiam utriuſque Solis (Orientis & Occidentis) Indi (*) proprio utuntur idiomate, & Idolorum ſuperſtitione maculantur. *Ergo-ne Fidelis & Orthodoxus poterit lingua infidelium utens, ut cenſeatur infidelis ſimiliter, occaſionem prebere?* Reſpondebunt Concluſiones ſequentes.

(*) *India* olim ea Mundi Orientalis pars nuncupabatur, quam abluit fluvius Indus. Quia ſicut ab India Luſitani, ſic ab America Caſtellani & Iberi inceperunt magnas in patriam adportare divitias, illam *Occidentalem Indiam* appellarunt.

PRIMA. *Dantur linguæ, quæ ſunt ſolius nationis. Fortè dantur, quæ ſunt ſolius Religionis. Fortè etiam mixtæ.* Tres partes habet hæc Concluſio. Prima eſt indubitata. Secunda poſſibilis. Tertia utramque

Crites.

De Regionis & Religionis lingua.

componit. Et quidem Ægyptios in ſacris ſpeciali lingua & hieroglyphicis literis uſos fuiſſe, paſſim Scriptores teſtantur.

An infidelium linguis liceat uti?

Secvnda. *Hiſpanus, v.gr. qui Turcica aut Perſica, qua Mahometanorum lingua eſt, utitur, non peccat.* Et conſultò *non peccat* ſine ulla reſtrictione dico, ut omne peccatum excludam. Non peccat contra Religionem, quoniam linguæ Turcica & Perſica (& idem de Arabica, Chaldæa, Indica, & ſimilibus dicito) Regionem à Regione, non autem Religionem à Religione ſeparat & diſtinguit.

Provincia, non autem Religiones diſtinguuntur idiomate.

Non peccat contra Veracitatem; non enim Hiſpanus quando loquitur Turcicè, cenſetur dicere, *Ego ſum Turca*, & quando Arabicè, *Ego ſum Maurus*, multi enim loquuntur Turcicè, qui non ſunt Turcæ, & Arabicè, qui non ſunt Mauri. [Conſideretur bene, & in memoria retineatur hæc Concluſio, in multis enim caſibus prodeſſe poterit.]

De Paragloſſa.

Tertia. *Hiſpanus, qui Conſtantinopoli utitur paragloſſa certa & determinata, & inter Mahometanos nota, genealogia, non peccat.*

Quid illa ſit, & quomodo à Gloſſa (ſeu Lingua) ſeccrnatur

Duo ſupponit Concluſio. *Alterum* ab Idiomate Paragloſſam diſtingui: nam idioma habet voces communi Populi cōſenſu approbatas: & Paragloſſa voces privatim fictas, publicè ignotas, & tantùm apud paucos receptas. *Alterum*, eſſe familiam, aut familias, quæ, ut ſecuriùs ſua negotia inter ſe tractent & expediant, ſpeciali utantur paragloſſa.

Quinam utantur Paragloſſa?

Et tales ſunt, quæ per Europam univerſam decurrunt; & quia ſe ab Alexandria, aut alia ſimili Civitate provenire mentiuntur, vulgò *Ægyptii* vocantur.

Quinam ſint, qui vocantur Ægyptii?

Hiſpanus igitur, qui illa paragloſſa, qua hujuſmodi nebulones utuntur (nullus enim vir probus nomen ſuum dat tam infami exercitio) voluerit uti, non peccabit. Et primò non violabit leges Religionis Chriſtianæ, quia nec Fidem, nec Religionem hujuſmodi paragloſſa concernit. Sed nec peccabit contra Veracitatem; quia ſicut Hiſpanus Ægyptiacè loquens non cenſetur dicere, *Ego ſum Ægyptius*, ſic nec probus & honeſtus vir, etſi nebulonum paragloſſa utatur, cenſendus eſt dixiſſe, *Ego ſum nebulo*.

De paragloſſa Ægyptia.

Eſt univerſè licita.

Interim, ſicut à lingua & pronunciatione, ſic ab hujus paragloſſæ notitia, ſi adminicula ab aliis circūſtantiis proveniant, ſumi poſſunt indicia. Nam, ſi ob commiſſum furtum, quæratur pſeudoægyptius, qui mutata veſte, inter honeſtos latere viros dicitur; & tamen ex aliquo accidenti Titium Ægyptiacam paragloſſam percallere reſciatur, habebit occaſionem Iudex, ut inquirat, & examinet, quis, & qualis is ſit Titius; & qua occaſione aut cauſa infamem illam nebulonum paragloſſam didicerit.

An, & quando poſſit eſſe ſuſpecta?

Ex ſuppoſitione, quod Conſtantinopoli ſit dialectus aut lingua, qua ſoli utantur Nobiles Mahometani, quæri merito poterit, An & quomodo uti ea Hiſpanus poſſit, quin mentiri dicatur, ſi ſit ruſticus; aut Fidem negare Chatolicam, nam eſt Fidelis?

An detur Lingua, qua ad Religionem & Nationem copulativè pertineat?

Qvarta reſpondebit Concluſio. *Non peccat contra Fidem & Religionem, qui utitur lingua, qua ſimul Nationem & ſectam Mahometanam ſignificat, ſi aliquo ſigno proteſtetur ſe illa uti lingua non quidem quà Eccleſiaſtica, ſed quà Politica.* Procedit Concluſio ex hypotheſi, non enim occurrit exemplum, quo perſuadere poſſim dari linguam aut verba, quæ ſimul Nationem & Religionem conſignificent. Ex copulativo ergo ſenſu ad disjunctivum tranſeamus: ſunt enim etiam apud Latinos verba, quæ ex.gr. recitativè, vel conſecrativè poſſunt dici. Ergo attende.

An ſaltem disjunctivè?

Monitum Eccleſiaſticum.

Fuerat Ioannes ad Presbyteratum promotus, & quia dixerat Neomyſtis Pontifex, *Quia res, quam tractaturi eſtis, ſatis periculoſa eſt, Filii dilectiſſimi, moneo vos, ut diligenter totius miſſæ ordinem, atque hoſtiæ conſecrationem ac fractionem & communionem ab aliis jam doctis Sacerdotibus diſcatis, priuſquàm ad celebrandum Miſſam accedatis*, ipſe, ut bene obediret, cæremonias addiſcit, & coram docto Sacerdote, an bene illas ſciat, periclitatur (Hiſp. *ſe enſaya*) & ex charta hoſtiam formans, & ſcyphum vacuum pro calice adſumens, ſupra ſui Muſæi menſam, ſine veſtium Sacerdotalium ornamento totam Miſſam percurrit. *An-ne licitè id facit?*

Enſayarſe apud Hiſpanos, quid?

Miſſa bifariam poteſt legi.

Reſpondeo bifariam Miſſam poſſe legi vel dici: conſecrativè videlicet & recitativè. Dicitur priori modo, (hoc eſt, conſecrativè) quando cum intentione conſecrandi. Et tunc qui illam dicit, debet eſſe Sacerdos; debetque ornatus veſtibus Sacerdotalibus, in loco, & altari ab Eccleſia præſcripto, cum intentione conſecrandi & ſacrificium offerendi, & communicandi, totam legere.

De lectione conſecrativa:

Modo autem poſteriori illa dicitur (nempe, recitativè) quando ſine intentione conſecrandi, ut addiſcantur cæremoniæ, recurritur. Et tunc, qui illam legit, poteſt non eſſe Presbyter; ſolent enim Diaconi, antequam in Sacerdotes conſecrentur, altaris cæremonias addiſcere. Poteſt carere ornamentis & veſtibus Sacerdotalibus, illamque quocumq; in loco ſupra quamcumque menſam, recitare. Non eſt, cur conſecrationis verba proferat; Et, ſi jubeatur illa proferre, ut

De recitativa.

An, qui addiſcit cæremonias verba conſecrationis debeat dicere?

mo-

modum proferendi graviter & decenter addiſcat, ſine intentione conſecrandi illa debet proferre. Et denique non eſt cur totam Miſſam legat; ſed illam poteſt partem, in qua videtur inſtructione indigere.

Quomodo Miſſa debeat legi?

Sed, quomodo reſcire poterimus, an recitativè Ioãnes, an verò conſecrativè (an, ut diſcat cæremonias tantùm, an verò ut ſacrificium faciat, & offerat) Miſſam legat? Id nobis inſinuabunt circumſtantiæ prædictæ. Ego enim, quia Pius V. Clemens VIII. & Vrbanus VIII. in ſuis Bullis, rubricas obſervari præcipiunt; & Congregatio de Ritibus 16. Maji 1626. præcepta præcedentia reponit: non poſſe ſine ornamentis, &c. celebrari cognoſco. Quia autẽ Ioannem eſſe virum probum & bonum ſcio, ſi fortè eum in cubili ſine ornamentis miſſam legere video, quia non poſſum præſumere illum ſacrilegium committere, quod ſe probat & præparat (Hiſp. *que ſe enſaya*) ne in cæremoniis erret, judicare debebo.

Vide Dianam part. 10. tract. 13. reſol. 40.

In ambiguis pro proximo debeo judicare,

Pænoſa hebdomas quæ?

In hebdomade Sancta, quam *pænoſam* meritò Ciſtertienſes vocamus, quater juxta quatuor Evangeliſtas, Dominicam Paſſionem concinimus; &, qui Chriſti perſonam agit, verba, quibus panis & vinum conſecrarentur, concinit, nec tamen conſecrat, quia illa non dicit conſecrativè, ſed recitativè. Et, qui celebrat Miſſam, bis illa in miſſa verba profert, (ſemel in paſſione, & iterum poſt præfationem) & tamen non per priora, ſed per poſteriora conſecrat; hæc enim dicit ſacramentaliter, & illa hiſtoricè & recitativè.

Matth. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19.

An-ne præter Miſſam in aliorum Sacramentorum formis præcedens locum habet diſtinctio? Habet. Attende.

An Baptiſmi ſacramentalis forma, dici poſſit recitativè?

Celebrabatur Madriti ingenioſa Comœdia, quæ *El Vaquero de Granada* inſcribebatur. [Autor ejus eſt Adamantinus: & inter varias part. XXVI. num. 1. habetur.] Et in illa agebat P. Bartholomæi perſonam Comicus, homo laicus, & ſi volueris conjugatus, Paſchaſiumque ad ſuos pedes provolutum abſolvit à peccatis his verbis.

Circa hujus Sacramenti formam Poeta bene diſcurrit.

Barth. *Quieres, que te abſuelva?* Paſch. *Si.*

Barth. *Pues yo en el nombre ſupremo*
Del Padre, y del Hijo, y del
Santo Eſpiritu te abſuelvo
De tus peccados Paſcual. &c.

Et quidem non pauca poſſent in Confeſſionis hujus modo & integritate perpendi: nonnulla *Cap.* de Silentio *art. 3. ſect. 3.* breviter ediſſerui: nunc tantummodò inquiro, *Quo hæc verba modo proferantur?*

Bifariam poſſunt Sacramentorum forma dici.

Reſpondeo, verba [quæ ſunt Latinè *In nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti ego te abſolvo à peccatis tuis.* &c.] poſſe bifariam dici: videlicet Sacramentaliter & recitativè. Priori illo modo dicit verus Sacerdos, legitimè approbatus, quando audita pœnitentis integra confeſſione, illa profert, cum intentione abſolvendi. Et poſteriori, quando ab eo, qui non poteſt Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare, pronunciantur. Sed unde ſciam utro modo dicantur? A circumſtantiis, quæ adjacent. Si enim illa à Parocho ſuper caput genu-flexi pœnitentis dicantur, habere vim & ſignificationem Sacramentalem cenſebuntur: ſi autem in theatro proferantur à Comico, cenſenda ſunt dici repræſentativè; & per illa non fieri Sacramentum, ſed modum, quo illud fiat, repræſentari.

Vnde reſcire poſſim, an verba ſacramentaliter, an recitativè dicantur?

An Sacramentorum adminiſtratio in theatris & comœdiis licitè poſſit repræſentari?

Si dicas, non debere permitti, ut in theatris Sacramenta (quæ ſunt Fidei Orthodoxæ myſteria) à Comicis repræſententur: reſpondebo, id piè & religioſè fieri poſſe; & hujuſmodi repræſentationes (modò nullus error in circumſtantiis cõmittatur) conducere ad ædificationem Fidelium. Auguſtæ, in Collegio Societatis Ieſu, coram Excellentiſſimo Comite de Peñaranda, fuit acta erudita & devota comœdia, quæ non fabulam, ſed hiſtoriam veram repræſentabat, in qua infans, qui niger natus fuerat, baptizabatur, & aquæ Divinæ virtute dealbabatur. Præter numeroſam Catholicorum multitudinem plurimi interfuerunt Hæretici, & utrique laudavimus Omnipotentem Deum, qui Sacramentorum Veritatem tam claris manifeſtat miraculis. In multis Eccleſiis Superioris Germaniæ, & in plerisque Belgii, die Iovis ſancto, Cœna Dominica repræſentatur. Menſæ Chriſtus, & Apoſtoli adſident; qui agit Chriſti perſonam conſecrationis verba profert, panem porrigit, vinum propinat; & quia omnes ſciũt hanc cæremoniam non ſacramentaliter, ſed repreſentativè tantùm fieri, ut ſuam foveant devotionem, accurrunt, & Deum collaudantes recedunt. Lovanii ann. 1643. cum aliis S. Th. Doctoribus, huic cæremoniæ interfui; & didici, non eſſe cur illa incuſetur, ſi enim ex aliquo capite reprehenſibilis eſſet, in tam ſancta & docta Vniverſitate minimè toleraretur.

Cum omnium ædificatione Baptiſmus repræſentatur.

Etiam Cœna Dominica.

Vniverſitas Lovanienſis laudata.

ARTICVLVS XIV.

Ex Theologia Præterintentionali Præcep 3. Caſ. 5. pag. 36. hic Articulus deſumptus fuit. Interim dum illum relegerem, addidi aliqua, quæ ad Eruditionẽ conducent.

De Externa Confeſſione Fidei. *An Veſtibus, Ornamentis, Vexillis, Signis, &c. quibus Infideles (Iudæi, Ethnici, & Mahometani) utuntur, Chriſtiani uti poſsimus, quin impietate maculemur?*

An liceat Turcicis veſtibus indui?

MErcatores Chriſtiani, imò etiã peregrini qui devotionis cauſa Palæſtinam inuiſunt, ut ſuis perſonis conſulant nonnunquam veſtibus Mahometanis, & præcipuè pileo turcico (*turbantum* nominant) utuntur. Et quia res omninò perplexa, doceri volunt, *An Chriſtiani, qui turbanto illo utuntur, ut ſecuri per Turcicas ditiones tranſeant, peccent mortaliter?* eſſet enim miſerum pietatis & devotionis gratia loca adire, quæ ſine peccato mortali contra pietatem & Religionem tranſiri non ſoleant, imò nec̃ valeant.

Turbantum pileus Turcicus eſt.

An Chriſtiani apud Turcas Turbantum geſtare poſſimus? Quæ ſint veſtimentorum præcipua genera?

Reſpondeo cum communi Theologorum ſententia varia eſſe veſtimentorum genera, nam ſexum, provinciam, proſapiam Religionem, & vitæ profeſſionem, ſeu ſtatum ſignificant.

De virili, & Fæmineo.

Primò enim nulla eſt gens, quæ alias viris, & alias fœminis veſtes non præſcribat. Deut. 22. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir utetur veſte fæminea: abominabilis enim apud Deum, qui facit hoc.* Et quales eſſe debeant mulierum veſtes exponitur 1. Timoth. 2. 9. & 1. Petr. 3. 3. Et reprehenduntur Græci, apud quos habitus medius videbatur admitti: quo utebantur effœminati juvenes, qui ab ſpecie & pulchritudine laudem aucupabantur. Laertius libr. 6. [Cùm adoleſcens quidam comptior quæſtiunculam propoſuiſſet Diogeni, *Non tibi priùs*, inquit, *reſponſurus ſum, quàm ſublatis veſtibus oſtenderis, maſculus ſis, an fæmina?* Ex vultu & habitu parùm virili, notavit illius mollitiem.]

De habitu inter Virilem, & Fæmininum medio.

Emaphroditæ dicuntur, qui utroque ſunt ſexu ſigillati: & hi, ſicut utriuſque ſexus genium & paſſiones participant, ſic & veſtibus partim virilibus, & partim fœmininis utuntur. De quodam ex his laudabatur hoc Diſtichum.

De Emaphroditis.

Dum dubitat, faceret-ne Virum faceret-ne Puellam,
Iuppiter, eſt factus Semipuella Puer.

Sed à natura habent Emaphroditæ, quod ſemipuellæ ſunt; at Catamiti, aliquid ſimile à propudioſæ Veneris ſordibus aucupantur. Sunt frequentes in Aſia; & apud Mahometanos præcipuè: & quales erant, qui ſe proſtituebant in Combru, in ſuæ Perſiæ Epiſtola XVIII. 18. Ian. 1623. his verbis Petrus della Valle recenſet. *Dopo il noſtro ritorno in Combrù altro non mi accorſe ivi da notare, ſe non la sfacciatezza grande fra' Mahomettani, di certi giovanacci effeminati, che fan vita abomineuole & infame: i quali non ſi vergognano punto di andar publicamente per le ſtrade, veſtiti, dalla cintura in sù, da huomini, & dalla cintura in giù, quaſi da donne; con canti, & con ſuoni, e con altri loro ſtomacheuoli e laſcivi ſcherzi procurano di allettar le genti alle loro opere nefande, per guadagno. Alcuni di queſti erano coſì laidi, coſì foſchi, o cenericci di colore, aſſai peggio di quel che ſon di ordinario gli altri habitatori delle terre quì d'intorno: in fine, al veder mio, così brutti, che io mi feci ſegni di Croce, maravigliandomi, come il Diavolo con zimbelli coſi ſozzi trovaſſe genti da pigliare a reti tanto immonde.*

Catamiti, qui? quales?

Sunt effrontes, & inverecundi

A cingulo ſurſum virili, deorſum fœmineo habitu utuntur

Sunt immundi & difformes.

Secundò ſingulæ provinciæ & regna habent diverſum habitum, aliter enim veſtiuntur Romani, aliter Græci, aliter Germani, & Hiſpani. Togam habebant Romani, pallium Græci: & hodie plerique omnes Europæi geſtant pileum, & turbantum Aſiatici. Et qui oras Euxini Ponti colunt tam magnas habent manicas, ut & illis ſe cingant, & modeſtiæ gratia manus tegant: & ideò uti dicitur χειροβρῶτι δεσμῷ *Manivoro vinculo*. Et qui volunt haberi graves, etiam quando peregrinantur, & per exteras regiones excurrunt, veſtes retinent patrias: & hac virtute Hungari alios populos ſuperant; & ſunt alii tam leves, ut ſe ἐνδύματι attemperent peregrinorum. Tales erant Romani; Auguſtus enim Cæſar, cùm pro concione eos palliatos videret, indignabundus dixit,

Diverſorum regnorum & provinciarum homines habitu ſecernuntur.

—— *Ecce Quirites,*
Romanos rerum dominos, gentẽq; togatã.

Ter-

Aliqui proſapia habitu diſtinguuntur ab aliis.

Tertiò, hodie apud nos Clypeus, Stemmatibus Majorum ornatus, proſapiam à proſapia diſtinguit. Enſis in Germania ſoli permiſſus nobili. Et Mahometi nepotes gerunt turbantum viridem, ut ab Agarenis cæteris diſtinguantur. Habitus Militares (nimirùm, Vellus aureum, & diverſæ Equeſtrium Religionum Cruces) inter Chriſtianos, non niſi Nobilibus dantur.

Iudæi ſignantur.

Quartò Iudæi diverſis in locis ſignantur: utuntur Romæ pileo flavo, Venetiis rubro, & in Germania circellum panni flavi pallio affigunt: aliiſque locis aliis ſignis notantur.

An Religionis Chriſtianæ, Mahometanæ, &c. ſpecialis ſit habitus?

An dentur ſolius religionis veſtes?

Iudæi utuntur veſte patria.

Ipſi & Mahometani circumciduntur.

An omnes Mahometani circumciduntur?

An omnium Mahometanorũ veſtes ſint eadem?

Quintò & ultimò ad Religionem converto oculos, & aſſero Religionis tales aut tales veſtes ſpeciales non eſſe: non enim Iudæi habitu ſpeciali induuntur, nam hodie miſeræ, & nullæ miſerabiles, Hebræorum reliquiæ populis Catholicis, Hæreticis, & Mahometanis immixtæ utuntur illius Provinciæ veſtibus, in qua peregrinantur; &, ſi aliquo ſigno, non ex Rabbinorum, ſed ex decreto Principum (adeòq; in variis regionibus vario) nec utiliter ad circumciſionem recurritur; hæc enim Iudæorum character non eſt, nam etiam circumciduntur Mahometani: ſed neque ex iſtis omnes, nam multi non ſunt ſcrupuloſi, & Mahometaniſmum Atheiſmo temperant: ſed neque Mahometani ſunt in toto orbe quoad veſtes ſimiles; aliter enim in Barbaria, aliter in Turchiâ, & aliter induuntur in Perſia.

SECTIO I.

Vera Doctrina proponitur, & dilucidatur.

QVæ præmiſimus poſtulare videntur, ut quid in re obſcura dicendum ſit, exponam, & mentem meam nõnullis Concluſionibus explicem, & confirmem. Sit igitur

De veſtium generibus.

CONCLVSIO I. *Dantur veſtes, quæ ſolam Nationem, & quæ ſolam Religionem; & dantur, quæ utramque ſignificent.* Et ex dictis ſatis clarè colligitur.

CONCLVSIO II. *Qui inter Mahometanos aut Ethnicos utitur veſte nationis, non peccat.* Sic & Patres Ieſuitæ qui convertendis infidelibus navant operam, utuntur Sinenſi, & Iaponenſi habitu, dum apud illas gentes Apoſtolos agunt; nulla enim lege divina humanave interdictum, ne more regionis, in qua degimus, Veſtes habeamus. Multæ quidem, & valde profectò graves ex illis verbis *non peccat*, poſſunt Conſequentiæ deduci. Aperi ergo oculos, & hunc meum diſcurſum perpende. Sic inquam. [Quando Madriti Gallus utitur veſte Hiſpanica: quando Londini Anglica, ut Germania, Viennæ, &c. non peccat. Ergo non mentitur. Patet: quia, ſi mentiretur, peccaret. Ergo, ſi per veſtes loquitur, Hiſpanicis veſtitus, non inquit, *Ego ſum Hiſpanus*: aut Anglicis indutus, *Ego ſum Anglus*, &c. Patet; quia, ſi hæc aut ſimilia diceret, mentiretur. Ergo aut nihil profectò dicit, aut tantùm hoc, *Ego habeo veſtes, quales habere ſolent Hiſpani*, ſi veſtibus utatur Hiſpanicis: & *quales habere ſolent Angli*, ſi Anglicis. &c. Conſidera bene hanc rationem: nemo enim unquam dixit, mentiri & peccare hominem Gallum, qui Madriti more Hiſpanico induitur. Ergo neque, qui Turcico Conſtantinopoli.

An Infideles nationis veſtibus uti poſſimus?

Sed contra præcedentem doctrinam ſic breviter argumentaris. Sic ille, qui veſtes Hiſpanas gerit, non cenſetur dicere, *Ego ſum Hiſpanus*, nec ille, qui Regulares geſtat, cenſebitur dicere, *Ego ſum Religioſus*. Ergo Monachus, qui v.gr. peccatum adulterii commiſit, non explicabit bene ſuum peccatum dicendo *Adulteratus*. Patet conſequentia; quia debet Sacrilegii circumſtantiam exponere. At omnes dicunt, eum non debere verbis eum exponere, quia ut exiſtimant, illam veſtis exponit. Ergo ille per veſtes loquitur, & non ait, *Ego gero veſtes quales Religioſi ſolent gerere*; id enim ad Confeſſionis integritatem non ſufficeret: Ille ergo per veſtem Regularem ait, *Ego ſum Religioſus*. Ergo, qui Hiſpanicam gerit, ait, *Ego ſum Hiſpanus*. Ergo, qui Anglicam gerit, ait, *Ego ſum Anglus*. Ergo, qui Perſicam, ait, *Ego ſum Perſa*.

An Religioſus, qui peccavit carnaliter, & ſacrilegium commiſit, teneatur hanc verbis circumſtantiam exponere? An per veſtes illam ſufficienter declarat?

Reſpondeo, te nil omninò evincere; nã qui voluerit dicere hominem per veſtem non loqui, ſed dare occaſionem, ut qui illas reſpicis, de ejus qualitate judicium opportunum efformes, optimam viam inibit, quam nemo occludet argumento efficaci. Quam ob rem, cum in Hiſpania etiam exteri utantur veſte Hiſpanica, & ſoli Regulares Religioſa, viſo homine Hiſpana veſte induto, erit temerarium judicium dicere, *Hic eſt Hiſpanus* non enim illa veſtis ad hoc judicium conformandum ſufficiet. Viſo autem homine habitu S. Franciſci exempli gr. induto, ſi alia notitia careas, debes eum eſſe S. Franciſci Religioſum cenſere, rarò enim aut nunquam laicus licitè habitum Regularem præ ſe fert, & ut bene de meo proximo judicem, præceptum Charitatis indicit.

Cur ex veſte Hiſpanica ad Nationem non poſſit, & ex veſte Religioſa poſſit ad ſtatum Religioſum argumentum deduci?

CONCLVSIO III. *Non peccat contra Fidem aut Veracitatem qui veſte utitur certa* gr-

An Infidelis genealogia?

genealogia. Religiones enim hominum dictamine diſtinguuntur, non proſapia: bene enim ſtat, quod ſis nepos Mahometi, & tamen Mahometanus non ſis; & quod ſis Chriſtianorum filius, & tamen profeſſus Alcoranum. Conſultò illud, *nimirum contra fidem*, appoſui: poteſt enim peccare contra humanas leges, qui indebita adſumit inſignia; hoc enim cavetur Cæſareis, Regiiſque; ne detur qualitatum confuſio, & plebei privata audacia & induſtria ad Nobilitatem promoveantur.

An proſapia ſimul & religionis, aut nationis ſimul & religionis?

Quàm ſit certa hæc concluſio?

Unde pleraque Theologorum Controverſiæ oriantur.

Quid ſupponãt omnes, de quo diſputant?

CONCLVSIO III. *Non peccat contra fidem qui utitur veſte, quæ ſit proſapiæ ſimul & religionis, aut nationis ſimul & religionis index, ſi per nova circumſtantiæ additionem ſuperſtitionis impietatem elidat.* In duabus prioribus Authores univerſi conveniunt, differunt tamen in Concluſione hac &, ut rem fatear, non differunt Theologicè, ſed Grammaticè: nam, ut ſingulis diebus experior, contumaces Theologorum conflictus non ſemper naſcuntur ex ipſiſmet Theologiæ Fundamentis, ſed ex Concluſionibus Artium & Facultatum, quas ſupponunt. Omni Theologo hæc duo aſſerta ſunt vera; videlicet, I. *Nemo poteſt negare Religionem Catholicam.* II. *Negat, qui profitetur Catholicam.* Sed hæc tantùm inter ipſos eſt quæſtio, *An, qui veſte utitur proſapiæ & Religioni, aut nationi & Religioni communi, profiteatur Religionẽ illam, an verò tantùm nationem, aut proſapiam?*

Conſideretur bene hæc Aſſertio conditionata.

Solvitur Quæſtio PRIMÒ ad præcedentes Concluſiones recurrendo: nam, ſi Gallus veſte Hiſpanica indutus, non dicit, *Ego ſum Hiſpanus*, aliàs mentiretur & peccaret: nec Laicus veſte Regulari indutus dicet, *Ego ſum Religioſus*. Et id videtur valde clarum. Et SECVNDÒ ſolvitur eadem quæſtio, veſtes cũ verbis & aliis ſignis cõparãdo: Signa enim ſunt, & debent ad placitum, ut ſigna reliqua ſignificare.

Veſtes ſunt ſigna ad placitũ.

Vocum aliæ ſũt compoſita, aliæ æquivoca.

Rem igitur radicitùs expoſiturus, dico dari voces compoſitas, æquivocaſque; utræque duo ſignificant, differunt tamen, nam duas in unam voces Compoſitio conglutinat, & ſimplicibus vocibus ſeorſim poſitis convenit æquivocatio.

Quomodo differant?

Verbi cauſa *Equiferus* & *Canis* nomina ſunt ſignificantiæ duplicis: prius *Equum* & *Ferum*, poſterius *Animal* & *Stellam* indigitat: eſt tamen hæc diverſitas, quod prima vox ſimul utrumque exprimat, non alterutrum, & ſecunda vix poſſit, aut ſoleat utrumque connectere; nam vox *canis*, quando ſignificat ſtellam, non ſignificat animal; & quando ſignificat animal, non ſtellam.

Æquivocorum ſignificatio eſt disjunctiva.

(Conſultò illud *vix* poſui, quia poteſt aliquando æquivocum dupliciter ſimul contrahi, & ſimul tunc plura ſignificabit, ſed hoc non habebit à ſe, ſed ab altera voce, quæ adnectitur. Loco exempli ponatur & contrahatur illud Diſtichum.

An, & quomodo poſſit æquivocum duas res ſimul ſignificare?

> *Quis neget Æneæ clara de ſtirpe Neronem;*
> *Hic ſiquidem matrem ſuſtulit, ille patrem.*

ex quo illud *ſuſtulit*, reſpectu Neronis & matris eſt *auferre de medio*, ſeu *occidere*; & reſpectu Æneæ & patris *humeris ſuſtentare*, nec non *è periculo eripere*.

Quid ſuſſerre ſignificet? Abſtuli alterũ *ſuſtulit*, ut meliùs congrueret exemplum

SECTIO II.

Exponitur doctrina communis, & quid adhuc juxta eam dici poſſit aut debeat, exponitur & examinatur.

De diſtinctionibus, quas non cognoverunt Antiqui.

SIgnificant *veſtes*, dicunt paſſim Authores, dico & ego: at addo aliud eſſe, *eum, qui veſtes habet, per eas loqui*, & aliud *veſtes ſolas loqui, & qui eas habet, non loqui, ſed veſtes loquentes geſtare*.

An ſint utiles, vel neceſſariæ?

Prætereà, aſſevero & demonſtro, *ſicut verba, ſic & alia ſigna, jam ad Primam Mentis Operationem, jam ad ſecundam ſpectare*; adeoque *alia nihil affirmando aut negando*; *& alia aliquid affirmando aut negando rem aliquam ſignificare*. Et ſubjungo, *magnam has diſtinctiones lucem impertiri*, *& eſſe omninò recipiendas*. Interim, quia Theologi indiſtinctè loquuntur, & tamen bonas & veras paſſim Concluſiones eliciunt, placet eorum libros evolvere, & quid de hoc argumento ſtatuant breviter explicare. Eſt illorum

An veſtes, quæ duas ſignificãt res, illas conjunctim, an verò disjunctivè ſignificent?

CONCLVSIO. *Nemo niſi priùs ſignificatio ſacrilega elidatur, poteſt uti veſtibus ſignificantiis compoſita, bene autem æquivocis.* Et reſtat examinandum, an flavum ſignum pileo adpoſitum Romæ; an circellus pallio adfixus, Francofurti (idem de Turbanto viridi, Lenne nigro, & aliis apud Mahometanos inſignibus, dico) ſignificet conjunctivè Nationem & Religionem, an verò Nationem, vel Religionem disjunctivè; an verò ſolam Religionem.

De copulativa ſignificatione.

An, & quomodo ſigna illa, quæ Iudæis imponuntur, ſignificent eorum perfidiam?

Significare Religionem (nempè aut ſolam, aut cum Natione conjunctam (alterutrum enim dicatur in idem recidit) exiſtimavit Cajetanus 2.2.*quæſt.*3.*art.*2. D. Antoninus *part.*2.*tit.*12.*cap.*6.*ſub finem*, Sylueſter *verb. Apoſtaſia quæſt.*1. *num.*4. Angelus *verb. Infidelitas num.*9. Navarrus *in man.cap.*11.*num.*17. Philiarchus *de Officio Sacerd.tom.*1.*part.*2.*lib.*3. *cap.*9. Toletus *libr.*4.*cap.*2. Valẽtia *tom.*3.*diſput.quæſt.*3.*punct.*2. Becanus *in* 2.2.*cap.*9. *quæſt.* 5. *dub.*6.*num.*35. quibus probabiliter ſubſcribit Diana *part.*3.*tract.*5.*reſol.*49.

Significare Nationem vel Religionem di-

diſjunctivè probabilius putat ipſe Diana, ſubſcribens Emanueli Sà *verb. Fides, num. 5.* Tannero *in 2.2. diſp. 1. quæſt. 7. dub. 5. nu. 110.* Bañez *in 2.2. quæſt. 3. art. 2. dub. 2.* Sãchez *tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 20.* Coninch. *tract. de Fide diſp. 15. dub. 3.* Laymano *in Theol. Morali, libr. 2. tract. 1. ca. 11. n. ...* Villalobos *in ſum. tom. 2. tract. 1. difficult. 5. nu. 10.* Suario *de fide diſp. 14. ſect. 5. num. 7.* & aliis, & quidem hæc Opinio, ſtando nudæ rationi, mihi probabilis videtur: nam oppoſitam (cui propter Authores, qui eam tuentur, nemo negare poterit extrinſecam probabilitatem) intrinſeca puto probabilitate deſtitui. Et ideò Tertiam ſententiam addo.

An, & quando, & an ſine peccato, Chriſtiani pileum Iudæi adſumant?

Aſſerens *Veſtes, toti populo in aliqua Provincia communes, Nationem tantummodò ſignificare.* Communes dico, ut Religioſas & Sacerdotales excludam, quibus nulla Gens caret. Vt huic ſententiæ adhæream, habeo tres rationes, quæ mihi convincentes videntur. Et eſt *Prima*. Scimus multas Nationes Ethnicas in diverſis temporibus admiſiſſe Evangelium, multas Mahometaniſmum. At licèt Religionem mutarint, Veſtes antiquas retinuerunt: Nulla ergo eſt inter Veſtes & Religionis profeſſionem connexio. Eſt *Secunda*. Romæ, ſciente Summo Pontifice, multi (& ipſi interdum Nobiliſſimi) Viri larvati juxta loci & temporis morem in Bacchanalibus per urbem decurrunt. Hi tunc Turcicum, illi Perſicum, iſti Indicum, & iſti Iudæum habitum gerunt, eumque minimè permitterentur gerere, ſi determinatè Religionem ſignaret. Eſt *Tertia*. Ex ſpeciali privilegio aliquibus Iudæis Romæ, Venetiis, Francofurti, &c. conceditur carere ſigno. Ergo Nationem Veſtes, & non Religionem ſignificant: aliàs enim nec ipſi poſſent hoc privilegium poſtulare, nec Chriſtiani Magiſtratus concedere.

Quando populus mutat Religionem & Fidem, veſtes antiquas retinet?

An, & quando Iudæis Chriſtianas veſtes, & Chriſtianis Hebreas habere permittatur?

Sed inquitis, *Vtra ex his opinionibus haberi debeat?* & reſpondeo, multos non facile poſſe induci ut credant ſigna illa Iudæorum, quibus apud Chriſtianos, Turcaſque utuntur, eſſe ſigna Nationis, vel Religionis disjunctivè. Et ideò Cajetani Opinioni adhærentes aſſerunt utramque ſimul ſignificare, & probant Primò, Quia Iudæo ad fidem orthodoxam converſo dantur veſtes candidæ, & veſtes priores interdicuntur. Ergo, ſicut Veſtis candida, quam geſtare debet anno integro, ſignificat Nationem Hebræorum, & Religionem Chriſtianam ſimul; ſic etiam priores Veſtes Nationem Hebræam, & Religionem Iudaicam ſimul ſignificabant. Probant Secundò, Quoniam Carolus V. Romanorum Imperator, & Hiſpaniarum Rex, ut Mahometanorum reliquias, quibus ſuo adhuc ævo inficiebatur Hiſpania, aboleret, linguam & veſtes Agarenas Mauriſcis (*) interdixit, ut conſtat ex Prudentio Sandovallio *in Caroli V. hiſt. li. 14. §. 18. pag. 648. a. ad ann. 1526.* Ibi enim Leges eis præſcriptas recenſet, & aſſerit illis præceptum fuiſſe, *Que no hablaſſen Algaravia, ſino que todos hablaſſen en Aljamia: y que todas las Eſcrituras y Contratos, que ſolian hazer en Arabigo las hizieſſen en Caſtellano.* &c. *Que las marlotas que ſolian traher en lugar de ſayas, y las balmalafas de lienço que trahian en lugar de mantos, las dexaſſen, y deshizieſſen: y que todas las Moriſcas, y Moriſcos ſe viſtieſſen, como los Chriſtianos.* &c. *Que de alli adelante ningun Saſtre fueſſe oſſado de cortar ropas, ni Platero de fabricar obras Moriſcas: porque en aquel tiempo, ni ſe veſtian ropas, ni trahian joyas de plata (o oro) ſino de la manera, que quando eran Moros.* Putant ſe ex hac Imperatoris Pragmatica fortiſſimum poſſe argumentum deducere, & ideò eam reponunt Latinè, ut ab omnibus intelligatur. Illis ergo hominibus, ex ſanguine Ægyptio & Barbarico ſatis, quorum multi Mahometanam Religionem publicè profitebantur, alii ſe eſſe Chriſtianos ſimulabant, ut tandem ad Chriſtianam Fidem ſeriò converterentur, præcepit ſub graviſſimis pœnis, *Ne impoſterùm inter ſe Arabicè, ſed Hiſpanicè colloquerentur. Et, ut inſtrumenta & Scriptura Publica, quæ Arabicè ſolebant confici, in Caſtellana deinceps lingua, & in nulla alia conformarentur. Prætereà, ut marlota, quibus loco cycladum, & lintea balmafa, quibus loco pallarum utebantur Mauriſca, antiquarentur, & diſſuerentur; & univerſi poſteà utriuſque ſexus Agareni, veſtibus Chriſtianis induerentur. Denique, ut nullus in tota Hiſpania Sartor aut Aurifex veſtes vel gemmas Mahometanorum more conſuere ſeu auro exornare præſumeret: quoniam eo uſque illi veſtibus, & ſupellectili, quali in Africa Mauri, utebantur.* Ex his Pragmaticæ Cæſareæ verbis probant Cajetani Diſcipuli Veſtes & Religionem intrinſecè connexas eſſe; argumentantur enim ſic. Quæ ſunt intrinſecè mala (a) fieri licitè nequeunt. Sed uti Mahometanorum veſtibus eſt intrinſecè malum. Ergo nullus Chriſtianus licitè poteſt illas geſtare; nullus Princeps ſubditis ſuis Chriſtianis poteſt illas permittere. Quoniam Major eſt certa, & à nemine negari poteſt, Minorem ſuadent. Idioma & habitus Mahometanorum, inquiunt, intrinſecè & per ſe ſunt cum Mahometi Religione

Qualia Iudæorum ſigna ſint?

An copulativa, An disjunctiva?

Auguſtin. ad Poſſidon.

Iudæi, cùm convertuntur, veſtes mutant.

Iubet Carolus V. ne Mauriſci lingua aut habitu Arabico utantur.

*) Inter *Maurum* & *Mauriſcum*, necnon inter *Iudæum* & *Iudaizantē* Hiſpanus reperit diſtinctionem. *Maurum* vocat, qui Mahometanā Religionem ſectatur. *Mauriſcum* hominē baptizatum, ſed à Mauris oriundum. Et ſic etiam *Iudaizantem* nominat, qui Moſaicam Religionem ſectatur: *Iudæum* verò hominem baptizatum, ſed ab Hebræis oriundum.

a) Sed quid *intrinſeca malitia* nomine debet intelligi? Reſpectu Dei *malitia Philoſophica*; nam eſt deordinatio eſſentialis & à Divina voluntate independens. Reſpectu hominum *malitia Theologica*: homo enim nequit facere, ut homicidium non ſit malum Theologicum, ſed Deus poteſt.

gione connexa. Sed intrinſecè propudioſa & exſecrabilis eſt Pſeudoprophetæ Iſmaelitæ Religio. Ergo etiam habitus: Ergo etiam lingua. Probant Majorem: Quoniam nulla eſt cura Principibus & Legiſlatoribus de his, quæ cum rebus malis connectuntur per accidens: nam aliàs omnia, omnia, deberent interdici: nam nihil eſt in Mundo, quod cum rebus peſſimis per accidens nequeat conjungi. Vel alias deberet ſic Chriſtiano-Politicus dialecticati. [Poſſunt homines in Templis occidi, poſſunt Virgines deflorari in Eccleſiis, poſſunt in tribunalibus calumniæ & perjuria contexi: poſſunt & millena alia ſcelera committi in foro, perpetrari in palatio. Claudantur ergo Templa, interdicantur Eccleſiæ, tollantur Tribunalia, non fabricentur fora, palatia & arces funditùs evertantur. &c.] At hæc eſt mala Logica. Ergo Dialectica Moralis poſtulat, ut diſſeratur ſic. [Vbi alicui malo aut inconvenienti obviam itur, interdici omnia illa debent, quæ cum illo connectuntur per ſe, non autem quæ cum illo connectuntur per accidens. At Imperator Carolus V. volebat erradicare ex Hiſpania ſuperſtitionem Mahometanam. Debuit ergo inhibere omnia illa, quæ cum ipſa per ſe, & non quæ per accidens conjungebantur. At Africanas veſtes, & Arabicam linguam inhibuit. Igitur Chriſtianiſſimus Cæſar, & Conſiliarii ſui, qui ſemper ſunt Prudentiſſimi Heroes, cenſuerunt inter Religionem illam & veſtes illas eſſe connexionem intrinſecam.]

An poſſint aut debeant interdici, quæ cum rebus malis & pernitioſis connectuntur per accidens?

Caroli V. inventio.

Fatebor rem eſſe difficilem, & quæ puri Theologi captum exſuperet; pendet enim ab ſpeculativa Grammatica, quam pleriq; omnes, qui Superiores Artes & Facultates profitentur, nequidem à longè ſalutarunt. Et hanc ob rem Andabatarum more feſtinant, nec morantur Auguſtinum dicentem *Nolo, ut de ornamentis auri vel veſtis properam habeas in prohibendo ſententiam*. Tu interim permittas alios in ſuo ſenſu abundare, & hue, illuc, currere veriùs, quàm diſcurrere; & ſi me amas, hæc mecum Aſſerta ſuſcipias.

Quæſtio hæc & omnes aliæ ſimiles, requirūt Grammaticæ Speculativæ peritiorem notitiam, quæ hodie Theologis & Philoſophis caret.

PRIMUM. *Vtraque ſententia (videlicet, tam illa, quæ Veſtes Nationem & Religionē copulativè, quàm quæ disjunctivè ſignificare aſſerit) eſt probabilis; Tertia autem, quæ illas ſolam Nationem ſignificare aſſerit, eſt probabilior*. Conſtat ex præmiſſis rationibus:

SECUNDUM. *Cum omnis probabilis ſententia ſit ſecura in conſcientia, illa impræſentiarum debet admitti, quæ ad ſolamen Chriſtianorum conducat & Infidelium converſionem promoveat*. Ergo Tertia: aut, ſi non hæc ſecunda; Ergo de prima non eſt in praxi cogitandum. Nec argumenta quæ pro illa formabantur, evincunt; nam habent ſolutionem clariſſimam. Reſpondeo enim

De delectu Opinionis Probabilis.

Ad Primum, quod ex Iudæorum ad Chriſtianam Religionem converſorum habitu ſumebatur, veſtem illam candidam, quam geſtare per annum jubentur, Nationis & Religionis ſimul eſſe; ſignificat .n. *illum hominem fuiſſe Iudæum, ſponte adjuraſſe perfidiam, fuiſſe baptizatum, & nunc jam vitam Chriſtianam agere*. Et conſultò illud *ſponte* expreſſi, ut hunc habitum candidum ab Hiſpanorum Cruce, quæ eſt rubra & literæ X ſimilis & cum infamia geritur, & à nobis *Sanbenito* vocatur, ſeparem, & diſtinguam: quoniam Sancti Benedicti illa Crux ſignificat, *illum hominem Iudaica Religioni adhæſiſſe à Sancto Officio Inquiſitionis fuiſſe captum: convictum, condemnatumque; priorem abjuraſſe perfidiam, & in ſui peccati pœnam illo ſigno notatum*. Sed de hac veſte, aut ſigno, non loquimur in Concluſione. Quæſtio erat de Pileo flavo Romæ, rubro Venetiis &c. de Circello panni flavi Francofurti &c. quem ferunt Iudæi, ut à cæteris diſcerni poſſint. Hunc Nationem & non Religionem ſignificare dixi & dico. Nam Providentia Publica illo ſigno civibus & indigenis proſpicit. Et quid timet Reſpublica, & illo ſigno impedire conatur? An quod Chriſtiani Iudaicam Religionem admittant? Minimè; nunquam enim vidimus ad illos deficere Chriſtianos. Quid ergo timet? Ne ab illis decipiantur Chriſtiani. Illud ergo ſignum Nationis vafræ mores, non verò Religionem concernit. Et quando aliquis baptizatur, quia deſeruiſſe veterem hominem cum actibus & imperfectionibus ſuis, prudenter creditur, hoc ſigno carere permittitur.

Iudæus, cùm baptizatur, geſtat albam veſtem per annū.

De Sancti Benedicti Cruce.

An ſigna, quibus Iudæi notantur, Religionem, an ſolā nationem ſignificent?

Nunquam Chriſtiani ad Iudaicam Impietatem deficiunt: & tamen in contractibus paſſim ab Hebræis decipiuntur.

Ad ſecundum, quod inſiſtebat Prudentiſſimæ Caroli V. Regis Hiſpaniarum Pragmaticæ, reſpondeo, inter multitudinem & unum aut alterum hominem debere neceſſariò diſtingui: nam, ſi unus aut alter in regnis Hiſpaniarum Mauriſcus habitu & lingua uteretur Arabicis, non fuiſſet cur Imperator ederet illam Conſtitutionem. Interim, quia multa interdum fiunt ad melius, quæ præciſè neceſſaria non erant, ad argumentum pro contraria ſententia poſitum reſpondeo. Erat Major. *Vbi alicui malo aut inconvenienti obviam itur, interdici omnia illa debent, quæ cum illo connectuntur per ſe; non autem, quæ cum illo connectuntur per accidens*. Ejuſque priorem partem eſſe certam & indubitatam

Non feruntur leges propter unum vel alterū

An interdici debeant, quæ ſunt mala per accidens?

De Scandalo dato & recepto.

tam affirmo; & poſteriorem, ſi unive ſim ſumatur, eſſe falſam. Sunt enim ſcandala eecepta & data: quam ob eem non ſolum Hæreticorum libri, qui per ſe mali & nocivi ſunt, interdicuntur, ſed etiam boni aut indiff eentes, ſi ſint pernitioſi pee accidens: & ex hoc capite olim Rabbini aliquot Sacræ Scripturæ Capita Iuvenibus interdicebanr. Sed & Veteres Patres mulros bonos libeos ſuis ſubditis interdixerunt, qui ætate & hota dici conſideraris eſſent pernitioſi per accidens. Quod & hodie præſtat Apoſtolica Sedes, omnes Sacræ Scripturæ verſiones quæ in lingua vulgari, erſi factæ ſint à Carholicis & Eruditis, in teedicens. Ergo illas verſiones inteedicit, non quia ſunt malæ & impiæ ſed quia abutuntue illis Viri indocti & per accidens nocere ſolent. Ergo ſimiliter Carolus V. veſtes & linguam Atabicas potuit in Hiſpania inteedicere, quia tametſi nō eſſent pee ſe & intrinſecè malæ, conſiderata Mauriſcorum ſtagilitate, cis nocebant per accidens.

An, & quando interdicendi ſint libri boni?

Cur Sacra Biblia in vulgari ſcripta interdicantur?

Hac itaque doctrina præmiſſa pergamus ulteriùs, & aliqua Corollaria ediſſeramus.

De mutatione veſtium.

An vocibus æquivocis uti poſſis?

Corollarium I. *Non peccat, qui ſecuritatis gratia (puta dum quæritur à Satellitibus) pileum palliumve ſigno flavo notatum inter noſtras, aut Turbanto viridi inter Turcas, utitur.* Et oſtenditue. Quoniam veſtes hujuſmodi vel ſignificant Narionem tantū vel Narionem & Religionem disjunctivè (non enim aſſentiri volumus dicentibus illas ſignificare copulativè) Si primum: ſalva ees eſt, non enim eſt ſacrilegum Narionem alienam profiteri. Si ſecundum dicatur, etiam ſtar Corollarii doctrina: potes enim uti verbis æquivocis, & intendere ſenſum verum, tametſi ſcias te in alio ſenſu intelligendum; quia quando voces habent duplicem ſenſum, potes unum intendere cejecto altero. Atqui hæc ſigna etiam ſunt æqnivoca. Ergo poteeis illis uti in una ſignificatione, tametſt prævideas te ab aliis intelligendum eſſe in altera.

Veſtes ſunt ſigna & interdū æquivoca.

Objectio.

At dicet aliquis eſſe tationem diſparem quia eum uteris verbis æquivocis, habent illa duos ſenſus, quorum ille ſaltem, qui à te intenditur, verus eſt; at quando uteeis veſtibus ſignificationis æquivocæ, neutee ſenſus eſt vetus: tu enim, ut evadas periculum, utetis pileo Iudaico & tamen non intendis profiteei hac actione celigionem, ſed nationem, & ne quidem hæc ultima profeſſio vera eſt. Et ego dico peimò, eſſe tres in Intellectu Operationes; (ſimplicem apprehenſionem, Iudicium & Diſcurſum) & in ſecunda ſola Mendacium & Veraci-

An homo ſicut verbis, ſic etiam veſtibus mentiri poſſit?

Crites.

tatem reperiri. Addo non omnes voces pertinere ad Iudicium, ſed univerſa nomina ſimplici apprehenſioni accenſeri. Fateor Veſtes & alia externa ſigna æquivalere vocibus ſed gerunt viees nominum, aut ſaltem nemo demonſteabit contearium. Ergo in veſtibus mendacium reperiri non poteſt. Dico ſecundò, Veſtes ad ſecundam intellectus Operationem ſpectare condonans, nihil inde ab Adverſariis utilitee inferri poſſe. Quoniam eſto non ſit vera: ſit ſi velis peccatum veniale: per me ſtat; non tamen eſt confeſſio Iudaicæ fidei: nam qui illum pileum gereret, eſſet ſimilis Chriſtiano, qui diceret, *Ego Natione ſum Hebræus*; quod aut verum aut falſum, non militat contra noſtram fidem.

Objectio altera

Subjunget alius; Nunquam licet negare veram celigionem: At, qui, aut Iudaicum, pileum palliumve aut Turcicum turbantum geſtat, negat veeam religionem: Rem igitur illicitam facit. Probarur minor. Negat veeam, qui falſam profitetue: at, qui Iudaico illo pileo aut pallio, ſicut & ille qui Turcico turbanto uritur, falſam: (videlicet, Iudaicam aut Mahometanam) profitetue: ergo negat veram. Et ego nego utriuſque ſyllogiſmi minorem; qui enim pileo aut pallio Iudaico utitur, non Moſaicam fidem, ſed nationem profitetur: qui turbanto albo, nationem Turcicam; qui viridi, non fidem, ſed conſanguinitatem Mahometi.

Solvitur.

Corollarium II. *Probabile eſt licere Vexilla Turcica & Ethnica expandere, tametſi in illis ſint imagines Mahometi, Solis, Lunæ, Iovis, aut cujuſcumque Idoli.* Ita Tannerus *in* 2.2.*diſp* 1 *qu*.7.*dub*.7.*num*.117. Laymanus *Theol Moral.lib* 2.*tr*.3. *cap*.11. *num*.4. Diana *p*.3.*tr*.5. *reſol*.49 §. *notandum eſt ſecundò*. contra Azorium *tom* 1. *lib*.8.*c*.27. *qu* 9. Et ratio eſt; quia illa vexilla, aut Nationem tantùm, aut Nationem Religionemque disjunctivè ſignificant. Ergo, ſi primùm, ut dicebamus, nulla erit irreligioſæ profeſſionis ſuſpicio. Et ſi admittatur alterum, Vexilla erunt ſignificationis æquivocæ, & ego poteeo illis uti in quacumque ſignificatione velim; & nihil enim contea Fidem eſt, ſi intendam credi natione Turca, Maurus, aut Tartarus. Sed erit ſaltem hoc, ſignis mentiri, ais, & ego juxta ea, quæ paulò ante dicebam, diſtinguo: ſi enim Vexilla primam Mentis Operationem exprimant, nego: ſi ſecundam, concedo. At id erit mentiri nationem, non Fidem: adeoque ut plurimum, peccatum veniale. Conſultò dico, *ut plurimum*, quia fortè æquivoca ante Reſtrictionem, non habent ſignificationem disjunctivam, ſed neutram actu, utramq; autem potentia.

De vexillis in quibus ſint figura Ethnica. An liceat illa expandere?

Pars aſſerens probatur.

An ejuſmodi vexilla ſint æquivoca?

An ſicut verbis ſic etiam vexillis poſſit homo mentire?

Æquivoca ante reſtrictionem nihil actu ſignificant.

Dices hæc omnia tolerari poſſe, niſi in Vexillis ſint Idolorum imagines, tunc .n. ſtemmata ad Idololatriam vergunt, & qui ipſas erigit, erit idololatra.

An Gentilium Idolorum imagines in noſtris vexillis habere poſſimus Catholici?

Reſpondeo primò, Solis & Stellarum imagines eſſe æquivocas: nam, ſi ab Ethnicis figurantur, ut Apollinem, Iovem, Martem, aut alios Deos falſos ſignificent, à Chriſtianis ſine ſuperſtitionis ulla nota, ut generis ſplendorem & puritatem exprimant, uſurpantur. Mahometani utuntur in vexillis hoc ſigno ☽ Lunam eſſe plerique dicunt: aliqui Venerem, quod hæc ſicut Luna interdum falcata conſpiciatur. Hæc ſecunda expoſitio hodie doctiſſimum propugnatorem Romæ habet, cui non aſſentior; nam hoc ſignum apud Mahometanos antiquiſſimum eſt, & in falcem aeni Venerem à paucis annis poſt teleſcopii inventionem detectum. Porrò hoc ſignum ☽ apud Mahometanos, ſeu Venerem, ſeu Lunam ſignificet, omnis idololatriæ exſors eſt. Si illud Venerem ſignificare dicas, ſcire debes Mechæ (ibi Mahometus natus) fuit cultã fuiſſe Deam Venerem, antequam Mahometus ſuam legem promulgaret. Ergo, cum unum Deum Cœli & Terræ Creatorem Saraceni hodie omni Idololatria rejecta profiteatur, non utentur Veneris imagine ob devotionem, ut colant: ſed ob contemptum ut triumphatam & deſtructam veterem idololatriam à ſe fuiſſe ſignificent: ergo nihil erit mali, ſi Chriſtianus etiam vexilli erectione ſe Venerem & omnia Ethnicorũ Idola viciſſe & triumphaſſe proteſtetur. Nec mirum, ſi in ſtemmatibus illi poſuerint Deam triumphatam: nam etiam hodie Maurorum capita & Saracenos Reges in ſtemmatibus Nobilium Hiſpanorum conſpicimus, quos illi non ponunt ob oculos, ut veneremur, ſed ut victos captivos & occiſos fuiſſe cognoſcamus. Hoc ergo Mahometani ſenſu poſuerint Veneris imaginem in ſtemmatibus. Si hunc characterem ☽ non Venerem, ſed Lunam ſignificare dicas, moneberis eſſe purè politicũ, & religionem non concernere. Canit Hiſpanus,

An Solis & Syderum imagines ſint æquivocæ?

Mecha Mahometus naſcitur. Mecha Venus ut Dea colebatur: tollitur à Mahometo ejus cultus, & in memoriam illa triumphata in vexillis depingitur.

Cur Hiſpani Principes præferunt in ſuis ſtemmatibus Regum Maurorum capita? An ut ea venerentur?

Luna creciente	Alii, qui cultiùs lo-
Cuernos à Oriẽte	qui volunt, non
Luna menguante	*cuernos*, ſed *pun-*
Cuernos adelãte.	*tas* dicunt.

Quomodo cognoſcere poſſis an creſcat aut decreſcat Luna?

Agareni igitur, dum Lunam cornua in ſiniſtram obvertentem depingunt, creſcentis Lunæ Symbolo ſuam Monarchiam ſemper creſcere volunt ſignificare. Ceſſat ergo ſcrupulus; nam ſigna in Vexillis aut ſunt heroica Symbola, aut Deorum imagines; ſi primum, ſunt Politica: ſi ſecundum, licèt ab Ethnicis; aut triumphantia erigantur, erigi poterunt à nobis ut triumphata, juxta ea, quæ dudum dicebamus,

Cur Mahometanorum ſymbolum ſit Luna creſcens?

Corollarium III. *Probabile eſt licere uti veſtibus, tametſi inſtitutis à Iudæis, Mahometaniſque, ad ſolum uſum rei Sacræ.* Ita Sanchez *in ſumm.tom.*1.*lib.*2.*cap.*4. *nu.*20. & alii, quibus minùs probabiliter ſubſcribit Diana *ubi ſupra* §. *Sed plus.* Ratio eſt vera, ſubtiliſque & indiget expoſitione. Vox *camelus* ſecundum communem, & univerſalem ſuppoſitionem, animal ſignificat, quem etiam χάμηλον Græci nomināt: & tamen in dialecto Nautica, qua in mari utimur, ſonat rudentem craſſum fortemq; qui vela ſuſtinet. Et quis demonſtrabit te in navi non poſſe voce *camelus* uti juxtà communem acceptionem? Ergo ſimiliter de veſtibus philoſophemur. Nos ipſæ, quæcumque ſint, diſtinguunt à Barbaris, qui nuditatem ſuam non tegunt; ergo univerſæ indigitant illum, à quibus geruntur, non eſſe barbarum: ſi accidat, quod gentis ſpeciali ritu aut conſuetudine etiã ipſæ ad alias ſignificationes transferantur, erunt in regione illa ſignificationis duplicis, & poterunt in altera cautè uſurpari. Puto hanc rationem, ſi benè perpendatur, ſufficere. Interim, ſi adhuc in veſtibus remanere opineris aliquod impiæ Religionis veſtigium, elidi poterit, ut inferius dicemus.

An uti liceat veſtibus religionem tantùm ſignificantibus.

An quando vox habet duas ſignificationes, alteram communem, & alteram particularem poſſis in communi ſumi, rejecta particulari?

Veſtes habent ſignificationem communem & particularem.

Præterea, ſi ſint verba communia tuæ & externæ linguæ (puta tuæ patriæ & provinciæ in qua peregrinaris) poteris uti in ſignificatione materni idiomatis, modò non adſint (præcedant aut ſequantur) alia verba aut circumſtantiæ, quæ illa ad linguæ externæ ſignificationem reſtringant. Pono exemplum, *largo* vox eſt Italis, & Hiſpanis communis, illis ſignificat *latum*, & his *longum*. Si Hiſpanus Romæ Vaticanum conſpiciens admirabundus dixerit, *O edificio largo!* non erit ent magis latitudinem, quàm longitudinem admirari credatur: nam ſi inſtes, *Loquitur Roma, Ergo loquitur Italicè*: Inſtabo dicens, *Eſt Hiſpanus, Ergo loquitur Hiſpanicè*, & addam neutram conſequentiam eſſe infallibilem, aut neceſſariam. Si autem Hiſpanus diceret, *Queſto è un' edificio largo*: cenſendus eſſet loqui Italicè propter voces *queſto* & *è* (nam Hiſpanicè deberet dicere, *Eſte es un edificio largo*) & quia Italicè, non longum, ſed latum dixiſſe.

An verbis quæ ad duas linguas pertinent, uti poſſimus in alterutra ſignificatione?

Largo *Hiſpanorum & Italorum vox.*

Quomodo contrahatur?

Ergo ſi Veſtes, quæ in mea patria ſignificant hominem, non eſſe barbarum, in regione, in qua peregrinor, habent alias ſignificationes, etiam ibi veſtibus loquar. Sed cur in ſignificatione regionis peregrinæ, & non meæ patriæ? Profectò veſtes illæ, il-

An ſicut de verbis, ſic de veſtibus philoſophandum?

la-

larumque ſignificatio, ſi nullæ circumſtantiæ conſignificantes accedant, manebunt æquivocæ, & neutram habebunt ſignificationem; vel ſi aliquam habere dicendæ ſunt, habebunt ſignificationem meæ patriæ. Cæterùm, ſi circumſtantiæ particulares accedant, ab illis reſtringi poterit veſtium ſignificatio. Nam ſi veſtes apud Iudæos, Mahometanos Religionem ſignificantes ritu, & cæremoniis Religionis recepero, hæ cæremoniæ me Iudæum aut Mahometanum eſſe conſignificabunt; æquivocationem tollent, & ad ſignificationem religioſam reſtringent: ſi autem illas ego ſæculari authoritate ſumpſero, & illis crucem adjecero, hoc Crucis ſignum omnem tollet æquivocationem & ad ſignificationem politicam ſeu civilem reſtringet.

Quomodo contrahatur veſtium ſignificatio?

P. Andreas Mendus laudatus.

Vt firmem præcedentem doctrinam & hiſtoriæ ſubſequenti præluceam, P. Mendi doctiſſimi Viri interponam, quæ hucuſque dicta & ſtatim dicenda magna authoritate ſuccollant, *In Opinionum certò probabilium Epitome. verb. Fides. num. 5.* ſic ſtatuit. [Veſtibus Turcicis inter Turcas uti eſt grave peccatum, ſi abſque neceſſitate fiat, cum deſignetur Fidem deſeri & ſectam illam impiam velle fateri. At licitum erit ob gravem cauſam, veluti ob vitandam mortem, ob reportandam victoriam, ſeu quid ſimile. Ita Diana *p. 3. tr. 5 reſol. 49.* & *p. 5. tr. 7. reſol. 33.* Thomas Sanchez, Suarez, Bonacina, Machado & plures alii.] Et hæc ipſa verba ex ſequentibus reſtrictionē & expoſitionem naneiſcuntur; non enim præſtat neceſſitas, ut quis licitè poſſit ſigno, quod impiæ ſectæ admiſſionem concernat: ſed mutat ſignificationem illius ſigni & efficit ut rem aliam oſtendat. Pergit autem & ait. [At ſicut etiam licebit Romæ ut quis quæſitus ad carcerem & mortem, eam evadat, uti pileo flavo Iudæorum. Hæ enim veſtes ex ſe ſunt indifferentes, & ſolum vitandæ ſunt, cum ſunt proteſtativæ falſæ Religionis ex circumſtantiis, quibus eſt attendendum. Idem dicito de aliis actionibus, veluti de ingreſſu in templa Infidelium, Turcarum & Hæreticorum.] Et hic nota illud *ex circumſtantiis*, & illud *uti pileo flavo*. Sanè, ſi à circumſtantiis habent veſtes, quod Religionem proteſtētur, aut non proteſtentur & illis attendendum eſt: id non habent ab aliqua Reſtrictione Mentali, nec eſt cur tali Reſtrictioni attendatur: nam effectus à ſolis circumſtantiis, quæ ſenſibiles ſunt & concurrunt ad ſignificationem, procedit. Prætereà illud quod de flavo Iudæorum pileo dicitur, verum eſt; & juvat nos, ut per analogiam (ubi teneri hæc poteſt) de rubro & viridi galero (turbantum vocant Arabes) quorum priori Nobiles utuntur apud Perſas; & poſteriori apud Turcas, qui ſunt ex Mahometi proſapia.

Nulla eſt cauſa aut neceſſitas, propter quā quis poſſit verbo aut ſigno aliquo veram Religionem negare, & falſam profiteri & amplecti.

An veſtes ſint indifferentes?

Et omnis ſignorum indifferentia, aut æquivocatio, à circumſtantiis, & non ab ullo purè interno mentis actu reſtringitur.

Cum flavis Iudæorum pileis, Turcarum virides, & Perſarum purpurei conferuntur.

His ergo præmiſſis clariſſimè intelligere, & opportuna afficere cenſura poterimus Hiſtoriam de qua multi loquuti ſunt, & non pauci ſcripſerunt. *D. Rupertus Scherley, nobilis Anglus, curioſitatis gratiâ per diverſas Provincias peregrinatus, tandem in Perſiam venit. Abanti Regi placet ingenium Iuvenis: utitur in rebus Politicis, legat ad diverſos Principes, & ille negotiis ad votum Regis expeditis in Perſiam redit. Ad Catholicam Religionem (erat enim Hæreticus) Spahaamii (id urbi Regiæ nomen) convertitur: à Rege donatur Perſia & ut indigenarum juribus & privilegiis nobiliùs frueretur, Qizilbaſciis adſcribitur & Tago inſignitur: uxorem ducit; in Hiſpaniam mittitur, &c.*

D. Roberti Scherley hiſtoria.

N. B.
Rex Perſiæ Abas Chriſtianos & Religioſos præcipue ad alios Principes ob gravia negotia legabat.

Incipio à prima circumſtantia, ut laudem Deum mirabilem in operibus ſuis. E parentibus Puritanis in Anglia naſcitur, ab Hæreticis Magiſtris inſtituitur: peragrat Belgium, Galliam, Germaniam, & Italiam, & manet in ſua hæreſi contumax. Tranſit in Perſidem, ubi luxus immenſus, vita ſub Abante liberrima, mores corrupti; & hic, juvenis diveſque; qui poterat hac libertate fruiſci, a Deo tangitur & à Patribus Carmelitanis Excalceatis adjutus ad Catholicam fidem convertitur. Fœlix hæc reſolutio & Regi & Principibus placuit: amabant juvenem propter ingenium & mores, at propter Calvini dogmata contemnebāt; Angli enim apud Perſas, quia non adorant Crucem, deſpiciuntur & habentur tanquā Pſeudo-Chriſtiani. Vide in Petri de Valle Perſiam, epiſt. IV. datam Ferhabadii Kalendis Maji 1618. *nu. 16. pag. 212.* Sed & alios Europæos Hæreticos & Idololatras Indos Luſitanorum & Italorum Religioſorum opera converſos ad Catholicam Religionem fuiſſe in Perſia recenſet idem Author Epiſtola III. dat. 18. Decembris 1617. Quod ipſum eſt valde mirabile.

Manet D. Rupertus inter Chriſtianos hæreticus, & inter Perſas Mahometanos convertitur.

Angli & omnes Calviniſtæ cenſentur Pſeudo-Chriſtiani apud Perſas, quoniam non adorant Crucē, quam Franci, Græci, Armeni, & cæteri Chriſtiani adorant. Alii etiam hæretici Germani &c. in Perſia convertuntur.

Fuit donatus Perſide, hoc eſt cooptatus genti & nationi Perſicæ: An-ne licitè? Hic nemo difficultatem reperit: hunc potuit honorem Rupertus tuta conſcientia acceptare: Nationem enim & non Religionem concernit.

Conceditur D. Ruperto ut ſit Perſa virtualiter: hoc eſt, ut ita ſe habeat, ac ſi natus eſſet in Perſia.

At fuit adſcriptus Qizilbaſciis & Tago inſignitus. Hic eſt nodus difficultatis. Qizilbaſcii, ut Epiſt. V. dat. 22. April. & 8. Maji 1619. nos docet idem Author, ſunt nobiles Supremi Ordinis apud Perſas, quos D. Ioannes de Perſia ad Fidem Catholicam in Hiſpania converſus in ſua

Adnumeratur Qizilbaſcius.

Hi-

Qui & quales ipſi ſint?

Familiam Vſuni-Haſani extinxerunt, Iſmaelem ad regiam coronam evexerunt, & ejus hæreſim ſanguine ſuo firmarunt.

Hiſtoria,cum noſtris Ducibus & Marchionibus componit. Hi Qizilbaſcii ſunt nepotes & poſteri militum, qui extincta familia Vluni-Haſani, & abactis Turcommannis, Sciham Iſmaelem primum Perſarum Regem & Hæreſiarcham (Perſæ enim in Mahometana Religione ſunt Hæretici) ad Coronam imperiumque evexerunt. Hic Rex, ut ait citatus Author pag.371. *Gli rannò, gl' inſtitaì, e gli nobilitò, e diede loro per inſegna di nobiltà, e di Religione il Tag, che portano in capo, da che ſi chiamano Chizilbaſci, ò Capi roſſi.* Qizilbaſcii ergo ſunt militia religioſa & Tagum pileus eſt, quo & nobilitas & Religio ſignificatur. Volebat Abas, Perſiæ Rex, propter ingenii dotes honorare Rupertum; & ut faceret, obtulit ., ¦ pileum rubrum, inſigne Nobilitatis Qizilbaſciæ. *Et* Rupertus Theologos conſuluit, An poſſit tuta conſcientia acceptare hunc honorem?

Tag nobilitatis, & religionis ſignum eſt.

Qizilbaſcii apud Perſas ſunt Religioſi militares.

An D. Rupertus Tag à Rege oblatum acceptare potuerit?

Laertius *libr.2.cap.22.* in meam memoriam ante Reſponſionem ſuccurrit, ſi enim bene recordor, Stilo conſpiciens Cratetem media hyeme frigore titubantem, Δοκεῖς, inquit. *μοὶ χρεῖαν ἔχειν ἡματί'ȣ καινȣ͂* (ſeu *καὶ νȣ͂* leporis feſtivitas cōſiſtit in vocabulo aliquo ambiguo quod latinè reddi non poteſt: nam *καινȣ͂* conjunctim, ſonat *novo* & *καὶ νȣ͂* diviſim ſonat *& mente*: & diſcrimen, ſi ſcribatur hoc verbum, oculis videri poteſt; ſed auribus vix ſentiri poteſt) Senſus totius propoſitionis eſt. *Videris mihi agere pallio novo,* ſeu *pallio & mente.* Argue enim amentiæ Cynicum, qui veſtem tempori non accommodabat.

Apophthegma curioſum in verbi diviſione cōſiſtens.

Sunt tempori veſtes accommodanda.

His poſitis ad Perſiam revertamur. Dicebat R·x Abas Ruperto, Δοκεῖς *μοὶ* χρεῖαν ἔχειν Ταγί'ȣ *καινȣ͂*: ad literam. *Videris mihi neceſſitatem habere pilei novi* Hiſp. *Me pareces tener neceſſidad de un ſombrero nuevo.* Et quia, Tu Ruperte Σόφȣς conſulis & ſcire ab eis deſideras, An poſſis ſine conſcientiæ ſcrupulo pileum hunc novum, hoc eſt, Qizilbaſcium acceptare; Ego, licet non Σόφος, ſed φιλόσοφος ſim tibi reſpondeo. Δοκεῖς *μοὶ χρεῖαν ἔχειν* Ταγί'ȣ, *καὶ* Nȣ͂. *Videris mihi neceſſitatem habere Tagi (pilei Qizilbaſcii) & Mētis.* Illud itaque accepta, ut apud exteros gloria & honore condecoreris: & hac utere, ne fortè Tagum ipſum aliquam ſuperſtitioſam circumſtantiam importet, quæ obſiſtat puritati conſcientiæ. Ergo, quærendus modus eſt, quo tametſi Tagus Procerum te numero accenſeat, te eſſe Mahometanum non dicat. Crucifixum igitur ſuper Tagum impone; hic enim, ibi collocatus, intactam relinquet Nobilitatis gloriam; & Mahometanæ Hæreſeos impietatem elidet. Sic fecit ut Vallæus narrat, ille: & ſic in eodem pileo Politicā à Theologica, Civilem à Religioſa circumſtantiā diſtinxit.

Quia Rupertus Tagum Crucifixo exornavit, honorem Qizilbaſcii admiſit, & contra Hæreſim Qizilbaſciam clariſſimè proteſtatus eſt.

Corollarinm IV. *Probabile licere uti Caremoniis & Cultu Infidelium etiam idololatriam concernentibus, modò cum æquivocatione fiat: ſine hac autem æquivocatione nunquam licere certum eſt.* His paucis verbis comprehenditur ſententia Lorcæ, cum omnibus ſuis limitationibus; aſſerit enim *in 2.2.qu.6.diſp.24.num.7.& 9.* licere uti Gentilium & Ethnicorum cæremoniis. *Primò* ſi tales actiones ipſæ ſint, ut ratio cultus ab iis ſeparari poſſit. *Secundò* ſi abſit ſcandalum. *Tertiò*, ſi non obſcuretur confeſſio Fidei, quando hæc obligat. Et ſanè, qui æquivocatione utitur, cultum à cæremoniis abſtrahit, & quantum ex intentione ſua neminem ſcandalizat: Et non teneri pro tunc Catholicam Fidem profiteri poſitivè & expreſsè ab interrogante ſupponitur. Conſentit noſtro Lorcæ Medina *in p.2.qu.103.ar.4.* An Lorcæ ſententia ſit probabilis, aliis judicādum committit Diana *ubi ſupra* S. *Notandum eſt etiam.* Et quidem mihi videtur pluſquam probabilis: vel ſupponamus Lorcæ opinionem eſſe falſam, & videamus quî poterit Diana hiſtoriam Eliſæi & Naamani defendere; maximè, ſi dicatur, ut poteſt & ſolet (immò ut debet) dici Propheta in Decalogo non diſpenſaſſe. Prophetæ Aſſyrius Princeps *Non faciet ultra ſervus tuus holocauſtum aut victimam Diis alienis, niſi Domino. Hoc autem ſolum eſt, de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo* (legunt alii, *in hoc negotio propitius ſit Dominus ſervo tuo*) *quando ingredietur Dominus meus in Templum Remmon, ut adoret & illo innitente ſuper manū meam ſi adoravero in Templo Remmon, adorante eo ut ignoſcat (ut propitius ſit) mihi Dominus meus (hoc eſt, Deus) ſervo tuo pro hac re.* Et Propheta Principi. *Vade in pace.* Pro intelligentia hujus Hiſtoriæ notandum eſt, tria eſſe verba in Textu Hebræo, Græco, & Latino, quæ ſunt æquivoca; & tametſi in Metaphorica acceptione conveniant, differunt in Primaria. Illa ſunt *Saha προσκυνέω & adoro.*

An & quomodo liceat uti infidelium ceremoniis?

An cultus ab ipſa materiali caremonia ſit ſeparabilis?

An hac doctrina ſit probabilis?

An Eliſæus in Decalogo diſpenſaverit?

Eliſæi & Naamani hiſtoria recenſetur.

De propria & metaphorica ſignificatione.

Adoro, ut à latino incipiam, ſæpe eſt idem, quod *Oro, Loquor.* Apulejus lib.2. *Infuſa aqua populum ſic adorat*, hoc eſt, *adloquitur.* Interdum eſt idem, quod *Oro, Precor.* Virg.Æn.10.

— *Vos ò potiùs miſereſcite venti,*
In rupes, in ſaxa volens vos Turnus adoro
Ferte ratem, ſævíſque vadis immittite Syrtes.

ait enim Servius. [Ad *vacat & eſt metri cauſa*

Adoro *eſt* Loquor.

Eſt etiam Precor.

In os ad admoveat.

cauſa additum.] Et tandem eſt *ad os admoveo*; & ideò ſine voce adoratio fieri poteſt, ſine ore non poteſt: & hanc ob rem Elephas & Phœnix (ſi ulla uſquam eſt) Solem adorare dicuntur, unde non eſt cur quis ſubſcribat Nonio dicenti *Ador frumenti genus eſt, quod epulis & imolationibus ſacris pium putabatur; unde* Adorare *id eſt*, propitiare Religiones *poteſt ductum videri*.

An, & cur Animantes adorare dicantur?

Adoro *eſt* ad ad ora admoveo.

Nonium Priſcianus & alii ſequuntur.

Προσκυνέω ex πρὸ, *ante* & κύω *oſculor*; aut, ſi velis, ex προὶξ ſeu προῖξ *donum* & κύω *oſculor* componi poteſt: ita ut ſignificet, *Praeoſculor*, aut *Donum offerendo oſculor*.

Quid ſit, & unde pronenias προσκυνέω

Saha, ut in Harmonia quatuor linguarum habet Georgius Cruciger, eſt *humiliari, procumbere, inclinari deorſum*; unde per Metaphoram *adorare* & *ſupplicare*. Ponitur in *Hithpahel*, ut in Textu Hebræo videre eſt.

Quid ſit Radix Saha, *unde* Hiſthahe *in* Hithpahel?

Porrò Hiſtoria hæc ſi ſtemus Latini aut Græci Textus verbis, eſt difficilis: ſi Hebraico facilis. Vberioris ergo doctrinæ gratia ſingulos percurramus.

Textum latinum ſic expono. *Hoc autem ſolum eſt, de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo; quando ingreditur Dominus meus in Templum Remmon, ut adoret (ut ad os Diaſtri effigiem admoveat) & ille innitente ſuper manum meam, ſi adoravero (ſi & ego ad os ejuſdem effigiem admovero) in Templo Remmon adorante eo, ut ignoſcat mihi Dominus meus ſervo tuo pro hac re.* Et nec video, cur Naaman deberet neceſſariò ad os ſuum admovere Idoli effigiem; nec cur poſſet ab impietate excuſari, ſi faceret.

An Idoli effigiem ſine culpa Naaman *ad os admovere potuerit?*

In Verſione ex Græco, ſic lego. *Hoc autem ſolum eſt de quo depreceris Dominum pro ſervo tuo; quando ingredietur Dominus meus in Templum Reman, ut adoret (ut illũ praeoſculetur, aut donum offerens oſculetur) & illo innitente ſuper manum meam, ſi adoravero (ſi & ego eumdem Remanem praeoſculatus fuero, aut donum oſculando ipſi obtulerim) in Templo Remanis, adorante eo, ut ignoſcat mihi Dominus meus pro hac re.* Et hic interim eadem cenſura condemnabo Naamanem: non enim habebat, cur exoſcularetur Idolum, aut ei munera offerret.

An illum praeoſculari? aut offerendo munus oſculari potuerit?

Ceſſant autem omnes omnes difficultates, ſi ad Textum Hebraicũ recurramus: quoniã ad literã latinè redditus ſic habet. *Hac re parcat IEOVA* (a) *ſervo tuo. In intrando Dominus meus* (b) *ædem Rimmon* (c) *ad incurvandum ſe ibi, & ipſe innixus fuerit ſuper manum meam & incurvavero me in æde Rimmon, in hac incurvatione mea in æde Rimmon, ignoſcat quaſo IEOVA ſervo tuo hac in re.*

An ſe in Idoli templo incurvare potuerit?

a] Eſt nomen Dei mirabile in Lingua Hebraica, & eſt, ſi Latinis characteribus exprimatur, mirabile. Ibi ineffabile dicitur, quod puncta vocalia non habeat, & ſine iis proferri nequeat. Hic contra omnes quinque vocales continet & nullam habet conſonantem.

b] Hebræam Latinus phraſim nequit reddere, at exactè eam Hiſpanus exprimit: diceret enim, *Al entrar mi Señor en el Templo de Rimon*. &c.

c] Non eſt hic Deaſter tanti, ut frangere debeamus caput noſtrum aut veſtrum inquirendo, an *Rimmon*, an *Remon*, an *Reman* fuerit ille vocatus: at hoc ipſum diſſidium proderit, ut cognoſcamus Inventores punctorũ antiquas vocales alteraſſe.

Nomen Dei eſt mirabile.

Lingua Hiſpanicà exprimit Hebraicas phraſes, quà à Latina.

In texto Hebræo Rabbini antiquas vocales mutarunt.

Dico igitur in Hebræo Textu nullam prorſus difficultatem reperiri: tametſi .n. Rex & Naaman ſe incurvarent in Templo, hæc ipſa incurvatio & inclinatio habebat diverſas cauſas & diverſa motiva: nam ſe Rex incurvabat, ut reverentiam exhiberet *Rimmoni*, & Naaman ſe incurvabat, non ut revereretur Idolum, ſed ne Rex caderet.

Tametſi Regis & Miniſtri incurvatio eſſent materialiter ſimiles, differebant formaliter, nam ſignificabant res diverſas.

Vt hanc hiſtoriam benè intelligas, alterã non omninò diſſimilem ex Regiis Annalibus adnectam. Apud Perſas, Medos, & Indos Reges adorari, & qui illos ſalutabant toto corpore inclinari (incurvari) invenimus: quo apud Thebanos cultu ſolus Deus honorabatur. Et quid Iſmenias faceret? Cum Artaxerſe de graviſſimis rebus acturo corpus inclinare non permittebant leges patriæ, erat enim Thebanus: & toto procidere corpore jubebant Perſicæ: magno conſilio annulum labi in terram permiſit, lapſum ſubſtulit; & ſic toto corpore ſe inclinavit coram Rege; non tamen ſe inclinavit Regi. Alexander ab Alexandro *lib. 2. cap. 19.* Ergo Naamanus poterat ſe inclinare & incurvare coram Remmone, quin ſe inclinaret aut incurvaret Remmoni. Sic igitur ex præmiſſa doctrina diſcurramus. Cum Naamanus Militiæ Aſſiriæ Princeps, Regi à brachio, (Hiſpanicè, *eſcudero del Rey*) genuflectebat coram Remmone Idolo, vel peccabat mortaliter, vel non, &, ſi non, vel Propheta diſpenſavit in primo præcepto Decalogi, vel actionis æquivocationem approbavit. Atqui primum (videlicet Naamanum in hac incurvatione peccaviſſe) non poteſt dici; nam quomodo in pace mitteretur, qui petebat conſcientiæ remedium, ne peccaret: & tamen dimittebatur peccaturus: ergo dicendus eſt Naamanus non peccaſſe genuflectens coram Aſſyrio Idolo: Et quia Propheta proprio nomine in Decalogo diſpenſare non potuit, & Dei nomine non diſpenſaſſe ponimus (nam contra Ochamum cum ſententia communi, in Eccleſia & Schola ſentimus, non poſſe Deum in prima Decalogi tabula contrariè diſpenſare) videtur ſententiam Naamani approbaſſe, cujus genuflectio erat, ut ſic loquar, æquivoca: poterat enim

Iſmenias floret anno 368. ante Chriſtum. Ergo Artaxerſes quicum erat acturus, fuit Tertius, qui *Ochus* nominabatur.

Iſmenias corã Rege Perſarum ſe inclinat, & tamen illum nõ adorat.

An Naamanus ſuo Regi ſerviens coram Idolo ſe potuerit ſine culpa inclinare?

An in prima Tabula Decalogi poſſit Deus diſpenſare?

Diſpenſare contradictoriè eſt dare licentiam, ut rem præceptam nõ faciam: diſpẽſare autem cõtrariè eſt concedere, ut oppoſitam faciã.

fieri

fieri vel ad ψευδοθεοῦ cultum & ad obſequium Regis. Nam miniſterium, quo fungebatur Naamanus, & publica ipſius Dei externi profeſſio (dixerat enim, *En nunc novi quod non eſt Deus in tota terra niſi in Iſraele.&c.non enim facies ultra ſervus tuus holocauſtum, aut ſacrificium Diis alienis, niſi leova*) quam apud ſuos faciebat, ad ſecundam ſignificationem reſtringebant, ergo Naaman ſe coram Idolo inclinabat,ut Regem ſuſtineret,non autem ſe Idolo inclinabat.

Aliud eſt ſe coram Idolo inclinare, & aliud ipſi ſe Idolo inclinare.

NOTA.

HÆC ſecunda Sectio ad Illuſtrium Theologorum mentem ſecuriſſimè defluit; at eadem clariùs faciliùſque deciderentur,ſi ad Sectionis primæ Concluſiones ſingula Aſſerta climarentur.

Porrò ſe coram Rege aut Idolo proſternere ſi nihil addatur, adorare non eſt, ſed cæremonia indifferens, quæ multa poteſt ſignificare. Vt autem corporis incurvatio cultus ſit Religioſus per deprecationē debet neceſſariò reſtringi. Martialis enim ſemel dixit,quod plures repetierunt Theologi,

Inclinatio, precibus ſumpta, non eſt adoratio.

> *Qui finxit ſacros Pario de marmore vultus,*
> *Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.*

Et,ſi de Naamane aut Iſmenia loqueretur, dixiſſet,

Quid inclinationi addendū ſit?

> *Qui coram Idoli ſtatuam proſternitur, illud*
> *Non facit ipſe Deum,qui rogat,ipſe facit.*

At,inquies,Iſmenias,ſe incurvabat & rogabat; erat enim Thebanorum Orator. Ergo & Artaxerxem adorabat. Reſpondeo autem Oratores orare; proponunt enim,quæ ſui Populi interſunt; ſi fiant, pacem promittunt;aliàs,bellum minantur.

An Oratores rogent?

ARTICVLVS XV.

An Imperatores Chriſtiani potuerint olim ſine conſcientiæ labe Summi Pontificis Gentilitiam Stolam, & cum ipſa Ethnicam Dignitatem admittere?

An,& cur Ethnici habuerint Summum Pontificem?

TAM Græci, quam Romani, ſiquidem multos Sacerdotes habebant, qui in Sacris ſuorum Idolorum miniſterio ſervirent, habere debuerunt ἱεράρχην, (videlicet, *Summum Pontificem*) qui in rebus, quæ Deos concernebant,cæteris præſideret. Ejus utrobique(in Græcia & Latio)fuit abſoluta & interdum diſſoluta poteſtas: erant enim exempti à Conſulum Iuriſdictione eorumque actibus invigilabant tanto imperio,ut ſi juberent, dignitatem illi ſtatim abdicare deberent. Indicebant Comitia, indictis tempus contrahebant aut prorogabant: & dum celebrabantur, Religionis prætextu diſſolvebant. Criminalium, Civiliumq; Iudicum Decreta firmabant, & ſi placeret dirimebant: ſe in Senatus negotia intrudebant: & dicendo id Diis placere aut non placere apud imperitum vulgus reverentiam,obedientiamque conſequebantur. Cicero *lib. 2.de natur. Deor.* & iterum *libr.2 de legib.* Valerius Maximus *lib.4.cap.2.& 3.* Cornelius Tacitus *de morib. German.* Timannus Geſſelius *in Hiſt. ſacr.tom.2. ad ann.312. pag.373.*

Quanta ejus immunitas & authoritas fuerit?

Omnia agebat Religionis ac Pietatis prætextu.

Hanc ob rem Summi Pontificis dignitas non niſi Viro illuſtri & ſeniori, & de Republica optimè merito conferebatur; primus enim qui in adoleſcentia ad tantā potuit dignitatem adſcendere, fuit Iulius Cæſar; qui tanta ad illam animoſitate adſpiravit, ut matri ſuæ diverſa conſilia,ſed ſuę ętati cōveniētiora,ſuadenti dixerit,*Hodie habebis, ô Mater, aut Summum Pontificem filium; aut proſcriptum à toto Orbe Romano.* Fuit quidem ἱεραρχίαν conſequutus;quam æſtimavit tanti,ut Imperator factus,illam noluerit abdicare. Imitatus fuit Ægyptios,apud quos Regia & Pontificia authoritas conjungebantur: Mercurius enim celeberrimus illorum Rex, ideò Τρισμέγιστος, *ter maximus* etiamnum dicitur, quod Philoſophus maximus, Sacerdos maximus, & Rex maximus fuerit: quoniam ibi è collegio Philoſophorum Sacerdotes, & è Sacerdotum conſiſtorio Rex,imperaturus omnibus, deligebatur. In Delo ſimilis obſervabatur conſuetudo: fuit enim ibi teſte Virgilio *Æneid. lib.3.*

De ejus ætate. An ſenex eſſe deberet?

Iulius Cæſar juvenis promovetur.

Imperatoriam Pontificiamque poteſtatem conjungit.

Cur Mercurius dictus ſit, τρισμέγιστος?

> *Rex Anius:Rex idem hominum,Phœbique Sacerdos,*

De Anio, Rege & Pontifice.

Sed

De Numa Pompilio.

Sed & apud Romanos Numa Pompilius, ſecundus à Romulo Romanorum Rex, ſe cum Ægeria Nympha nocturnos congreſſus habere ſimulans, Deorum ſe conſtituit Interpretem & utriuſque ſexus Sacerdotes inſtituit; quibus ipſe ſuprema præerat authoritate. Stat ergo tanti ἱεραρχίαν habitam fuiſſe apud Gentiles, ut illa Reges Imperatoreſq; Majeſtatem ſuam condecorarint:

Proponitur quæſtio.

Et his præmiſſis Quæſtio excitatur, quę interrogat, *An Imperatores Chriſtiani potuerint in iis quæ ad Ethnicorum Numinum cultum ſpectant, eſſe Summi Pontifices?*

Qualis fuerit Conſtantinus? Quales ejus Succeſſores? Quales illo ævo Epiſcopi?

Pro parte affirmativa hoc argumentum militat. Fuit ſanè Conſtantinus Princeps religioſiſſimus: & In imperio illum Viri Chriſtianiſſimi ſequuti ſunt: eorumque tempore in Oriente & Occidente floruerunt Sanctiſſimi Epiſcopi. At Conſtantinus & Chriſtianus & Religioſiſſimus oblatam ab Ethnicis Sacerdotibus ἱεραρχίαν (Sūmum Pontificatum) acceptavit; idemque ejus ſucceſſores uſque ad Gratianum pręſtiterunt: nec fuit Inter Græcos Latinoſq; aliquis Epiſcopus; qui contradiceret, aut contra obloqueretur. Ergo & ipſe, & Epiſcopi, poſſe id tuta fieri conſcientia judicarunt. Probatur Minor, ſcribit enim Zoſimus. *Simul atque Summum Imperium quiſque conſequebatur, Amictus ei Sacerdotalis offerebatur à Pontificibus, & continuò Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur. Ac cæteri quidem Principes lubentiſſimis animis honorem hunc accepiſſe, & hoc uſi titulo videntur; adeoque Conſtantinus etiam potius imperio, &c. itemque poſt illum reliqui ordine ſequuti & Valentinianus & Valens.* &c. Timannus Geſſelius *Hiſt. Sacr. tom. 1. ad ann. 312. pag. 373.* [Munus Pontificis Maximi erat Dignitas Imperatori propria. &c.] Dixerat. [Conſtantinus Imperator fit Summus Pontifex. &c.] Nec erit cur objicias Conſtantium Conſtantini filiū multoſque cum eo Proceres, Epiſcopoſq; tunc fuiſſe Arrianos: cum quia Conſtantius cum Dalmatio parvo in Oriente regnaos non fuit Summus Gentilium Pontifex: tum quia æque Arriani ac Catholici Idololatriam exſecrabantur.

An Pontificia & Cæſarea dignitas apud Ethnicos fuerint connexa?

Conſtantinus diviſit Imperium inter filios, Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem; quorum ſecūdus fuit Arrianus, alii verò Catholici.

Gratianus & Theodoſius Ethnicam ἱεραρχίαν (Summum Pontificatum) ſibi oblatam, recuſant.

Pro negativa parte hoc argumentum conformatur. Ea quæ ſunt cum magna utilitate conjuncta, ſi honeſtè fieri poſſint, nequeunt prudenter recuſari. At Summi Pontificis dignitas Gentilitia ſummè erat utilis Imperatoribus Chriſtianis ut Ethnicos ſuprema authoritate gubernarent. Ergo, ſi honeſtè & licitè potuit admitti, à nullo Viro prudenti debuit recuſari. At ultrò à Sacerdotibus Ethnicis oblatam Gratianus, & ejus exemplo Theodoſius recuſarunt: & in hac ipſiſſima recuſatione ſumma prudentia, quia ex magnorum Theologorum conſilio, proceſſerunt. Ergo & ipſi optimi Imperatores, nec non Theologi, quorum regebantur conſilio, non poſſe tuta conſcientia Summum Religionis Ethnicæ Pontificatum admitti judicarunt. Conſtat Minor ſubſumpta ex Zoſimo *lib. 4.* Geſſelio *loc. cit.* ex quo Genebrardus ad ann. 385. ſic ſcribit [Pontificis Maximi titulum (Gratianus: adde & Theodoſium) ſibi ab Imperio oblatum recuſavit: quod penes Civilem Magiſtratum jus ſacrorum eſſe negaret Zoſimus.]

Debet Princeps in iis, quæ conſcientiam tangunt, ex conſilio Theologorum procedere.

Hanc autem Quæſtiooem deciſurus & dilucidatnrus, ſequentes concluſiones pronuncio. Et eſt

An Chriſtianus poſſit imperare infidelibus?

Prima. *Licitum eſt Principi Fideli & Chriſtiano gubernare ſubditos infideles.* Eſt certa, nam Romæ Summus Pontifex, Viennæ & Pragæ Imperator, & multi Principes aliis in locis, Iudæos tolerant, & legibus opportunis coercent. Et Rex Hiſpaniæ, qui Iudæos non admittit, multa Mahometanorum millia Madriti, Hiſpali, Neapoli, &c. habet in ſervitute & illa piè & ſanctè gubernat.

An Iudæi, & Mahometani in Chriſtianorum urbibus licitè tolerentur?

Quid debeat, aut non debeat contra heterodoxos & infideles Princeps pius & Catholicus facere?

Secunda. *Chriſtianus Princeps, ſi illos nequeat ad Fidem Orthodoxam convertere, poteſt, ut in ſua lege vivant infideles permittere; non autem ſacrilego eorumdem cultui cooperari.* Eſt certa & antiquiſſima hæc doctrina. Quia autem conditionata eſt, ut patet & illis verbis, *ſi nequeat*, ad duos caſus controverſiam deducit: vel enim Orthodoxus Princeps Infideles coercere poteſt, vel non poteſt. Si non poteſt, quia vana ſine viribus ira; illos toleret, exemplumque Conſtantini & Licinii ſequatur (*) Geſſelius ad ann. 313. *Promulgatur*, ait, *nomine Conſtantini & Licinii Imperatorum Edictum, quo tam Chriſtianis, quàm Gentilibus libertas Religionis conceditur.* Euſebius *lib. 10. cap. 5.* ſi poſſit contra Infideles magna cum fiducia procedat; Iovinianus enim Dei gratiæ, & auxiliis confidens [Imperii noluit priùs inſignia ſuſcipere, quàm milites uno ore ſe Chriſtianos profiterentur; negans ſe Chriſtianum Paganis imperare poſſe. Nicephorus *lib. 10. cap. 28.* Ruffinus *lib. 2. cap. 1.* Idololatricas vanitates à Iuliano reſtauratas deſtruxit; quas poſtea (non enim potuit aliter) Valens permiſit Theod. *lib. 4. cap. 24.*] Dedi verba Genebrardi *in Chronic. ad ann. 368.*

(*) Illud Morale Monitum, *Neceſſitas caret lege*, ab aliquibus Hiſpanis per Aſſonantiam vertitur, *La neceſſidad tiene cara de Herejo.* Et meritò, multa enim cohoneſtat neceſſitas, quæ extra neceſſitatis caſū cenſerentur ſacrilega; quale eſt univerſim loquendo, minora peccata permittere

De Eliberino Concilio.

Hioc lux Canoni LX. Concilii Eliberini, *Nequis frangat Idola*, præcipienti. Geſſelius *Hiſt. Sacr. pag. 383.* [Habitum eſt ſecundum Baronium ann. Chr. CCCVI.

Digitized by Google

Voſſio & aliis ſeriùs, Eliberi, Civitate Hiſpaniæ Bæticæ, cui interfuit Magnus ille Oſius, Epiſcopus Cordubenſis, & poſthac futurus Præſes Concilii Nicæni. &c.] Sic autem ſub ann. CCCXV. ſcribit Genebrardus *in Chronico*. [Elibertinum prope Granatam in Hiſpania Epiſcoporum novemdecim: ſeu Illiberitanum ad radices montis Pyrenæi; cui interfuiſſe Helenam, matrem Conſtantini, cum Conſtante nepote ait Johannes Gerundenſis.]

Ejus ſenſus geſſimus Canon exponitur.

Citatus Concilii Eliberini Canonem dilucidatur Timannus Geſſelius *ubi ſupr.* pronunciat; [non licere id proprio motu (1) quia tale quid in Evangelio non præcipitur, nec Apoſtoli ſuo exemplo præiverunt: (2) quia ex eo concitatur perſequutio: (3) quia Chriſtus dicit, *Siquis te perſequutus fuerit, fuge in aliam Civitatem.*] Sed non tangit difficultatem. Primò enim hæc Propoſitio, *Ea tantùm licent, quæ vel Evangelium præcipit, aut Apoſtoli exemplo præiverunt*, falſa eſt: multa enim licitè facimus, quæ nec fecerunt Veteres, nec nobis indicuntur divinitùs. Ergo ejus loco hanc ex noſtra Dialexi *de non certitudine* ſubſtitue, *Sunt omnia in praxi nobis certò licita, quæ certò interdicta non ſunt.* Secundò, quia, ſi, ne concitetur perſequutio deberemus non conſtringere Idola, etiam illa colere & adorare debuiſſent omnes Martyres; nam ob Idolorum contemptum concitatæ fuerunt omnes veteres perſequutiones. Tertiò, non bene exponit Geſſelius verba Chriſti; nam virium carentiam ſupponunt. Si enim Civitatem Chriſtianam Infideles invadant, & reſiſtere non poſſimus, fugiemus, cæterùm ſi aut armis, aut ſolvendo tributa valeamus ſubverſionis aut mortis contingentiam evadere, è duobus minus malum eligimus, & in civitate manemus. Ergo vera ratio Canonis eſt, *Quia nemo injuſſus poteſt privata authoritate facere, quod vergat in aliorum perniciem.* At ceſſante periculo poſſumus & debemus. Et hoc nos docent Apoſtolicorum Patrum & Sanctorum exempla; quoniam, ut alios præteream, D. Benedictus,

Quænam licita & illicita ſint?

Locus Evangelii dilucidatur.

Quando è civitate in civitatē debeat Chriſtianus fugere?

An S. Benedictus contra prædictum Canonē idola fregerit?

Hymnus ad Veſp. in S. Benedicti ſolennitate.

Æream turpis Clarii figuram,
Et nemus ſtravit Veneri dicatam,
Atque Baptiſtæ poſuit ſacrato
Monte ſacellum.

Quod etiam narrat S. Gregorius, ex quo in ſecundo nocturno paragraphum ſequentem legimus, *Poſteà Caſſinum migravit; ubi ſimulachrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, comminuit; aram evertit; & lucos ſuccendit; ibique S. Martini ſacellum, & S. Ioannis Ædiculam extruxit: oppidanos autem & incolas Chriſtianis præceptis imbuit. &c.*

Sub Chriſtianiſſimis Imperatoribus ob Miniſtrorum negligentiam in monte Caſſino Idololatria cōſervabatur.

Sed objicies. Tolerare Infideles ſola licitum facit neceſſitas. At Romæ Pontifex, Viennæ & Pragæ Imperator, Orani in Africa Hiſpaniarum Rex; & alibi alii Chriſtiani Principes Judæos (& idem de Mahometanis dicito) abigere & proſcribere poſſunt, Ergo & debent.

An Infideles poſſint extra caſum neceſſitatis tolerari?

Et ego verbum illud *neceſſitas* exponendo, reſpondeo; hic neceſſarium Principi dici, quidquid ab ejus arbitrio & voluntate libera non dependet; & quia in eadem re poteſt & ſolet una circumſtantia eſſe libera, & altera non eſſe libera, neceſſitatem aut libertatem dico poſſe Religionem ipſam, aut etiam ſolum locum concernere. Et quidem, ſi eſt liberum alicui Principi Infideles, in ſuis civitatibus habitantes, convertere, tenetur illos ad Catholicam Religionem reducere. Cæterùm, ſi illos nequit convertere, & tamen retinet cum utilitate & fine ſpirituali aut etiam temporali ſuorum ſubditorum periculo, non tenetur expellere. Vnde agens de Pontifice in particulari & convertens oculos ad Iudæos, qui in territorio Eccleſiæ tolerantur, quia non eſt medium proportionatum ad illorum converſionem proſcriptio, ſic inquam. Romæ Profectò Iudæi ſunt ſub Pontificii verbi ſecuritate admiſſi; dimitti quidem poſſunt, at ſpoliari aut occidi non poſſunt. Et quid, ſi dimitterentur? Si dimiſſi, ad Chriſtianam fidem converterentur, dimitti neceſſariò deberent, & eorum cooperaretur impietati, qui eos retineret. Cæterùm ſi dimiſſi (ſive Conſtantinopolim, ſive aliò vadant) in ſua ſint religione manſuri, qui illos retinet non ad impietatis ſubſtantiam, ſed ad circumſtantiam loci, quæ eſt prorſus indifferens, tantùm concurrit; præſtat enim, ut qui aliàs Iudæi futuri eſſent in loco A, ſint Judæi in loco B, in quo Chriſtianis potiùs, quàm Mahometanis tributa & ſervitia perſolvant.

An convertentur, ſi expellantur?

Immò potiùs ejus converſionem ſperare debemus, ſi inter Chriſtianos relinquantur, quàm ſi Conſtantinopolim, aut aliò ad Infideles abigantur.

Aliud eſt ad ſubſtantiam peccati, & aliud ad loci circumſtantiam concurrere.

Tertia. *De hac ipſa permiſſione poſſunt ſancire leges, quæ aut majora ſacrilegia vitent, aut Reipublicæ conſulant utilitati.* Et huc reſpicientes nonnulli; inhibuerunt Gentilibus humanas hoſtias Diis offerre; Iudæis plures uxores ducere; & Mahometanis contranaturales omnes ſordes, quas illis Alcoranus indulget.

An Chriſtiani Principes poſſint circa leges Infidelium decernere?

Quarta. *Veſtes in Civiles, Regias, & Sacras diſtinguuntur.* Illæ à natione nationem; alteræ Principem ab inferioribus; ultima Religionem hanc ab illa ſecernunt. Sed de hoc uberiùs tractavi.

Veſtium diviſio

Expedire videtur ut ſigno aliquo externo ſuperior à ſubditis ſuis ſecernatur: nam inter apes Reginam à cætero vulgo Natura rerum mater diſtinxit: & occaſionem præbuit, ut illas imitari velimus.

Quinta. *Sicut apud plebem dantur veſtes quæ nationem, & veſtes quæ Religionem ſignificant, ſic etiam poteſt dari ornamentum Regium, quod juriſdictionem ſuper Infideles,*

non

non autem communionem in materia Religionis; & quod communionem in ſacris cum ſuprema poteſtate ſignificet. Et oſtenditur; quoniam, ſi Pontifex, aut Imperator Iudæis Iudicem ſpecialem denomjnaret, & hunc tali aut tali ſigno uti juberet, ut à Iudicibus cæteris diſtingueretur, poſſet hoc ſigno tuta conſcientia uti, aliud enim eſt eſſe participem Infidelitatis, & aliud judicare & punire ſcelera & peccata infidelium.

De Stola, quam Flamines nuper creatum Imperatorem exornabant.

Sexta. *Illa ſtola, qua Summi utebantur Pontifices, quam cum dignitate Conſtantinus & alii Chriſtiani Imperatores admiſerunt, quamque Gratianus, Theodoſius, & alii recaſarant:* vel *fuit ſignum merè Politicum, poteſtatem & authoritatem in Ethnicos, & eorum Sacerdotes ſignificans:* vel *fuit ſignum merè Religioſum, cultum Idolorum concernens,* vel *tandem mixtum; utrumque, Deorum cultum, & juriſdictionem importans.)* Si primum, *licitè eam Conſtantinus, & priores illi Chriſtiani Imperatores, admiſerunt; nec habuerunt Gratianus, Theodoſius, & alii poſteriores, cur diſplicerent Ethnicis, eam recuſantes.* Si ſecundum, *non bene Quæſtionem hanc examinarunt priores Imperatores, & re meliùs perſpecta poſteriores, veſtem, quam non niſi ſacrilegè poſſent geſtare, ſanctè & piè recuſarunt.* Si tertium, *poſſent utrique à Flaminibus oblatum amictum* (*) *acceptare & admittere, nimirùm, retinendo Politicam, & Signo Crucis addito ſuperſtitioſam infidelemque ſignificationem elidendo.*

Quam ſignificationem habuerit?

Quo caſu potuerit, & quo non potuerit ab Imperatore Chriſtiano illa admitti?

*) Quale hoc ornamentum Pontificium, quod geſtabat Imperatores, non ſatis conſtat; *amictum* priùs, & poſteà *ſtolam* illud appellat Zoſimus.

Tres partes continet hæc Concluſio: quas omnes firmant, quæ toto Articulo præcedenti reſolvimus.

ARTICVLVS XVI.

De Petaſo. *An capitis ornamenta varias hominum Qualitates diſtinguant? De Mitra Aegyptia, Chryſoſyrmate Græco: & Tago Perſico. An id tuta conſcientia à Chriſtianis poſſit admitti ſeu geſtari?*

Cur non de omnibus Pileorum generibus ſit diſputandum?

OMITTO illa Pileorũ nomina, quæ hodie in uſu, & univerſis nota: multa enim vidẽtur linguis univerſis communia, & aliqua multa ſingularum ſunt propria, quæ quæri poſſunt in Dictionum Theſauris. Nota Hiſpanus ſunt hæc, *Coſia, Bonetillo, Bonete, Montera, Caperuça, Papahigo, Sombrero*, de quibus Caſtellani ſcripſerint Nomenclatores. Ergo brevitatis gratia tantùm de Mitra, Chryſoſyrmate, & Tago diſſeramus.

SECTIO I.

De Mitra. *Quid illa, & apud quos in uſu fuerit? An, & quando Αυσιζων vocetur?*

Qualis olim fuerit Mitra?

Mitra Ægyptii utebantur; à quibus Sydones, Lydi, Syri, & Phryges illam recepiſſe videntur. Aliquando pro muliebri capitis ornamento accipitur, & tunc erit corona, ex quá pendeant faſciolæ; quæ, quia foliis ſunt ſimiles, *phylla* dicuntur.

Crites.

Sicut noſtri Pilei nunc, Mitræ olim habebant redimicula (Hiſp. *tenian centillos*) Virgilius 9. Æneid.

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.

Tenebant & coronabant caput. Ovidius in Epiſt. ad Dejanir.

Auſus & hirſutos mitra redimire capillos.

Claudianus conſonat; ait enim.

Iaque orbem tereti mitra radiante capillum

Seneca idem teſtatur in hoc Sapphico.

Tu caput Tyria cohibente mitra.

Mantuanus eam velatam dicit, cum potiùs velentem appellare deberet.

Canities autem velata obvertito mitra.

Mitra velata.

Et Propertius libr. 3.

Cingat Baſſaricas Lydia mitra comas.

A *mitra* Apullejus diminutivum traxit

Mitellaque textili contecto capite.

Et Virgilius.

Copa Syriſca caput, Graja redimita mitella.

Dicitur etiam *mitrula* (Græcè μιτρίον) Solinus *cap.* 40. agens de Baſiliſco. *Serpens eſt, pene ad ſemipedem longitudinis alba quaſi mitrula lineatus caput.* Celſus *lib.* 8. *cap.*

A mitra deducuntur diminutiva mitrella, & mitrula: hoc eſt μιτρίον.

8 *cap.de fracti brachii curatione.* Zonam qua brachium ligatur (Hiſp.la venda)nomine *mitra* intelligit. *Siquidem is maximè brachii naturalis habitus eſt, idque involatum mitella commodiſſimè excipitur, quæ latitudine ipſi brachio,peranguſtis capitibus collo injicitur,*(ergo tunc erit Hiſpanicè,*una vanda*.)

De Mitrarum materia.

Ejus materia erat ſecundum eorum, qui illam gerebant, qualitatem: ex communi illam formabant Cives, Proceres ex panno aureo. Prudentius.

Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem.

Deſcendebat per tempora; Ovidius libr.14.

Ille etiam picta redimitus tempora mitra.

Et ligabatur ſub mentum. Virgilius

Mæonia mentum mitra, crinemque madentem
Subnixus.

Cur Sol vocetur Mitra?

Per vocabuli abuſum Mitratus *Mitra* vocatur; & Sol, quia quaſi mitra radiorum coronatur *Mitra* dicitur. Mantuanus.

—— *Phœbus, quem Perſica* Mitram (*)
Lingua vocat.

*) Nomen Perſicum Solis variè ſcribitur, nam & *Mithra* & *Mytra* interdum legitur.

Mitra apud Ethnicos. Αυσιζώνη,

Mitra apud Chriſtianos.

Inter res ſacras *Mitra* olim apud Ethnicos, & hodie apud Catholicos recenſetur. Apud illos erat Zona,qua cingebantur infantes (Hiſp. *una faxa*,) hanc enim parentes, ubi jam infanti neceſſaria non erat, conſecrabant Dianæ, & appellabant Αυσιζώνην. Apud hos eſt ornamentum capitis, quo in functionibus ſolennibus utuntur Epiſcopi, & Abbates,qui *mitrati* vocantur.

SECTIO II.

De Chryſoſirmate. *A quibus olim fuerit apud Græcos geſtatus? An cum Dignitate etiam deponeretur?*

QVid illud ſit à Codino Curopalata, *libr.de Offic.cap.3.pag.12.juxta Edition.Pariſ.ann.1625.* docemur; ſcribit enim. Τὰ σκιάδια τῶν γαμβρῶν τοῦ Βασιλέως Δεσποτῶν ὄντων χρυσοκόκκινα συρματένια ἔχοντα σαυροὺς μαργαριταρένιους καὶ γύρους. *Pilei Generorum Imperatoris, ſi ſint Deſpotæ, aurei & coccinei coloris ſunt, & fimbriati; habentque cruces ex margaritis; & gyros* (Hiſpanicè *castelos*) *ſeu circulos.*

*) Græcè dicitur χρυσοκόκκινα, unica dictione cui poſſet *Aureopurpurea* reſpondere.

De Ioanne Diſpota; qui chryſoſirma cum Officio reliquit.

Et hanc ob rem de Ioanne Diſpota;qui ut ſe deponere Diſpoticam authoritatem palam oſtenderet, hujuſcemodi pileum in communem mutaverat Pachymeres libr. 5.cap.1.ſic ſcribit Κοινὴν ἄλλως ἐκ χρυσοσύρματος καλύπτραν ἐνθέμενος. Ecce pileum ſuũ Diſpoticum (quo Imperatorum utebantur affines) nominat *Chryſoſyrma.* Vt hanc Ioannis è Diſpota in hominem privatum μεταμόρφωσιν Poſſinus explicet, ex Virgilio Æneid.3. hoc verſus producit.

Μεταμορφῶ, eſt transformo.

Quos hominum ex facie Dea ſæva, potentibus herbis
Induerat Circe in vultus & terga ferarum.

Vlyſſis ſocii à Circe convertuntur in feras

At importunè,ut puto; Circe enim,ut vult fabula, non ſolum eorum veſtes, ſed ipſammet figuram immutavit.

SECTIO II.

De Tago. *Quid apud Perſas illud ſit? &, an tuta conſcientia poſſit à Chriſtianis geſtari?*

De Roberto Sckerleyo.

VT Roberti Sckerley, Nobilis Angli, Hiſtoria, & ejuſdem Cenſura, quas ſuperiùs tetigimus, meliùs intelligantur, proderit rem ab ovo reſumere,& exponere,Qui Qizilbaſcii ſint, & cur pileo rubro, quem *Tag* appellant, fuerint condecorati? Ergo attende.

Iſmael invadit & occupat Perſiam.

Erat(Curioſe Lector) Perſis, ut paulò antè inſinuavimus, diviſa in provincias & Regulos, diſcordes inter ſe, & ſe mutuo infeſtantes. Et Iſmael, quem numeroſa Turcomanorum colluvies ſequebatur, regionem imparatam invaſit, & totam brevi tempore ſubjugavit. Et novam invexit hæreſim ſub Mahometi doctrina, ut longiùs ſubditorum animos à Turcę imperio ſepararet. Sequutus fuit Politicam,veterum Regulam, quæ jubet Regionis bellum in bellum Religionis deformari: vaſſalli enim cùm non poſſint eſſe liberi, an huic,aut illi ſervire & obedire debeant,remiſſe cogitant: ubi autem de aris defendendis & propugnandis agitur, vitas exponunt, & ſanguinem generoſè profundunt. Vt ſe manuteneret,Religionem mutavit Ieroboam, rebellaverat contra Roboam Salomonis filium, & fuerat in Regem adſumptus. *Dixitque Ieroboam in corde ſuo: Nunc revertetur regnum ad domum David,ſi adſcenderit populus iſte, ut faciat ſacrificia in domo domini in Ieruſalem: & convertetur cor populi hujus ad dominum ſuum Roboam, Regem Iuda,interficientque me,& revertentur ad eum. Et excogitato conſilio fecit duos Vitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra aſcendere in Ieruſalem: Ecce Dii tui Iſrael,qui te eduxerunt de terra Ægypti: poſuitque unum in Bethel, & alterum in Dan. Et factum eſt verbum hoc in peccatum; ibat enim populus ad adorandum Vitulum uſque in Bethel.* Ieroboamum

Acriùs pro Religione, quàm pro Regione defendenda animi concitantur.

3.Reg. 12.26.

A Roboamo Salomonis filio,& Hebræorum Rege, deficit Ieroboamus.

Ethniciſmum inducit, ut regnum uſurpatũ conſervet.

mum imitati ſunt alii, qui bello regionis diſſidentes, mutarunt ritum cultumque ut ſubditos nomine Religionis cierent. Id ante centum annos præſtitit Willelmus Naſovicus, quo authore à Catholici Regis obedientia defecerunt Hollandi: hic enim prævidens tueri Hollandos rebellionem non poſſe, ſi in Orthodoxa Religione perſiſterent, eos in Calvinianam impulit, ſuaſitque arma pro Religione contra Regem moveri. Sic etiam Muhamedes, cujus gratia hæc dicuntur, ut Mechenſis civitatis potiretur imperio, novam Religionem cudit. Sed qualem? ſordidam, ſenſui gratam, & rationis expertem. Sit mihi teſtis Avicena (& ipſe Muhamedanus, & qui hujus ſectæ receſſus exploratos haberet) inquit enim. *Lex noſtra, quam dedit Muhamed, diſpoſitionem felicitatis & miſeriæ, quæ ſunt ſecundum corpus, attendit. Sed eſt alia promiſſio, quæ attendit intellectum. Sapientibus verò Theologis, multò major cupiditas fuit apprehendendi iſtam, quàm corporum, quæ quamvis detur eis, non tamen attendunt eam, nec in pretio habent, in comparatione felicitatis, quæ eſt conjunctio cum Veritate.* Ita ille apud Boterum *part. 3. lib. 2. pag. 441. juxta Editionem anni* 1659. Sicut Muhamedus ſuum firmavit imperium deficiendo ab Ethnicis, qui dominabantur in Aſia; ſic Iſmael, ut ſuum ſecurum redderet, defecit à Muhamedanis, qui dominabantur in Perſia, & novam finxit hæreſim, quæ Perſas ſcinderet ab Europæis; & ut ſchiſma manuteneret tutiùs, victorioſus & triumphans Religionem militarem inſtituit, cujus milites donavit pileo rubro, quem juſſit dici *Tag* hoc eſt *Coronam*, conceſſitque, ut qui illum geſtaret, τὸ *Beig*, hoc eſt *Domini* glorioſo titulo à ceteris honoraretur. Hi Religioſi milites vocantur *Qizilbaſci*, ac ſi diceremus *Rubricipites*, hoc eſt *Habentes rubra capita*. Et de illis Petrus della Valle *in ſua Perſia Epiſt. 1. dat. Sphahanii 17. Martii* 1617. *num. 7. pag. 46.* hæc ſcribit.

I Qizilbaſci poi ſono di due ſorti: overo hereditarii, da quei primi, che fin che dura la generatione, dura anche loro la dignità, e'l luogo nella militia; overo fatti dal Rè, di quando in quando, perche tutti i ſuoi Schiavi di qualſivoglia natione, pigliando la lor fede, ſi aſcrivono, come frà Turchi, nella militia, e ſi fanno Qizibaſci, & immediatamente naturali, e nobili del paeſe con tutta la lor progenie, ſi fà anche tal volta Qizilbaſcio qualche foreſtiero, che profeſſi ſervitù col Rè; e gli ſi dà il Tag per honore come frà di noi gli habiti di Cavalleria: ma queſto rade volte: e da perſona informata hò inteſo, che in quindeci anni in circa, che hà praticato queſto paeſe, non hà veduto farlo ſe nõ una volta ſola, e ſi fa cõ ceremonia d'atti & di parole, mettẽdo il Rè proprio il berettone in teſta a colui con la ſua mano. In queſto modo, fù dato il Tag à quel Don Roberto Skerley Ingleſe, che gli anni paſſati venne in Roma Ambaſciador di queſto Rè a Papa Paolo, & adeſſo torna un' altra volta a tutti i Principi della Chriſtianità; & hò inteſo qui, che Don Roberto lo domandò, ma io a dire il vero, non ſolo non dimandarei giò mai tal coſa al Rè di Perſia, ma mi diſpiacerebbe ſopra modo quando egli me l'offeriſſe: perche non sò, co me un Chriſtiano poſſa lecitamente portar quell'inſegna, che, inſieme con l'honorevole della militar nobiltà, hà congiunto anche in ſe non poco del ſuperſtitioſo della falſa loro ſetta: onde, per rimediare, a ciò conforme io penſo Don Roberto, intendo, che in Chriſtianità ſoleva portarvi in cima una Croce. Mò oltre di queſto, io non tengo, che un Franco (a) noſtro pari, debba ambire di portare una inſegna di honore, che è commune à molte migliaia di Shiavi, e di ſoldati ordinarii; però, per chi haveſſe voglia di vivere in Perſia, come forſe deve havere il detto Don Roberto, potrebbe paſſar per coſa, ſe non deſiderabile, almeno honorata. Et ego, ut ab hoc ultimo incipiam, non video, cur noſter Vallæus *Tag*, & Qizilbaſciam dignitatem contemnat, ſiquidem eſt ſummus honos, quem Rex Perſiæ impertitur: nam & ipſemet τὸ *Tag* gerit, illoque donat Princeps, non ſolùm ſubditos, ſed & confœderatos & amicos. Teſtatur hoc etiam ipſe Vallæus *in ſua India Epiſt. XI. ſcripta Aleppi 5. Auguſti.* 1625. quoniam *num. 3. pag. 396.* narrat ſe in Arabiæ deſerto tranſiviſſe apud oppidum Argiam, in quo quidam Hhaſan Aga Curdus dominabatur: ad quem per Ibrahimum Agam, qui erat ſocius itineris, Serdar Turcicus, ut honoraret & in obſequio contineret, mittebat unam veſtem, qualem etiam miſerat ad Regulum, qui Perſis obſiſtebat Baſſoræ. Et qualis, aut quantus erat ille Hhaſinus? *pag. 397. num. 4.* idem Scriptor. *Il ſopradetto nominato Hhaſan Agà, Signor di Argià, nelle revolutioni di Baghdàd fù viſitato da' Perſiani: lo Sciah gli mandò il* Tag, *come ſi ſuol fare ad huomini grandi, quando vuole invitargli ad eſſere, ò dichiarar che ſiano della ſua fattione: & egli ſi portò in maniera, che reſe à i Turchi la ſua fede alquanto ſoſpetta: onde un Baſcia hebbe intentione d'amazzarlo, e non lo fece, perche forſe non dovette potere: per la qual coſa cred' io, cioè per tenerlo almeno in fede, già che caſtigar non ſi poteva, gli mandò poi il Serdar per queſto Capigi il preſente che diſſi.* Venerunt ali-

qui

Hollandi, ut tueantur rebellionem Calviniſmum admittunt.

Muhamedus, ut imperium invadat, prætextum novæ Religionis adſumit.

Qualis ſit ſecta Muhamedana?

An vera Beatitudo in conjunctione Mentis & Veritatis conſiſtat.

Iſmael Perſiam invadit: & novam cudit hæreſim, ut eorundem conſervet.

Novam Hæreſim cudit.

Qizilbaſcos inſtituit.

Et hi, vel geniti, vel facti ſũt.

Rarò adſumuntur exteri.

Robertus Scherley Anglus adſcribitur Qizilbaſcio militia.

An hunc illo honorem poſtulaverit?

An illum tuta conſcientia poſtulare potuerit?

Cur Crucem ſuggeſſerit ſupra Tag?

a) In Aſia & etiam apud Turcas, Europæi omnes vocantur Franci.

In quanto ſint honore Qizilbaſci apud Perſas?

Hhaſanus Aga Curdus Argiæ Regulus.

Sed qualis, & quantus fuerit ipſe?

Deficit à Turca, & Perſæ adhæret.

Donatur τῷ Tag, *ut magni homines ſolent.*

Eum occidere conantur Turcæ, ſed non poſſunt.

qui ex Argla,*e diſſero,che Hhaſan Agà era in colera perche il Capigi non gli haveva mandato il preſento del Serdar,che portava; e'l Capigi non glie lo mandò, perche ſeppe, che Hhaſan Agà ſtava col* Tag, *è con Perſiani appreſſo,già dichiarato di quella fattione.* [Vt voces intelligas adnotato, *Capè* ſignificare *Portam*, quo intelligimus nomine *Aulam Principis*, unde *Capigi*, erit *Aulicus*, vel *Palatinus*. Hiſp. *una perſona de palacio*. [Nomen *Agà* eſt *Superior*, Hiſp.*el Cabo*. Latin. *Caput*, *Dux*, *Capitaneus*.] Et tandem *Serdar* eſt compendium vocis *Teſderdar*, & Theſautarium, Hiſp. *Theſorero,Guardaropa*, ſignificat.] Ergo Imperatoris Turcici Theſaurarius per quemdam Aulicum mittebat munera(hoc eſt,veſtes) ad Regulos. Ergo Hhaſanus in illa Arabiæ eremo erat Regulus; nec Perſis,nec Turcis ſubditus;jam his, & jam illis adhærens, prout utilitas, quam *Status rationem* vociiant,poſtularet. Ergo *Tag* apud Perſas eſt Aureo velleri ſimile;&, ſiquidem à Perſiæ Rege geſtatur,& abſolutis Regulis honoris gratia imponitur, ſi per Chriſtianam Religionem non obſit, peti à D. Roberto potuit, nec debuit à Petro della Valle contemni. Sit igitur Conclusio

Ei non traditur munus, & cur?

Exponuntur voces Capè, Capigi, Agà, Sedar, Teſdertiar.

Quid Ratio ſtatus ſit?

An Tag ſit aureo velleri ſimile?

PRIMA. *Qizilbaſcii ſunt milites Religioſi*. Eos Religioſos voco,non quod votis ſolemnibus Caſtitatis,Paupertatis, &c. obſtringantur, ſed quia ad propagandam Perſicam Hæreſim, & exſtirpandam Turcicam doctrinam fuerint ab Iſmaele inſtituti,& ab aliis Perſarum Regibus ſtipendiis & honoribus aucti. Sumo igitur *Religionis* vocabulum ut ſic, prout in abſtracto concipitur, & ſignificat veram vel falſam.

An Qizilbaſci ſint milites Religioſi?

SECVNDA. *Si nihil accedat, quod ipſius* Tag *ſignificationem contrahat & imminuat, nullus Chriſtianus poteſt illud recipere, aut geſtare.* Et hic obiter examinare oporteret,An Rex cùm illud imponit, aut Miles, cùm illud recipit, recitet aliquas orationes,aut juramenta eliciat,quæ ſacrilegium & perfidiam importent? ſi enim ſimilia inaugurationem comitentur, hoc novo adhuc titulo erit res omninò ſacrilega illud petere,vel acceptare.

An Tag geſtari poſſit?

TERTIA. *Quidquid de receptione ſit, Chriſtianus* Tag *cum cruce ſuperpoſita geſtare poteſt; ſine cruce non poteſt.* Et hanc Concluſionem perſuadeo. Ideò Chriſtianus *Tag* portare non poteſt, quoniam duo ſignificat, Religionem, & Nobilitatem:quia,qui illo inſignitur,profitetur per petaſum (nam ſicut lingua, etiam veſtibus loquimur) ſe eſſe Nobilem, & ſe eſſe Mahometanum: & juxta Hæreſim Perſicam,ſe intelligere, & tutari Alcoranum. Ergo videndum,*An,& quo poſſint modo,res cultui dedicatæ ſacrilego, ab impietate emaculari?* Proderit audire P. Franciſcum Carriere,qui *in digeſto Chronologiæ Papalis pag.9.in Evariſto, ad ann.112.*ſic inquit. [Titulus, quo apud Chriſtianos, domus aliqua cultui Divino mancipabatur, fuit vexillum Crucis; quod intelligimus ex eo quod Theodoſius Imperator edicto præcepit *leg.ſi decernimus*, C. *de Epiſc.& Cleric.* ut delubra Gentilium, Chriſtianæ Legis cultui mанciparentur,*collocato in eis venerando Chriſtianæ Religionis ſigno*, eaque ratione quod titulo Crucis cenſerentur res dicatæ Religionis; Leo itidem Imperator *Novel.117.capit.7.*vetuit, *venerabilem Crucem,aut ſanctorum Martyrum reliquias* inferri in ædes publicas, vel loca populi voluptatibus fabricata, *ne ſic occuparentur ea,quæ ad cauſas publicas, vel ad populi oblectamenta, extructa eſſent*. Præterea ſunt & alia permulta exempla,veteraque monumenta,quibus probetur, Crucis ſigno,velut præfixo titulo,res Deo dicari conſueviſſe.] Ergo Crux, cuicumque Ethnicorum templo impoſita, illud à ſuperſtitione emaculabat, & in oculos ingerebat hæc verba.*Hoc templum* D.O.M.*juxta Chriſtianæ Religionis Veritatem conſecratum eſt*: & illi, qui in illo rei ſacræ intererant,virtualiter dicebant,*Nos ſumus Chriſtiani*. Ergo,honorifica Crucis geſtatio, eſt publica Chriſtianæ Religionis profeſſio. Iam ergo habemus modum, ut Miles per *Tag* ſe eſſe Nobilem dicat, & ſe eſſe Mahometanum neget. Cùm enim Crux ſit inſigne Religionis Chriſtianæ, Crux Tago ſuperpoſita illam ſacrilegam ſignificationem elidet,non minùs,ac ſi ore Miles diceret,*Ego ſum Chriſtianus*. Ergo, qui Tagum ornatum Cruce gerit, honore Qizilbaſciæ Nobilitatis fruitur, petaſum ſacrilega ſignificatione emaculat, & Fidem Chriſtianam profitetur,adeoque Mahometanam negat & exſecratur poſitivè. Et hic obiter nota hanc Quæſtionem,quæ videtur Theologica,eſſe purè Grammaticam: hanc enim Propoſitionem,*Habitum, qui Religionem infidelem ſignificat, nemo adſumere ſine mortali culpa poteſt*, Theologi univerſi concedunt: & tota difficultas eſt in hac, *Petaſus ruber (ſive* Tag *) Crucem erectam ſuſtinens, Chriſtianam Religionem, & non Mahometanam ſignificat.* Quoniam,ſi eſt vera,ut puto,ille Pileus eſt licitus; ſi falſa, illicitus. Vtrùm autem vera vel falſa ſit pendet à Iudicio Grammatico.

An ſaltem ſuperpoſita Cruce?

An Crux, Religionis ſacrilegæ ſignificationem auferat?

An templa, & res conſecrata Idolis poſſint ſacrilegam labem exſuere,& D. N. Ieſu-Chriſto conſecrari?

Quomodo id olim fieret?

Cur fuerit vetitum, ut in theatra & loca recreationi publicæ deſtinata, Crucis vexillũ induceretur?

Quid ſignificaverit Crux templo Ethnico impoſita?

Et quid impoſita militum caſſidi, aut civili pileo?

Quia autem Scholaſticæ Profeſſores Grammaticæ noſtram Sententiam amplectun-

Quæſtionis Reſolutio.

Digitized by Google

ctuntur pronunciamus D. Robertum potuiſſe tuta conſcientia illo *Tag* (rubeo Perſarum pileo, quem Qizilbaſcii geſtant) uti, modò Crucem adjungeret. Nam, tametſi *Tag* inſtrumentum aptum fuerit, ut Robertum eſſe Nobilem, & eſſe Mahometanum denotaret, quando expreſsè D. Robertus Crucem capiti ſuperimponit; & hoc ſigno, ſe eſſe Chriſtianum publicè profitetur, ceſſat in *Tag* altera ſignificatio: ceſſat enim Religionis, & ſola manet Nobilitatis Illuſtriſſimæ ſignificatio.

Duarum ſignificationum, quas habet Tag alteram Crux tollit.

Firmant id antiqui Chriſtianorum Imperatorum mores; nam apud Ethnicos, & poſteà etiam apud Chriſtianos, Summi Principis Majeſtas & Summi Pontificis Authoritas conjungebantur: & quia aureum Diadema, quod in Gentilium Imperatorum capitibus Majeſtatem Ethnicã ſignificabat, ne eamdem in Chriſtianorum capitibus ſignificare cenſeretur, fuit Cruce ornatum. Iuſtus Lipſius *lib. de Cruce cap.* 16. in titulo. *Crux in militum armis: in Imperatorum capite & manibus: & pro inſigni.* Et in corpore exhibet Æreum Heraclii Imperatoris nummum ſatis magnum, in quo Crux ſupra Coronam Imperatoris eminens, eam ab impietatis nota expurgat, & abjurato Deorum cultu, Chriſto conſecrat. Et quidem hunc tempore S. Auguſtini morem etiam fuiſſe ad Reges Chriſtianos propagatum, demonſtratur clariſſimè, in Tractatu enim ſuper Pſalmos [& canitur in Eccleſia die Iovis ſancto lect. 6. ad Matut.] verſum illum, *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate* dilucidans, ait, *Attende gloriam Crucis ipſius. Iam in fronte Regum Crux illa fixa eſt, cui inimici inſultaverunt. Effectus probavit Virtutem. Domuit Orbem; non ferro, ſed ligno.* Et hodie Germanorum Cæſarum, & Hiſpanorum Regum, aut etiam aliorum, Diademata, ſuperpoſitum Crucis ſignum honorat.

Olim Imperatoris & Summi Pontificis authoritas conjũgebatur.

Cur Chriſtiani Imperatores Crucem in corona ſua collocaverint?

Pſalm. 54. 9.

An his Chriſtianiſſimus mos, olim, aut etiamnum fuerit ad leges propagatus?

N O T A I.

An Qizilbaſcius *ſit nomen Perſis univerſis commune?*

Conſtat ex præcedentibus eſſe aliquarum familiarum proprium, & non ſpectare ad ignobiles. Ergo conſtat adlucinatum fuiſſe M. Auguſtum Pfeifferum *in Diſſertationum Faſciculo pag.* 88. dicens. [*Alio etiam nomine* (Perſiæ) *à Religionis ſuæ Primipilo* Sofi *à quibuſdam appellantur* Sofiani. *A Turcis ludibrii fere cauſo vocãtur* קזל־באש Kiſilbaſchi. *Germ.* Rothkopffe *quod ipſum nomen tamen Perſæ non adeò repudiant, cùm ob mitras rubras, quas nonnulli eorum Religionis cauſa geſtant ita dicantur.* Conf. Olearius *in Hodæp. Perſ. libr. 5. pag.* 582.]

An Perſæ à Turcis ludibrii cauſa vocentur Qizilbaſcii?

Puto & P. Franciſcum-Mariam Maggium ſimiliter adlucinari, non enim omnes Perſæ hoc nomine ſignificantur. In Linguarum Orientalium ſintagmate *pag.* 45. ait. [Chiſzilbaſci *vox Turcica, denotans Perſam, qui ſcilicet rubro velamine faſciat caput.* Chiſzilbaſciuti, *vel ipſe Perſa, vel oriundus à Perſis.*]

N O T A II.

Cur articulus Sequens interſeratur?

Geſtant Indi triplicem Funiculum per pectus pendentem, & Inaures etiã; & his duobus ſignis dicuntur ſuam Religionem publicè proteſtari: quando Fidem Orthodoxam accipiunt, nec illum, nec iſtas demittunt, & ideò quæritur, *An retinere poſt baptiſmum ſigna poſſint, quibus ante baptiſmum, ut colerent Idola utebantur?* Res eſt ſummi momenti; nam ſevera Reſponſio converſionem illorum maximè retardaret: ergo ante reſolutiones, quæ inferiùs poſt hæc exhibebuntur, operæ-pretium erit hunc Articulum XVII. interſerere, in quo, qualis ſit hodie Indorum Orientalium Religio, & quos Deos delitent, exponatur.

An poſt baptiſmum Indi retinere poſſint inſignia avita Nobilitatis.

ARTICVLVS XVII.

De Gentilium Religione in India Orientali. *An ſint veriùs Athei, quàm Idololatræ? An adorent Diabolum, & curi An, & ſuos Principes? an etiam ſuum veterem Magiſtrum Pythagoram? An animarum tranſmigrationem admittant? An bruta animabus rationalibus onerent? An habeant uxores in communi?*

De Orientaliũ Indorum Religione. Qualis ea ſit?

POLYTHEI dicũtur, & idolatræ ſunt; ut autem puro adnumerari debent Atheis. Et hanc ob rem ut noſtros Hiſpanos juvem, & Cõcionatores moneam, quo debeant modo in illorum converſione procedere, debebo de eorumdem erroribus & ſuperſtitionibus breviter diſputare.

In majori aut minori abſtinẽtia à cibis eorũ illorum obſervantia, & diſſidium conſiſtit.

Conſentiunt quoad ſubſtantiam doctrinæ, & in cæremoniis tantùm & circumſtantiis aliquibus accidentalibus diſcriminantur: & hanc ipſam differentiam, potiùs humana conditio induxiſſe videtur quàm malitia aut temeritas: nam ſectarum & Hæreſeon Indicarum diſcrimen in majori vel minori abſtinentia conſiſtit; & ſunt hominum artes, quæ majori exercentur labore; & ideò, qui profitentur illas, indigent cibo ſolidiori. Totum profectò, ut dixi, ſectarum apud ipſos diſſidium ferè eſt de cibis; nam aliqui ſibi putant permitti, quos alii adſpernantur & damnant. Relaxatiſsimi inter eos cenſentur eſſe milites, quos *Ragiaputos* nominant, nam bellica libertate abutentes: quæ inveniunt, comedunt, ſine præjudicio Nobilitatis. Sequuntur Mechanici, qui Artes laborioſas exercent; hi enim ſicut apud nos à jejunio, ſic apud ipſos ab aliquarum rerum abſtinentia eximuntur, & adhuc inter ſe diſtinguuntur per gradus. Quoniam ferrarii & ſimiles cenſentur indigere vino: à quo alii abſtinent: & alii ab omni artificiali potu, qui poſſit inducere ebrietatem. Hi non occidunt animantes; at ab aliis occiſas, ſi excipias Vaccam, comedunt. Qui autem Artes nobiliores, & minùs laborioſas exercent, majorem abſtinentiam obſervant nam omnem carnem adſpernantur, & piſces ſolummodò & herbas admittunt. Et ſupra cæteros ſeveriùs converſantur Brachmani (a) qui ſunt Civitatum Primates, & ſicut nobilitate cæteros antecedunt, ſic in abſtinentia & jejunio ſunt cæteris univerſis exemplo. [Si velis ſcire, an debeant vocari *Brahmani*, vel *Brachmani?* interrogabis, An leniter, an potiùs densè debeat pronunciari adſpiraris? Lenem profert Vallæus, nam Epiſt. 3. ſcriptæ Spahanii num. 21. pag. 122. ſic ſtatuit. *Brahmane (coſì ſi deve ſcrivere, e non Brachmane, come ſcrivono i noſtri; che l'hò veduto & imparato à ſcrivere nelle lettere medeſime Indiane) non può eſſere alcuno che non ſia di quella razza, perche è ſchiatta di gente, non profeſſione.* Sic etiam ח in lingua Hebræa ab aliis profertur leniter, ut *h*, ab aliis verò densè ut *ch.* χ. ut in *Eva, Chava: Noëh, Noachus, Ham, Cham*, & aliis multis nominibus videre eſt.] Et hi ſemper Brahmani profitentur literas, & ſerviunt templis, adſiſtunt idolis, & Theologiam Ethnicam docent. Hi non ſolùm à carnibus, ſed etiam à piſcibus abſtinent: & eo inter ipſos promota eſt ſuperſtitio, ut herbis & fructibus rubris veſci nolint, quia ſanguinis ſpeciem referunt. Habentur nobiliores, quàm cæteri; *in teſtimonio di che, eſſi ſoli han privilegio di portare una certa inſegna di Nobiltà nella lor ſetta, con la quale ſe diſtinguono da gli altri; & è un laccio compoſto di trè fili, che ſe lo mettono ſopra la carne nuda ad armacollo, cioè ſopra la ſpalla ſiniſtra, donde venga à pender ſotto al braccio deſtro, girando intorno al petto, & alla ſchiena; come una collana. Queſto laccio hà miſterio, è ſi dà à tutte le perſone di quella razza, & à pochi di altra ſchiatta per gran favore, con molte ſuperſtitioſe cerimonie, delle quali non parlo, perche non ne hò ancora buona informatione*, ait Petrus della Valle *in India ſua Epiſtola I. data Surati*, 22. *Martii* 1623. *num.* 14. *pag.* 65. & 67. Dixerat *pag.* 59. ſtirpes hominum eſſe octo-

Ragiaputi.

Mechanici minùs rigidã abſtinentiam obſervant. An bibant vinum? An carnes comedant?

a) Prout adſpiratio leniùs aut denſiùs ſonat, Brahmanes, vel Brachmanes dicuntur.

Brahmani *ſtirpis, & non profeſſionis nomen eſt.*

Quomodo litera ח *in lingua Hebræa proferatur?*

Tres funiculos gerunt in Nobilitatis teſtimonium.

Google

Tribuum apud Indos diviſio.

octoginta quatuor, & ad ſeptem genera tantùm reduci:& ut id probet Diodorum *libr.*2.Strabonem *lib.*15. & Herodotum *lib.*1.*vel* 2. producit,ut debeat à triſtibus auritis haurire, quæ examinare in *India* potuit,& ut teſtis oculatus aſſerere.Et tantam eſſe aſſerit in ſtirpibus ſuperſtitionem ut per matrimonia immiſceri non poſſint, ſed,qui in una ſunt, debent illius Artem tota ſua vita profiteri, nec aliam diverſam addiſcere.

An illa poſſint per matrimonia immiſceri?

Deus eſt infinitus.

CONCLVSIO I. *Veram veri Dei notitiam Indi non habere videntur.* Verus Deus eſſe infinitus debet; &, qui infinitus eſt,nec loco capitur,nec tempore determinatur: & qui non eſt infinitus, non eſt Deus. Hinc Rabbini & Qabalæi Deum vocãt אין סוף Ein-ſoph,*ſine-fine*,ſeu *Carens-termino*:& ab aliis,quos P.Valerianus Magnus ſequi voluit,*Praexiſtens*,nec enim mundum creare poterat, quin præexſtitiſſet, nominatur. At Indi hujus Numinis nullam notitiam habent: ſed Deos vocant aliquos, quos fuiſſe homines fatentur, & ob præclaras virtutes in Deos converſos fuiſſe aſſerunt: videnturque cum Cicerone *libr.de legib.* dicere. *Quod autem ex hominum genere conſecratos, ſicut Herculem* (apud Latinos, Græcoſque, & apud nos Brahmam) *& cæteros coli jubet Lex,indicat omnium quidem Animos immortales eſſe: ſed fortium,bonorumque Divinos.* Et hoc ut ſuadeam,aliqua ex Petri della Valle India deſumam.

Indi nihil ſciũt de infinitate Dei.

Colunt ut Deos quos homines fuiſſe fatentur.

Solus Mundi Creator eſt De⁹

*Ex Epiſtola VI.data 9. Decembr. 1623. num.*13.*pagin.*238. Rogatus à Rege Olalæ in India Petrus, Quomodo ſolus per tam diſſitas regiones peregrinaretur? reſpondit,ſe totum Dei providentiæ & miſericordiæ concedere. Et quia Rex curioſitate ductus reſcire voluit; Quis eſſet ejus Deus? manu ad Cœlum elata repoſuit Petrus, Se Deum Cæleſtem, totius Mundi Creatorem colere. Quod viſus eſt Rex non intelligere, interim milites nonnulli,qui aderant,& videbantur Mauri,applauſere exclamantes, *Ab Chodia*, *Chodia*, quod eſt nomen Perſicum, & tametſi notet *Dominum*, uſurpatur pro *Deo*. Nam Mauri Deum Mundi Creatorem colunt; & hodie in India inficiuntur Iſmaelitica hæreſi,quæ deſcendit ex Perſide. Si quæras, Quomodo inter Gentiles tot ſint Mauri apud Indos, non ſolùm privatim habitantes, ſed etiam Regio titulo illuſtres? *Epiſt.*11.*ſcripta Goa.*27.*Aprilis*, *nu.*6.*pag.*110.Reſpondet Petrus,dicẽs: *li Mori condotti da principio à ſervir nell' India, come ſchiavi,à poco,à poco, di ſervi ſon fatti padroni,& opprimendo in più luoghi i Gentili,han molto dilatato la lor ſetta.*

Nomen CHODIA Dominus ab Arabibus ſumitur pro Deo

Cur ſint tot Mauri in India?

Crites.

Ex Epiſtola I. data Surati, 22.*Martii* 1623.*num.*13.*pag.* 57. Senem quemdam Brachmanem inviſit Petrus. Invenit illum in gymnaſio, ubi & aderant multi diſcipuli, qui ab ipſo docebantur. Oſtendit libros aliquos ſcriptos charactere antiquo: hodie tantummodo Viris doctis cognito,qui *Nagerius* vocatur, & differt à cæteris, qui ſunt in uſu. Nominabatur *Beca-Azarg*. [Ex quibus vocibus *Beca* erat nomen proprium, & *Azarg* dignitatis; & ut bene proferatur poſtulat, ut z ſit dulce ut eſt Græcorum Ζῆτα, Et G in fine ſonet,ut apud nos ante *E* vel I.] ſuæ Religionis Magiſtrum & inſtitutorem Pythagoram fuiſſe aſſerebat, & ſuæ ſectæ librum quem habebat præ manibus, & Auditoribus interpretabatur, fuiſſe ab illo compoſitum, & Indis traditum. *Aggiungeva di più Beca-Azarg, che il loro Brahmà, ſtimato uno de' più principali frà i lor falſi Dii, da cui prẽdono eſſi il nome di Brahamani,ſia tutto uno con Pitagora. Coſa curioſa per certo,e che in Europa ſarebbe forſe nuova a ſentire, che Pithagora in India foſſe adorato ſciocamente per Dio.* Et quid mirum Pythagoræ deferret honores Divinos Gentilitas, ſiquidem albo Deorum adſcipſit ejus ſervum:nimirum Ζάμολξιν,qui quod Getas ad vitam cultiorem reduxerat, ab eis pro Deo habitus eſt. Vide Herodotum *Hiſt.lib.*4. Ad eum proficiſci dicebant, qui moriebantur. Cùm volebant Deo aliquid de ſuis rebus nunciare, rem totam tabellario exponebant: & poſteà occidebant, & ſic tranſire eum ad Zamolxin putabant.

Nagerii characteres, qui?

Beca Azarg, Magiſter apud Indos.

Literarum Z, & G. pronunciatio.

An Pythagoras ſcripſerit libros?

An idem ſit ac Deus Brahma?

Zamolxis Getarum Deus, an ſit ſervus Pythagoræ?

Quomodo ad illum preces mitterent?

Ex Epiſtola II. ſcripta Ikkerii, 22. *Novembr.*1623.*num.* 24.*pag.*204. Sua Indi Idola colunt ut homines; non verò ut Deos. *La ſera di notte eſſendoſi in tutti i Tempii acceſi i lumi con farſi le ſolite muſiche di tamburri, e piffari, vidi in un Tempio che non era de' grandi,un miniſtro,ò Sacerdote ballare innanzi all'Idolo,nudo con le ſole mutande, ò piccolo panno, con che ſi cuopron le vergogne,come però vanno di continuo molti di loro,e molti del paeſe,depoſto un ſol panno à guiſa di lenzuolo, che ſi buttano ad armacollo, e ballava con una ſpada nuda in mano,quaſi ſchermendo;ma i moti della vita erano tutti geſti dell'atto venereo. In concluſione mi pare, che gran parte del culto de'loro Dii non conſiſta in altro,che in ſuoni canti,e balli da paſſare il tempo,non ſolo allegramente,mà anco luſſurioſamente, & in ſervir gl'Idoli,come ſe foſſero perſone vive, cioè preſentar loro da mangiare, lavarli, profumarli,dar loro del Betlè,tingerli di ſãdalo,condurli fuori à ſpaſſo & altre coſe che i paeſani hanno per delitie,e per oſſequii.*

Cæremoniæ, quibus ſuos Deos colunt, ſunt tripudia: & hæc actum Venereum repræſentant.

Fœmina Idolorum cultui conſecrata ſunt publica meretrices.

Sicut apud Eccleſias noſtras ſunt Monaſteria erecta, in quibus Religioſi includuntur: aut domos, in quibus Cannonici habitant, Divino cultui conſecrati; ſi in Indorum oppidis omnes domos, quæ templis adjacent, occupant meretrices, cultui Idolorum conſecratæ, quæ illos non niſi tripudiando venerantur. Choreæ omnes laſcivæ ſunt; & in ipſis illas corporis partes, quas pudor tegit, inadvertentia diligens oculis objicit. Petrus della Valle *citata Epiſtola num* 25. *pag.* 207. agens de templo ait. *Pur attorno circondato tutto da larghiſſime ſtrade habitate per lo più dalle ſopradette ballatrici ò meretrici publiche.* In eodem paragrapho Proceſſionē deſcribit, quam exornabant duo Saltatricium chori: &, ut prædictum Author aſſerit, *il loro ballare era alto con molti ſalti e moti ſtravaganti, chinate ſpeſſo con le natiche quaſi à ſedere in terra, sbattendo i piedi forte, girandoſi in ſalti, con alzarſi ſpeſſo far ſvolazar il panno ſteriore con che ſi cuoprono dalla cintura à baſſo,* &c.

Apud templa ſun domos habent.

Cantant tripudiantque: & laſcive ſe detegunt.

Ex Epiſtola VI. ſcripta Mangalorii, 9. Decembr. 1623. *nu.* 10. *pag.* 230. Accenſus inviſendæ Reginæ deſiderio, Olalam venit Petrus, & occaſione ſumpta ex ipſomet Reginæ nomine, contendit Gentilitium Deos illorum Reges fuiſſe, nec ipſos Deorum nomine plus intelligere quàm Heroas ob egregias virtutes Cœlicolarum numero humanitùs adnumeratos. *Il nome della Regina d'Olala*, inquit ille, *è Abag-Devi Ciautrù, delle quali parole* Abág *è il nome proprio;* Devì *ſuona come ſignora, o coſa ſimile, e con queſta parola ſogliono anco chiamar tutti i loro dii, ne hanno in lor lingua altro nome per ſignificar Dio, che* Deù *ò* Deurù, *che è tutto uno: & ambidue parimente ſi dicono à i Principi, da che ben ſi raccoglie, che gli Iddii de Gentili non ſon altro per lo più che Principi che ſono ſtati al Mondo fumoſi, & han meritato dopo la morte quell'honore; & anco, come è mia opinione antica, che la parola* Dio, *con che hora noi per coſtume introdotto chiamiamo il Sommo Creatore, non ſignifica propriamente quella prima cauſa, che ſola al Mondo deve adorarſi, mà ſignificava da principio, ò Signor grande, ò coſa ſimile, onde ò gli Heroi, & à perſone, che nel mondo erono ſtate ſegnalate, s'attribaiva conforme à quel della Sacra Scrittura:* Filii Deorum, Filii hominum, *e per conſeguenza, che gli Iddii de Gentili benche adorati, e culti, tanto ne' tempi antichi come hora ne' moderni, non ſiano ſtati mai appreſſo di loro tenuti in quel grado, che noi tenemo Dio Creatore dell'Vniverſo, e che tutte le genti, quaſi del Mondo l'hanno tenuto ſēpre, e lo tengono, chiamandolo chi* PRIMA CAVSA, *chi* ANIMA DEL MONDO, *chi* PERABRAHAMI, *come i Gentili d'hoggi in India, ma che gli altri Dii ſiano o ſiano ſtati ſempre più toſto come frà noi i Santi; di che almeno frà i Gentili Indiani, che ſia coſi ne ho grande argomento, ò ſe più de Santi almeno Deificati per gratia & fattipoi Divi, come Hercole, Romolo, Auguſto, e ſimili; e per tornare al noſtro propoſito la parola* Ciautrù, *che è l'ultima nel nome della Regina d'Olala mi diſſero eſſer titolo d'honore, proprio di tutti i Rè e Regine d'Olala, che forſe in lor lingua, ò Principe, ò Rè, e Regina, ò altra coſa ſimile deve ſignificare.*

Olala regnum in India.

Abag, Reginæ nomen.

Deù, & Deurù an ſignificet Deum?

An dicatur de illuſtribus hominibus? Quid importet vox Deus? *An attribuatur hominibus?*

Perhabrahami *nomen veri Dei*

An Dii fuerint homines, ut Romulus, Auguſtus, &c.

Ciautrù *Regii titulus.*

Cum hæc ſcribebat Valleus, capitis VI. Geneſeos illa verba, *Videntes filii Dei* (*Deorum*, legit ipſe) *filias hominum, quod eſſent pulchra, acceperunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant.* Vbi Latinus habet *Filii Dei*, legebat in textu Hebraico, *Bene Haeloim*, ὑοὶ τον Θεῶν, *Filii Deorum*. Hieronymus. *Verbum Hebraicum* Heloim *communis eſt numeri: &* Deus *quippe &* Dii *ſimiliter appellantur. Propter quod Aquila plurali numero* Filios Deorum *auſus eſt dicere,* &c.

Textus ex Geneſeos Sexto explicatus.

Elohim. cōmunis.

Deorum autem nomine Principes, & Summates intelligit: & ſatis probabiliter, nam multi Veteres eodem fuerunt ſenſu textum interpretati, Symmachus, οἱ υἱοι' ναςευονόντων, Druſius. *Principes, & Magiſtratus, & qui cum imperio ſunt aut Iudices, vocantur* Dii, *id eſt* Elohim, *&c.* Munſterus. *Sunt qui* Filios Dei *intelligunt filios Seth* &c. *Alii* Filios Dei *opinantur filios Iudicum ac Potentum.* Fagius. *Videruntque* Filii Magnatum *&c.* Vatablus. *Quidam vertunt* Filios Principum, aut Magnatum, aut Nobilium, *&c.* Caſtalio. *In Hebræo eſt* Deorum filii. *Sed utuntur ſæpe ſubſtantivis pro adjectivis, quæ rariora habent ut ſint* Deorum Filii *pro Divinis, id eſt Præſtantibus, ut etiam in Pſalm.* 28. Dii, *ſive* Divi *Iudices & aliorum Gubernatores; & Job.* 41. Poteotes, *&c.* Clarius. *Sunt qui* Filios Dei *intelligunt filios Seth. &c. Alii* Filios Dei *opinantur filios Iudicum ac Potentum: eſt enim familiare Scripturæ, ut id quod eſt magnificum, vocet* Divinum: *ſicut* Montes Dei, Cedri Dei, &c. Videtur probabiliſſima hæc interpretatio, ſed eam ego præfuli, quæ *Filiorum Dei* nomine nobis proponit filios Seth, qui in vera Dei Religione manſerunt, ut à Caini filiis diſtinguantur, qui quoniam Deum neſcirent, *Filii hominum* dici meruerunt. Vide noſtram Theologiam Regularem *diſp...... num......*

An Deorum nomine Principes intelligantur?

Raro ſunt apud Hebræos adjectiva, pro illis ſummunt ſubſtantiva in genitivo,

Verior ejuſdem Textus interpretatio.

Et quidem nomen *Deù*, aut *Deurù*, quod Diis ſuis Indi adtribuunt, non Creatorem Cœli & Terræ, ſed Heroem, aut mirabilem hominem ſignificare, ex eo etiam colligo, quod

An nomina Deù, & Deurù *quæ apud Indos Dei ſunt, attribuantur hominibus?*

Digitized by Google

quod hoc Petrus della Valle nomine fuerit interdum honoratus. Epiſtolæ VI. citatæ num. 14. pag. 247. ait ipſe. *Il Rè, e tutti gli altri ammirarono quei modi eſquiſiti à loro inſoliti, e gridavano frà di loro con maraviglia,* Deurù, Deurù, *che io ero* un Deurù: *cioè un homo grande, un Dio, com' eſſi dicono.* Et poſteà num. 15. pag. 250. *Reſtarono tutti attoniti, e cominciarono di nuovo à gridare, ch'io era* un Deurù, *che era* un Heroe, un Dio: *e che benedetta era l'hora ch' ero entrato nella lor caſa (mi parve d'eſſer Hercole albergato nella terra d'Evandro) & appagandoſi molto della mia corteſia diceva il Rè, che ben ſi conoſceva, eſſer' io Nobile.* Ergo in Regis & Aulicorum Lexico nomen *Deura*, quo ſuos Deos ſignificant, *Heroem* importat. Ergo Indi hodie ſunt & ſemper fuerunt athei; nec enim colunt homines, quos putant eſſe Deos, ſed colunt, quos ſciunt fuiſſe homines, miſerias interdum ſubiiſſe, tandem fuiſſe occiſos vel mortuos, nec *Dei* nomine intelligunt immenſam aliquam, & æternam ſubſtantiam.

An Indi ſunt athei?

Firmaveris in hac ſententia, ſi legeris, quæ Petrus della Valle *in ſua Perſia Eiſt.* XVII. *num.* 28. *pag.* 507. recenſet. Hærebat in Combrù transfretandi in Indiam occaſionem exſpectans. Et ibi Indorum templum curioſitatis gratia inviſit, & didicit à Samio (Monacho illius cuſtode) eſſe conſecratum Narſinhæ: cujus corpus humanū eſt, ſed caput Leoninum præ ſe fert: Indi figurarum immixtionem ab Ægyptiis & Græcis recepiſſe videntur, nam ſuum Anubim illi canino capite & Ammonem Iovem arietino exornarunt. Et nomen conveniebat figuræ, nam *Nara* hominem ſonat & leonem *Sinha*. Narrabat Samius Narſinham fuiſſe antiquiorem Ramo, alio eorumdem Deo & floruiſſe in regione Multan, quæ ad Indiam pertinet. Et addebat, Ramum, Narſinhamque, tametſi fuerint diverſi inter ſe, dum erant homines per ipſammet ἀποθέωσιν idemtificari. Quibus auditis & perpenſis cum Vallæo exclamo. *Queſti tali, tenuti malamente dagl' Indiani per huomini Divini ſono ſtati tutti perſonaggi inſigni, o per armi, o per imperio, o per virtù: nella guiſa apunto, che furono ſtimati i Giovi, i Saturni, i Mercurii e tanti altri e da' Greci, e da' noſtri Latini.*

Samii, quidam Indorum Monachi.

Narſinha qualis?

Anubis.

Iuppiter Ammon.

An, qui in humanitate diverſi erant, in Divinitate idemtificentur?

Erat apud Narſinham aliud Idolum ſub figura cylindri: & rogatus Samius, quale eſſet? reſpondit eſſe Sri Mahadeù & hoc ab ipſis nomine Patrem Adamum deſignari. Ergo Mahadeù etiam fuit homo.

Divino honore cultus Adam.

Indorum Dii, ut vidiſti, naſcuntur, moriuntur, differunt Ætate, authoritate: immo etiam ſexu: & inter eorum Deas Bibinuria etiam in Perſia celebratur: non enim longè à Combrú ſurgit quædam *Lal* (arboris nomen eſt)

Qualis ſint Dii Indorum?

Lalæ ſunt vaſtiſſima arbores.

Antiquos ramos, annoſaq; brachia pandens.

Et apud illam eſt templum Bibinuriæ dicatum. *I Sami, che ne hanno cura,* ait Vallæus, *come huomini che ſan poco, ancorche parlaſſero bene in Perſiano, non mi ſeppero dire altro, ſe non che era Donna, chiamata da loro* Bibi Nur. *La parola* Bibi *è titolo di honoranza, che corriſponde quaſi al noſtro* Signora; *e ſi dà, tanto dagl' Indiani, de quali è proprio, quanto da Perſiani, che eſſi ancora tal volta l'uſano, non ſolo alle Dive del Cielo, ma alle Donne ancora del mondo, mentre ſian perſone di riguardevol qualità. La parola* Nur *che in Arabo ſignifica* luce, *ma in Indiano non sò che coſa ſia, deve eſſere il nome proprio di quell' Idolo, dal quale, quel luogo, ſin dagli ſteſſi Perſiani vien detto volgarmente* Nuri, dagheli, *cioè* la Nur tralcioſa, *o* che ſtà nell' albero de' tralci. *Queſta* Bibi' Nur, *mi diſſe il Sami, che era ſtata molto antica, prima de* Mahadeù, *e di altri loro Idoli famoſi.* Et hinc tantiſper eruditionis gratia digrediamur.

Dea Bibinuria.

Quid ſignificet Bibi?

Quid etiam Nur?

An in annoſis arboribus aliqua ſit admittenda Divinitas?

Quàm antiqua fuerit Bibinuria?

NOTA I. Sicut Hiſpani, ut puellos & infantes in modeſtia contineant, eos terrent dicendo *Guarda el Coco* & nomine τȣ' *Coco* intelligi jubent ferocem quamdam beſtiam, quæ infantes devorat: ſic Belgæ hanc eamdem chimœram, quæ *ſecundum dici* puellos & infantes tranſglutit, *Bibi* nominant; unde infanti lugenti inclamat nutrix *Bibi kompt*. ac ſic Hiſpanicè diceret *el Coco viene*. Et Batavi, ut adverſus Albanum Ducem & Hiſpanos odiū in lacte propinarent infantibus, loco τȣ' *Bibi* Ducem Albanum ſuppoſuerunt, nam & hodie terrent infantes inculcando, *Ducq d' Alve kompt*. hoc eſt, *Dux Alvæ venit.* Fuit autem Princeps iſte fortiſſimus & generoſiſſimus: cujus in gubernando rigor, aut non occœpiſſe; aut, qui ſemel inceperat, debuiſſet procul dubio perſiſtere: nam ſi ſupereſſet, ſuperaſſet. Et quoniam ævo noſtro victricia Guſtavi Adolphi vexilla Epiſcopus Alberſtadienſis, Lutheranus, homo præceps & væcors ſequebatur, & clades paſſus plurimas, plurimas inferens, humano ſanguine madefecit Germaniam, obtinuit, ut ejus infantes nomine terrerentur; etſi enim effuſiſſimè illachrymentur, cū primum audiunt, Den dullen Biſcop *kompt*: id eſt, *ſtultus Epiſcopus venit,* emūgunt lachrimas; & ne devotentur, charæ parentis adſiſtentiam, & favorem implorant.

Quid apud Hiſpanos ſit el Coco?

Vvat is dat, Bibi.

Quid Albani Ducis nomen importet apud Batavos?

Epiſcopus Alberſtadenſis, hæreticus pertinaciſſimus, in Orthodoxos per Germaniam inſanit.

NOTA II. Etiam Perſæ adorant & ve-

An Perſæ adorent Arbores?

Digitized by Google

neratur Arborea, ut narrat Petrus della Valle, qui epiſt. 16. pag. 350. §. 3. ſic ſcribit.

[Circa due hore più tardi della mezza notte arrivammo alla Terra groſſa Paſsà, reliquia ancor durante, conforme dal nome ſi può comprendere, dell'antica Paſagarda, o Paſſargada; dove ſecondo Plinio, e Quinto Curtio che pur l'accenna, era il ſepolcro del gran Ciro. Nell'entrar della Terra, da una banda vi è piantato un cipreſſo molto annoſo, il più bello, il più grande, che io habbia mai veduto in vita mia. Puiche il ſuo tronco, che da piedi è un ſolo, benche ſopra ſi divida in molti groſſi rami, dove da baſſo è ſolo prima di diverſi; è tanto groſſo, quanto à pena poſſono abbracciar cinque perſone unite in giro; (a) & i rami più baſſi ſi ſtendono lontano dal tronco per ogni parte attorno, conforme io miſurai da quindici paſſi de' miei. L'altezza corriſponde alla groſſezza; ma non è di forma piramidale, come ſogliono eſſere i cipreſſi di ordinario. Alla grendezza moſtra di eſſere albero antico aſſai; & i Mahomettani l'hanno in gran divotione. Da un piccolo tronco di un ramo baſſo, ne eſce humore di qualche gomma che ne ſtilla; dicono eſſi, particolarmente gl'idioti, che è ſangue; che ne ſcaturiſce miracoloſamente ogni Venerdì, che è il giorno à loro più ſacro. Et in un concavo che hà il tronco groſſo, capace di due perſone, ſogliono ſpeſſo accendervi lumi, come in luogo venerabile: havendo eſſi per coſtume di havere in veneratione gli alberi grandi & antichi, quaſi che ſiano ſpeſſo ricettacoli di anime beate: per lo che gli chiamano anche in Perſiano *Pir*, che vuol dir *vecchio*, overo in Arabico *Sceich*, che pur *vecchia* ſignifica; e coſi Anche *Imàm*, che vuol dir *Sacerdote*, o *Pontefice*: perche con tutti queſti nomi ſogliono chiamare alcuni della lor Setta mortifera di loro con pazza opinion di ſantità. Onde, dicendo che il tale albero, ò il tal luogo è *Pir*, vogliono inferire, che vi habita ò che per diletto vi ſi trattiene tal' hora l'anima di qualche *Pir*, cioè di qualche perſona, al falſo lor credere beata. Queſto uſo di venerar gli alberi grandi e vecchi può eſſer, che a i Mahomettani ſia reſiduo dell' antica gentilità, che ſi legge, che ciò faceva; conforme à quello del Poeta,

Vbi-nam Magnus Cyrus ſepultus ſit?

Cypreſſus valde magna.

a) Habebat ergo hujus arboris truncus quaſi decem pedes in diametro; quod meritò inter res mirabiles poterit receuſeri.

Eſt arbor valde antiqua.
Devotè colitur à Mahometanis. Ex uno ramo liquorem emittit.
An hic humor ſit prodigioſus ſanguis?
An die Veneris tantùm ſtillet?
Ornatur luminibus.
An beatorum Animæ arboribus annoſis infundantur?
Voces Pir Schech, *&* Iman, *quid ſignificãt?*
An olim etiam in Italia Gentiles venerati ſint Arbores?

> *Eſt urbe egreſſis tumulus, templumq; vetuſtum*
> *Antiqua Ceſeris, juxtaq; antiqua Cupreſſus,*
> *Religione patrum multos ſervata per annos.*

Virgil. Æn. 2.
Hæc Arbores colendi ſuperſtitio ab Ethnicis tranſivit ad Hebræos & ab his tandem ad Mahometanos.

Il qual rito d'Idolatria, in Oriente ſappiamo, che ſi attaccò anche agli Ebrei, come ſi vede nella Sacra Scrittura. Et i Mahomettani, che hanno molto dell'Ebreo, facilmente queſto ancora, con altre coſe, da i più corrotti Ebrei haveranno appreſo; nel modo a punto che hoggidì da loro, e queſta, e ſimili altre ſciocche ſuperſtitioni, ſi vanno inneſtando ſin ne gli animi ſemplici de Chriſtiani ignoranti à lor ſoggetti, &c.]

An ad Chriſtianos etiam?

NOTA III. Ab Ethnicis religioſè coli arbores & Virgilii locus, quem Petrus della Valle adduxit, & alii, quos addemus, oſtendunt. Hæ olim Arbores apud Sepulchra plantabantur: & milites illorum cuſtodiæ deputati in ſacerdotes & eorumdẽ eaſæ tranſiverunt in templa. Virgilius Æn. lib. 7.

De Ethnicorum templorum & Sacrificulorum origine.

> *Tectum auguſtum ingens, centum ſublime columnis*
> *Vrbe fuit ſumma, Laurentis Regia Pici,*
> *Horrendum Sylvis & religione (c) Parentum.*

Pici Regia.

Et poſtea lib. 8. ſibi conſonans.

> *Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem,*
> *Religione (c) Patrum latè ſacer; undique colles*
> *Incluſere cavi, & nigra nemus abjete (d) cingunt.*

d) Vt vox abiete expleret pedem Dactylum, iota in conſonam trãſit.

Et quidem plurima à Virgilio docemur. Se reponit; & ſumma eruditione, quæ multis foliis ediſſerit Clemens Alexandrinus, duabus lineis complectitur. Attende. PRIMVM Ethnicæ Theologiæ PROTHEOREMA eſt. *Qui hodie coluntur ut Dii, fuerunt homines*. Probo ex nomine *Cereris*, quam fœminam fuiſſe certum eſt. SECVNDVM. *Hi ipſi Ethnicorum Dii, mortui ſunt*. Probo ex voce *tumulus*. Quoniam non ſolum Cereris, ſed etiam ipſiuſmet Iovis ſepulchra proſtant. TERTIVM. *Sepulchra, ut cuſtodirentur, aliqua indiguerunt ædicula, in qua cuſtodes habitarent. Et ſucceſſu temporis hujuſmodi ædicula in templa, & in ſacrificulos cuſtodes verſi ſunt*. Probo ex illis verbis, *tumulus templumq; vetuſtum*: quæ enim erat apud tumulum domus, in templum convertit vetuſtas. Immo ipſamet ſepulchra ob hanc cauſam Templa vocata ſunt. Virg. 2. Æn.

An Ethnicorũ Dii fuerint homines?

Ceres fuit mulier.

Gentium Dii mortui ſunt.

Ædes apud ſepulchra erecta in templa convertuntur.

> *Prætereà fuit in tectis de marmore templum*
> *Conjugis antiqui.*

Hoc *Sepulchrum conjugis*, ut ex Varrone de ling. Latina, Feſto, Nonio, & aliis Sipontinus exponit. QVARTVM. Antiquis *Arboribus aliquam ineſſe Divinitatem Ethnici crediderunt*. Probo ex illa voce *religione* quæ in locis à nobis ex Virgilio productis arbo-

An in Arboribus habitent Dii?

arbores & Sylvas concernit. Vide Petrum della Valle & alios, qui de Arabia & India ſcripſerunt, invenieſque multas in locis diverſis antiquas & decrepitas arbores, non ſolum à Gentilibus, ſed etiam à Mahometanis, ut Deas coli. Et in ipſos poſſet exclamare Satyricus,

Felices Animas! quibus naſcuntur in hortis

Numina, &c.

NOTA IV. Addamus adhuc paucas lineas pro Criticis, qui rationes cauſaſque Latini Idiomatis indagant, & examinant.

Deberent Typographi Veneti in correctione librorum majorem diligentiã adhibere.

a] *Ceſeris*. Vtor Virgilio Venetiis apud Guerilios anno 1638. edito; qui ut plerique omnes libri ibi impreſſi, mendis ſcatet. Lego itaque *Cereris*; nam quæ Ceſes fuerit, non reperio.

Quomodo ὑφιλὸν *pronunciatur.*

b) Græcum υ ſonat inter i & u, & quia eſt difficilis pronunciationis alii ut i & alii ut u pronunciant: quod hæc ipſa vox demonſtrare videtur. Græcè vocatur *κυπάρισσος*. Italicè *cipreſſo*. Hiſpan. *Ciprés*. Sed, & Virgilio vox Græca placuit, ait enim

Cypariſſus qualis arbor ſit?

Aerea quercus, aut conifera cypariſſi.

Sic etiam *Sylla* & *Abila* à multis *Sulla* & *Abula* (unde & *Abulenſis*) vocantur.

Errores, ſunt ceraſis ſimiles: & cur?

c) Sed nolo ita eſſe Criticus, ut abſim Ethicæ: nam hic ſuccurrit occaſio, ut Ethicè grammaticemur. Dicunt Hiſpani.

Salen como cereſas los errores.

Et quidem illos meritò cum ceraſis comparant: nam *ad Marcel.* ait Hieronymus: *Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum, talibus & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem; ſiquidem hoc genus pomi Ponto & Armenia ſubiugatis, de Ceraſunte primus Romam pertulit: unde de patria arbor nomen accepit.*

Ceraſum civitas.

Et ex Plutarcho in Lucullo habemus, ingraveſcente illum ætate cum jam incepiſſet deſipere, M. Luculli fratris curæ & tutelæ eſſe permiſſum. Ergo à Lucullo Romanus populus & ceraſa quæ ederet, & ſtultitias, quas rideret, obtinuit: & ideò meritò conjunguntur, nam eumdem morem & modum obſervant.

Lucullus decrepita in Ætate delirat.

Nunquam error ſolus comparuit.

Qui ſemel committitur, habet ſtatim multos ſocios.

Fortè unicum ſumpſiſti ceraſum, ſequuntur plurima, ſunt enim inter ſe brachiolis quodammodò concatenata: Et ſi fortè, vel unicum errorem commiſiſti, ſi ex inadvertentia ſtultitiam aliquam pronunciaſti, & ſicut ceraſum virginali verecundia rubeſcis, oſtendes illico hunc ipſum errorem, hanc ipſam ſtultitiam eſſe ceraſis ſimilem, lapſus enim implicantur ineptiis, multique & multæ ſequentur, ut priorem defendant aut excuſent. Quo ſenſu Martialis *lib.* 1. cecinit.

Et idem de infortuniis dicendum.

Exſpectant curæque, catenatique labores.

Vnde exclamat Hiſpanus, *Bien vengas mal ſi vienes ſolo*: quoniam miſeriæ & infortunia, ut eadem utar ſimilitudine, ceraſorum inſtar concatenantur inter ſe. Occidit matrem Nero; & ut ſcelus excuſet, adfingit illi proditionis infamiam: & ut hoc ſuadeat, multos innocentes accuſat. Matrem Neroni ſimilis (nempe Eccleſiam Catholicã) ſi animo æquales eſſent vires, Martialis Lutherus deleviſſet. Ab ea exceſſit propudioſa perfidia. Vt hanc excuſet, illam (matrem) ſcelerum & hæreſum incriminatur. Et ut hæc perſuadeat, Sacra corrumpit Biblia & opiniones Patribus, quas nunquam cogitarunt, imponit. Et cur hæc omnia Ego? Quia ſcripſit Virgilius *Relligio*. Tres breves ſyllabas, ut conficeret dactylum. Ecce, error primus! &, ut hunc excuſaret errorem, duplicavit conſonam poſt primam ſyllabam: nempe *ll* pro *l* poſuit. Ecce error alter! nam ſimplex *l* poſtulabat *Religio*. Et hac putavit via verſum carere errore, quem duplici laborare videmus. Ecce error tertius! At fuit Plautum, Terentium, Lucretium, & alios antiquiores, aut etiam coætaneos ſequutus, qui etiam, ubi voluerunt aliquam vocalem protrahere, geminarunt conſonantem ſequentem. Ecce error quartus! non enim excuſat peccatorum exorbitantiũ multitudo. Aliam etiam iniere Poetæ viam, ut brevem aliquando producerent (Ecce error quintus!) nam ſimplicem vocalem in diphthongum verterunt: ſi enim *ſeco* primam corripit, cur non & *ſæculum*? Vt prima producatur, multi, vel invito Pontano, *ſæculum* ſcripſere. Et ſicut vocalis brevis, ſi fortè geminetur, aut in diphthongum tranſeat, protrahitur, cur non etiam ſecta aut dimidiata longa breviari poterit ut vel ſic Virgilius (Ecce error ſextus!) excuſetur in illo verſu

Sumitur exemplum ex Nerone.

Sumitur alterũ ex Martino Luthero.

Quot errores in unico errore inveniantur?

An excuſet multitudo peccantium?

An Syllaba brevis poſſit protrahi?

An longa corripi?

Connubio jungam ſtabili propriamque locabo.

Virgilius Æn. 1.

Nam in *connubio* ſecunda longa eſt: quod ipſemet Virgilius nos docuit *Æneid.* 4. dicens

—— Connubia noſtra

Reppulit.

Hæc & alia ſimilia, quæ exciderunt, corrigere voluerat Virgilius antequam Æneis publicaretur; ſed quia morte præventus illa reformare non potuit, ultimis illam in tabulis flammis devovit. At Auguſti prudentia ob paucos, & in aliis Poetis permiſſos aut toleratos nœvos, Opus illud Divinum perire non permiſit. *Et hucuſque digreſſioni pervenire ſuffiçiat, ad lineam revertamur.*

Cur Æneidem ſuam juſſerit Virgilius comburi?

CON-

Adorant Indi Diabolum.

CONCLVSIO II. *Cognoſcunt Diabolum eſſe peſſimum: & tamen adorant ipſum Indi, ne noceat.* Ejuſdem Epiſtolæ num. 17. pag. 253. aſſerit Petrus ſe apud Manclium in Olala inveniſſe templum dedicatum Diabolo, erectum ab illa Regina. *Ejus templum.* Et ut poſſet redux in Italiam aſſerere illud propriis oculis aſpectaſſe, eo adivit, tametſi reclamāte Brachmano, ſocio itineris, qui hæſit, ut proſpiceret eminùs, quid Diabol⁹ de Romano faceret. Sed quale eſt hoc Idolū? *Ejus ſtatua.* *Trovai*, ait ipſe, *nel mezo l'Idolo drizzato in piana terra di pietra bianca, ma rozza, d'altezza più che humana: di figura, non come noi il Diavolo dipingemo, com' un huomo giovane ben fatto, con un' alta e rotunda diadema in teſta al lor modo*, &c. Exſpuit in illum Petrus; & provocavit ut ſi erat Deus, & contra Chriſtianam vires Religionem haberet, illas exſereret. *Stupor Indus, quòd Petrus in Diabolum audeat.* Obſtupebat Brachmanus: & tametſi respondere neſciret & taceret, non ideò ſe à priſtino errore ſubtraxit.

De Diis privatis.

CONCLVSIO III. *Præter communes Deos familia Regia habent ſuos Deos particulares.* Ex prima neceſſariò deducitur. Quoniam ſi illorum Dii fuerunt Principes antiqui & celebres; neceſſarium omninò videbatur, ut præter aliquos toti Indiæ notos, aliquos quævis provincia haberet, qui non pertinerent ad alias. De privato Olaliæ domus Deo Petrus Vallæus ibidem *Circa gli Idoli mi diſſero in Manel, che la Regina d'Olala e tutta la ſua Caſa, come per ragione hereditaria ab antiquo, adorava, e teneva per ſuo principale Dio un Idolo, che ſi chiamava* Putia Sommata, *il quale dicevano, eſſer' il medeſimo, che* Mahadeu, *e che lo dipingevano par di quella figura rotonda, a guiſa d'una colonella di termine, rotonda in cima*, &c. *Specialis Regia familia Deus in Olala.* Non autem eſt ſingulare apud Indos habere Deos privatos: nam & Græci habuerunt: & tanta olim confuſione Romani ut lege debuerint coerceri, ne præter communes Deos alios colerent. *An Græci & Latini habuerint Deos privatos?* Duodecim Tabularum erat Lex. *Separatim nemo habeſſit Deos, ut ne novos ſive advenas, niſi publicè adſcitos privatim colunto.* Vide Roſ. *pag.* 154. Suetonium *in Neron.* 56. Gonſalvū Mendozam *de Regn. Sinar. pag.* 82. Laureotium Iaponium *Epiſt. Indic. pag.* 86. Varenium *cap.* 2. *de Relig.* Iaponic. *pag.* 51. & Chriſtianum Hoffmannum in [illegible]. *Cap.* 2. §. XXXIX. Privatos Θεὺς πατρώὺς vocabant Græci, quaſi *Majorum (Patrum) ſuorum Deos.* Virgilius.

Dii patrii ſervate fidem &c. & alibi
—— *Patriiq; Penates*

Vide Macrobium *lib.* 3. *Saturn. cap.* 4. Higinium, alioſq; qui de hoc argumento ſcripſerunt.

Proderit audire Tertullianum, qui Apologetici cap. 5. ſic inquit. *Vetus erat decretum, ut qui Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi à Senatu probatus, ut M. Æmilius de Deo ſuo Alburno facit, & hoc ad cauſam noſtram, quod apud vos de humano arbitratu Divinitas penſitatur, niſi homini Deus placuerit, Deus non erit: homo jam Deo propitius eſſe debebit. Tiberius ergo, cujus tempore nomen Chriſtianum in ſæculum introivit, adnuntiatum ſibi ex Syria Paleſtina, quod illic veritatem illius (Chriſti) Divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa ſuffragii ſui. Senatus quia non in ſe, probaverat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.* Conſonant Tertulliano Euſebius *hiſt. Eccl. lib.* 2. *cap.* 2. & etiam *in Chronico* Origenes *libr.* 2. *contra Celſum.* Paulus Oroſius *lib.* 7. *ſua hiſt.* teſte Hieronymo Cagnolo *tom.* 3. *ad leg.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. pag.* 240. *b. num.* 6. Genebrardus *ad annum Vrbis condita* 28. & iterum *ad ann. Mundi* 4159. Timannus Geſſelius *in hiſtoria ad* annum Chriſti 39. & alii.

Alburnus familia Æmilia Deus.

N. B. Videntur Græci, Romani, & alii Veteres *Divinitatis* nomine denominationem quandam extrinſecam deſumptam ab adoratione, & nihil ſubſtantiale intelligere.

Tiberius voluit Chriſtum inter Deos numerari; cur non id obtinuerit?

Et quidem Saracenos, antequam Mahometi deliria amplecterentur, habuiſſe Diales & Familiares Deos, quorum illi ſinguli ſingulis anni diebus corresponderent & hi à tali aut tali familia privatim colerentur, inſinuat Auguſtus Pfeifferus, *in ſui faſciculi diſſert.* 5. *Philol. cap.* 1. *theſ. ult. pag.* 94. his verbis. (Coluerunt porrò Cubaram ſeu Venerem, de qua Horting. *Hiſt. Orient. pag.* 230. & Voſſius *de Idolol. gent. l.* 2. *p.* 467. Schoms ſeu Solis effigiem colebant Hamyarenſes; Saad, idolum ex oblongo ſaxo: alii quidam Aſafum ſub viri, quidam Nayelam ſub fœminæ figura; Soarium ab igne dictum Anzitæ; Duſari, idolum Dauſenium, quibuſdam Martem, aliis Iovem, aliis Bacchum expreſſiſſe videtur: Hobal, idolum famoſiſſimum Arabum virum ſeptem ſagittas manibus tenentem referebat: Cenanæos Luoam, Miſamæos oculum Tauri (ſidus) Lachamæos Iovem, Tajitas ſtellam Canopum, Kajiras Syrium &c. coluiſſe narrat Abul Faraius *p.* 4. Complurimos quoque habebant Deos, quorum nomina interciderunt: talis ille Deus erat, quem cum referente Alfirauzabadio vulpes urina conſpurcarent, ira accenſus edituus Idolum confregit; tale Haniſidarum idolum è maſſa confectum, quod urgente Annonæ caritate cultores devorarunt. Imo fermè unaquælibet familia Saracenorum peculiarem Deum, peculiareſque penates habebat. Circa Caabam ſeu templum Vrbis Meccæ teſte Aljannabio, erant Idola trecenta & ſexaginta, quorum præcipuum Hobal, adeò

Qui fuerint Diales Dii? Qui Familiares?

Dea Cubara, *quæ?*

Quis Deus Schoms? *Quis* Saad? *Quis* Aſafus? *Quæ* Nayela? *Et qui tandem* Soarius, Dauſentius, *&* Hobalus?

Quinam Stellas adoraverint? Dii anonymi. An liceat Edituo Deos frangere? An cultoribus ſuum Deum comedere? An fuerint Dii privati, quos unaquæque familia ſibi colendos & adorandos propoſuerit? An ſingulis potuerit?

Saraceni diebus Numen diverſum venerari.

adeò ut Saracenis ſingulis diebus ſingula, ſi liberet, numina invocare liceret, aut ſingulos fermè totius anni dies ab Idolis denominare. Prolixius autem de Idolis Saracenorum egit Pokokius *ad Abulf. à p.89. ad 137.* Sed cum Muhammed ſpargeret paſſim ſua dogmata, nomen ſuum tandem etiam ipſi Turcæ dederunt, &c.

De Transmigratione Animarum.

CONCLVSIO IV. *Admittunt Transmigrationem Animarum; & eam tam latè, ut ex hominibus in beſtias, & ex beſtiis in alias ignobiliores aut etiam nobiliores beſtias; & tandem in aliquas plantas aut in homines transferant.* Vide Petrum della Valle *in India ſua Epiſt. 11 t. num. 13. pag. 58.*

An & quomodo παλιγγενεσία differat à μετεμψυχώσει? An Animæ immortales ſint?

Duæ ſunt apud Antiquos voces celebres Μετεμψύχωσις, & Παλιγγενεσία, illam *Transanimationem*, hanc autem *iteratam generationem* Latinè dicerem. Supponebant cum Catholicis Ethnici Animas eſſe immortales: & ne otio torperent, ab uno ſolutas aut dimiſſas corpore immittebant in aliud: quorum opinationem Transformationum quinto decimo dilucidat Ovidius numeris, quos inferiùs ponemus.

An apud Pythagoræos regenerentur Animæ?

Inter has duas voces hæc invenitur differentia: quod Μετεμψύχωσις (*Transanimatio*) Animam directè reſpiciat, corpora verò indirectè & in obliquo, ut terminos *à quo*, & *ad quem*; Παλιγγενεσία autem ſubſtantias completas concernat: non enim animæ aut corpora, ſed ex his ſubſtantiæ completæ (homines, boves, equi, aſini, &c.) generantur. Videtur S. Hieronymus (ab Ambroſio Calepino productus) rigorem vocis non adſequutus, ſaltem non explicaſſe: dixit enim, *Probabo non Empedoclis, & Pythagoræ vos Dogma ſectari, qui propter μετεμψύχωσιν, id eſt, transformationem, omne quod movetur & vivit, edendum non putant.* Et cur? Feſtivè reſpondet Tertullianus, *Ne fortè bubulam quis de aliquo proavo ſuo obſonaret.*

An μετεμψύχωσις ſit transformatio? Cur animantium carnes nō comedant Pythagoræi?

Hæc de Animarum tranſmigratione doctrina Pythagorica eſt; canit enim de ſumma illius abſtinentia Iuvenalis Satyr. 15.

An hæc opinatio à doctrina de carnis Reſurrectione non bene intellecta prodierit?

Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc monſtra videret
Pythagoras, cunctis animalibus abſtinuit qui
Tanquam homine & ventri indulſit non omne legumen.

Et de ejuſdem diſcipulis differens.

Vide bidentis amans, & culti villicus horti,
Vnde epulas poſſis centum dare Pythagoræis.

Et ego cum quantus fuerit Pythagoras in mentem revoco, & quàm alienum à ratione hoc ſit paradoxum conſidero, nimirùm cum ex altera parte audio Ovidiū Transformationum lib. 15. dicentem,

Mente Deos adiit; & quæ Natura negavit
Vſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Et cum ex altera conſequentias, quæ ex hac opinatione inferuntur perpendo, ſuſpicari incipio aliter Pythagoram docuiſſe, & aliter Pythagoræos didiciſſe, & ex veritate male intellecta monſtrum hoc opinionis formaſſe. Fortè quæ dextera manu tradiderat ipſe Pythagoras, ſiniſtra ut dicitur, receperunt diſcipuli. Docebant Hebræi carnis Reſurrectionem, quæ omninò differt à Tranſmigratione ut doctè Requeſenius *in ſelectis libr. 1. diſp. 5. ſect. 3. pag. 130 b. num. 6.* dicens. [Ad reſurrectionem non ſufficit idemtitas numerica ſolius Animæ: ergo etiam requiritur idemtitas numerica materiæ. Antecedens probatur; tum quia Tranſmigratio Animarum poſita à Pythagoricis (a) non erat Reſurrectio, ſed nova Generatio; quamvis eadem eſſet anima, & forma ſubſtantialis informans diverſas materias: quia ad hoc ut eadem numero materia exiſtat, debent exiſtere eadem omninò prædicata eſſentialia: hæc autem ſunt in compoſito Phyſico, materia & forma: unde ſi Deus produceret Petrum corrupto Paulo, diceretur producere eamdem ſpeciem hominis, non verò idem individuum humanum. Ex quo ſic ulteriùs arguo à pari. Non reproducitur eadem numero anima, ſi alia illis ſimilis creetur. Ergo non res urget idem numero corpus, niſi idem numero, qui fuit in mortuo, ſit in reſurgente, &c.] Docebant igitur Hebræi, inſtituti divinitus, carnis Reſurrectionem, hoc eſt, humanarum animarum ad priora corpora Reverſionem; & introduxerunt Pythagoræi Tranſmigrationem, non reſtituentes quidem animas propriis corporibus, ſed in alia diverſa transferentes.

a) Conſultò Pythagoræis hunc errorem adſcribo, quia fortè non erat Pythagoræ.

Reſurrectionis & Tranſmigrationis differentia.

De Individuationis principio. An formarum individuatio à materia ſumatur? An repugnet eamdem numero formam, ſimul aut ſucceſſivè, diverſas numero informare materias?

Hic in Peripatu error locum invenire non poteſt: docet enim ex Ariſtotele *Materiam eſſe principium individuationis.* Adeoque repugnare, ut eadem numero forma ſubſtantialis ſimul aut ſucceſſivè informet numero differentes materias. Audi D. Thomam, qui inter Peripateticos Scholarcha nobiliſſimus eſt, & *Opuſc. 2. cap. 153.* ſic inquit. *Sicut eidem formæ ſecundum ſpeciem; debetur eadem materia ſecundum ſpeciem; ita eidem formæ ſecundum numerum debetur eadem materia ſecundum numerum. Sicut enim anima bovis, non poteſt eſſe anima corporis equi, ita anima hujus bovis non poteſt eſſe anima alterius bovis.*

Oper-

Digitized by Google

Oportet igitur, quod cum eadem anima rationalis remaneat, corpori eidem numero in Reſurrectione uniatur. Corruit igitur tota Pythagoræorum & Indorum, qui illos ſequuntur, opinatio.

Quid Reſurrectio propriè ſit? An corpus concernat primariò?

Probo iterum verbis D. Thomę *ex Comment. in 4. diſt. 44. qu. & art. 1. quæſtiunc. 1. in fine* deſumptis: *Non enim Reſurrectio dici poteſt, niſi anima ad idem corpus redeat; quia Reſurrectio eſt iterata ſurrectio. Ejuſdem autem eſt ſurgere & cadere: unde Reſurrectio magis reſpicit corpus, quod poſt mortem cadit, quàm animam, quæ poſt mortem vivit: & ita, ſi nō eſt idem corpus, quod anima reſumit, non dicitur Reſurrectio, ſed magis novi corporis adſumptio.*

Non manet idē numero homo, ſi anima, vel corpus mutetur.

Eamdemq; doctrinam confirmo *ex quæſtiunc. 2.* in qua S. Doctor ſic diſcurrit. *Oportet, quod illud idem numero ad finem perveniat, quod propter finem eſt factum, ne in vacuum factum eſſe videatur. Oportet, quod idem numero homo reſurgat, & hoc quidem fit, cum eadem anima eidem numero corpori conjungitur, ut ex dictis patet: aliàs enim non eſſet Reſurrectio propriè loquendo, niſi idem homo repararetur, unde ponere* (quod non ſit idem numero corpus, eſt ponere, quòd non eſt idem numero homo, qui reſurgit: & ponere) *quod non ſit idem, qui reſurgit, eſt hæreticum derogans Veritati Scripturæ, quæ Reſurrectionem prædicat.*

An Pythagoræorum, & Indorum ſententia ſit hæretica?

Et cur hæreticum? Quia *Carnis Reſurrectionem* profitemur in Symbolo: nam ut S. Athanaſius exponit. *Omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis*: cum illis ipſiſſimis, quæ habebant dum viverent; quoniam, ut teſtatur Apoſtolus Μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τὸ σώματι τῆς δόξης αὐτȣ̃. *Reformabit corpus humilitatis noſtræ ad eſſe illud* (b) *configuratum corpori gloriæ ſuæ.* Ex quibus verbis ſic dialecticor. Sicut de Chriſti corpore, ſic de noſtris, ut Apoſtolus ait, philoſophandum eſt: ſed in Reſurrectione ſua Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, corpus illud ipſiſſimum, quod habuerat, & non aliud, adſumpſit. Ergo in carnis Reſurrectione, noſtræ animæ corpora illa ipſiſſima, quæ habueramus & non alia reſument. Non ergo rationales Animæ ex his corporibus in alia tranſeunt.

Ad Philipp. 3. 21.

b) Ad eſſe illud: *Hiſpanicè*, para ſer el. *hoc eſt* paraque ſea.

An inter Chriſtum & cæteros homines detur Analogia?

Stat igitur carnis Reſurrectionem, & animarum Tranſmigrationem toto Cœlo differre. Et quidem ex Tranſmigrationis hoc delirio duo, & valde notabiles errores per neceſſariam conſequentiam naſcuntur. Alterum, omnia animalia, tam rationalia, quàm irrationalia eſſe ejuſdem infimæ ſpeciei ſubſtantialis. Alterum, tam exſecrabile ſcelus eſſe, brutum, quàm hominem occidere: adeoque pietatem poſtulare, ut ſicut ab humanis, ſic etiam à belluinis carnibus temperetur. Porrò homines & bruta eſſe conſubſtantialia, & ſola figura & organorum diſpoſitione differre, ex hypotheſi (ſed alias falſa) demonſtratur clariſſimè: nam, ſi in omnibus brutis rationalis eſt anima, ipſa & homines minimè diſtinguuntur ſpecie ſubſtantiali.

An bruta & homines diſtinguantur ſpecie?

An bruta occidere peccatum ſit?

SI ARGVMENTERIS SIC. Per repetitionem meram fit numerica multiplicatio; ideò enim Petrus & Paulus diſtinguuntur numero, quia Petrus eſt homo, & Paulus eſt alter homo. Ergo, ſi Alexander & ejus Bucephalus non diſtinguuntur ſpecie: ſi Alexander eſt homo, Bucephalus erit alius homo: & ſi Bucephalus eſt equus, Alexander erit alius equus, quod nemo admiſerit. RESPONDEBVNT, præter formas ſubſtantiales, & accidentarias omnibus Philoſophis notas, dari charactericas, quæ conſtituunt concreta. Nam tametſi Pygmæus & Gigas non diſtinguantur ſpecie ſubſtantiali, diſtinguuntur ſpecie characterica: adeoque nec Gigas poteſt dici Pygmæus, nec Pygmæus Gigas. Addent homines à brutis & bruta inter ſe diſtingui ſpecie characterica; rationalitatemque includi in conceptu animalis & animalis in hominem & brutum diviſionem eſſe ſubjecti in accidentia; & ſimilem illi, quâ homo in Pygmæum & Gigantem dividitur. DICO ITAQVE data illa hypotheſi, videlicet, *Bruta eſſe prædita anima rationali*, Objectionem eſſe elumbem, & exactè diſſolvi.

De multiplicatione numerica.

Forma, vel ſunt ſubſtantiales, vel accidentales, vel characterica.

An homines & bruta inter ſe forma characterica diſtinguantur?

Si petas, an rationales animæ, quando in brutorum corporibus conduntur, ratiocinentur? Reſpondent vocem λόγος *rationem & ſermonem* ſignificare: & bruta ἄλογα dici, non quod non ratiocinentur, ſed quod non colloquantur. Sicut enim homines muti res intelligunt, quas verbis explicare non poſſunt, ſic ſimiliter beſtiæ habent internos ſenſus liberos, tametſi habeant linguam ligatam. Inter cæteras animantes vaccas eſſe ſanctiſſimas aſſerunt, nam in eas infunduntur Heroum, illuſtriumque virorum animæ, cum corpora illorum relinquunt. Vt vaccas Deo chariſſimas eſſe perſuadeant, *dicono, che una volta Dio ſdegnato per tanti peccati, che gli huomini commettono, voleva rovinare affatto il Mondo, ma che la vacca intercedè il perdono, e liberò il Mondo dal meritato caſtigo,* ut Petrus della Valle *in ſua Perſia epiſt. 111. Scripta Sphahanii 18. Decembr. 1617. num. 3. pag. 77.* teſtatur. Ecce deliram Animas, etiam quando in brutorum includuntur corporibus, Deum cognoſcere, orare, & implorare: exaudiri divinitùs, & miſericordiam impetrare. Nec

An bruta actu ratiocinentur?

An mutis hominibus ſimilia ſint?

An Deum cognoſcant, & pro hominibus orent, & veniam impetrent?

Adu. Logic. lib. 2. Ecl. Phyſ. 3. de Anim. 2. de anima hominis cap. 2.

Nec videntur primi aut ſoli Indi Orientales, qui ſicut Gigantem à Pygmæo, ſic hominem à bruto ſecundum magis & minùs ſeparant & diſpeſcunt. Quoniam λόγον (*rationem*) licèt non ita perſpicacem, ac homini, accenſent brutis Empedocles apud Empiricum, Parmenides & Democritus apud Stobæum, Anaxagoras apud Ariſtotelem, Cromius apud Nemeſium, & alii. Plutarchus quoque non ſolùm *libro, de comparata animalium terreſtrium, aquatiliumque prudentia*; ſed etiam *in inſtituto Grylli cum Vlyſſe Dialogo* probat τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι *bruta uti ratione*. Plato & Stoici apud Plutarchum, ſiquando admittunt non ratiocinari bruta, id evenire aſſerunt, non defectu potentiæ, ſed propter organa improportionata: nam ſicut Talpa habet potentiam viſivam & tamen cœcus eſt & non videt ob viſivi organi imperfectionem, ſic & brutorum animas ὐκ ἐνεργῦσας παρὰ τὴν δυσκρασίαν τῶν σωμάτων, *non eſſe agentes ſecundum rationem, ob incongruum corporum contemperationem*. Et rurſus Plato hominem, ait, ξυνέσει ὑπερβάλλειν τῶν ἄλλων, intelligendi perſpicacia cæteris *antecellere*. Et, ſi animantes inter ſe conferamus, Cameli, & Elephantes συνέσει ὑπερβάλλειν intelligentia eminere.

Cur talpa non videat?

Cur bruta non ratiocinentur?

An hominum Animæ in corpora brutorum tranſmigrent?

Et quidem Animas hominum etiam in bruta tranſgredi apud Ovidium *libr. 15. Metam.* legimus.

Morte carent animæ, ſemperque priore relicta
Sede, novis domibus vivunt, habitantque recepta.
Ipſe ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, &c.
—— Inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudumq; in corpora condi.
Corpora, quæ poſſunt animas habuiſſe parentum,
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, &c.

Claudianus *de Proſerpina raptu lib. 1.*

Quos ubi per varios annos, per mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humana revocat primordia vitæ.

Et Tibulus *lib. 4.* ſimiliter.

Quin etiam mea cum tumulus contexerit oſſa,
Seu matura dies fato properat mihi mortem,
Longa manet, ſed vita tamen, mutata figuram,
Seu me finget equum, rigidos percurrere campos
Doctum, ſeu tardi pecoris ſim gloria taurus,
Sive ego per liquidum volucris vehor aërea pennis,
In quemcumq; hominem me longa receperit ætas,
Inceptis ad te contexam carmina chartis.

Crites.

Unde Plato, & Ariſtoteles colligant, ſolum hominem eſſe ratione præditum?

Re meliùs perſpecta Plato *in Teat.* & ex eo Ariſtoteles 3. *Anim. 10.* λόγον καὶ νῦν *rationem & mentem* in ſolis hominibus reperiri ex eo colligunt, quod hi ſoli eſſe cognoſcant Deum. Quæ quidem ratio pulchra & ſecura eſt: nam tametſi in Brutis ſcientiarum ſubobſcuræ aliquæ reperiantur imagines, virtutumque & vitiorum umbræ, non tamen illa noſcunt Deum. Ergo vis cognitiva, quæ eſt in homine, eſt nobilioris ordinis, quàm quæ reperitur in brutis.

Ruſtica impietas, quæ?

Ratio, quæ contra nos, pro Indis & Pythagora militat, elumbis & inefficax eſt; quo enim modo ſuadetur humanam animam etiam in brutis eſſe, probari poſſet eamdem arboribus æquè competere, & illas à brutis & hominibus tantùm ſecundum magis & minus differre: & hanc *ruſticam impietatem* S. Auguſtinus appellat. Interim, quia Humana Ratio in plurimis adlucinatur, ſecuriſſima veræ doctrinæ demonſtratio ſumitur à Revelatione Divina, qua poſita omnis ceſſat formidinis, aut erroris occaſio: nam omnes & ſolos Homines habere rationales animas, de Fide eſt.

Philoſtratus in vita Apollonii lib. 3. c. 6. Iulius Solinus cap. 16.

Quiſnam fuerit primus, qui animarum tranſmigrationem aſſeruerit, Curioſi interrogant: & Pythagoram fuiſſe aſſeverant. Iarcha Apollonio dixit doctrinam de anima Indos didiciſſe à Pythagora, Ægyptiiſque communicaſſe. At Petrus della Valle eſſe hanc opinationem antiquiorem exiſtimat, quoniam Iulio Solino teſte floruit Pythagoras quo tempore Brutus, qui exegit Roma Reges, erat Conſul. Ex Bruto ad Alexandrum ponit quaſi ducentos annos, & recurrit ad exercitum Eumenis, qui fuit unus ex illis, qui ſucceſſerunt Alexandro. Occubuerat in hoc exercitu Ceteus, phalangum Indicarum Dux & duas uxores reliquit, quibus etiam poſt fata erat tam charus, ut alterutra voluerit cum marito comburi. Et Diodorus Siculus, qui *lib. 19.* hanc hiſtoriam enarrat, hunc morem vocavit *antiquum*. Tunc Vallæus. Mos, qui tantum ducentis annis perſtitit, non vocatur *antiquus*. Sed hic mos vocatur à Diodoro *antiquus*, Ergo ante Pythagoram obſervabatur. Sed nihil.

Quot annos habere debeat conſuetudo, ut antiqua vocetur?

Comburendi uxores apud Indos antiquiſſimus mos.

hil Vallæus probat: dico enim primo, morem, qui ducenteſimum ætatis annum ſuperat, antiquum eſſe: & dico ſecundò, etſi non eſſet antiquus, nihil Vallæum probare; nam Diodorus de combuſtione uxorũ agit, & nos de tranſmigratione animarum, quæ ſunt doctrinæ independentes diſputamus; unde etſi concederetur, legem de comburendis uxoribus in pyræ conjugiis, multò fuiſſe antiquiorem Pythagora, non ideò deberet concedi ſententiam de animarum tranſmigratione ante Pythagoram cognitam fuiſſe. [De fœminis, quæ poſt mariti mortem comburuntur, multi ſcripſere Authores: at cauſam non omnes exponunt: Conſtantinus l'Empereur, *pag.* 215. hanc adducit. *Legimus quidem apud Brachmãnos, cum uxores maritorũ morte inhiarent, tandem publico ritu receptum, ut ſe præcipitarent in mariti rogum; ne qua mulier mariti mortem accelerarET, ut pote, cui ſimile exitum immineret.* Vide Chriſtianum Hoffmannum *in libri, qui inſcribitur* [illegible], Vmbra in luce, *cap.* 2. §. 32.

Quam ob cauſam fuerit introductus?

Ab Indis μετεμψύχωσιν inter Iudæos Cabaliſtæ & Phariſæi didicerunt. M. Auguſtus Pfeiffer *diſſert.* 3. *de tribareſio Iudaeorum, pag.* 42. *theſ.* 2. [Quoad μετεμψύχωσιν, communis Cabaliſtarum opinio eſt, teſte Manaſſe ben Iſrael *de Reſurrect. Mort. libr.* 2. *cap.* 18. *pag.* 214. Animas ex uno corpore in aliud tranſmigrare. Hinc movet dubium Manaſſe: *Si una Anima ex opinione Cabaliſtarum, qui Animarum tranſmigrationem ſtatuunt, informat varia & diverſa corpora, omnia ne corpora ſint reſurrectura?* &, ſi non omnia, *Quæ iſtorum ſit reſurrectura?* Quod ſolvit deinde ex Zohar *pag.* 217. Hanc μετεμψύχωσιν. ſeu tranſanimationem etiam crediderunt Phariſæi, in eo tamen diſcrepantes à Cabaliſtis, quod hi etiam impiorum, illi tantùm piorum Animas tranſmigrare dicerent. Vide Theod. Hakſpan. *ad lib. Nizzachon. pag.* 152. Et huc reſpici, vero non eſt abſimile Matthæi 14.2. & 16.14.] Non dicit eſſe certum, ſed veroſimile locis citatis tranſanimationem contineri, nam congruè poſſent de reſurrectione, ſine tranſanimatione explicari.

An, & qualem μετεμψύχωσιν admiſerint Cabaliſtæ & Phariſæi?

An ſola ſanctorum, an etiam impiorum Animæ è corpore in corpus tranſmigrent?

Conſonat Iohannes Fechtius *In diſquiſitione de Iudaica Eccleſ. pag.* 24. dicens. *Porrò Animas* τὰς τῶν ἀγαθῶν μόνας, *ut loquitur Ioſephus in alios homines, vel etiam bruta, ſecundum id quod peccarunt, at Tisbi per* μετεμψύχωσιν *immitti, haud improbabile eſt. Vtraque communem Phariſæorum ſententiam Ioſephus, quam Manaſſe R.* 17. p. 35. *ex Talmud pluribus rationibus firmat. Rab. Benjamin. tamen* דרך בסל *זה*

An bruta ferociora pro peccatorum atrocitate Animæ traſfundantur?

Stolidiſſimum eſt, &c. Confer Elenchũ Hornbeck Th. pag. 541. *s.* &c.] Et iterum pag 50. idẽ Fechtius ſic inquit. [Conjiciunt quidam, nominatim Scaliger, ab Haſedæis eos deſcendere, quorum mentio fit. I. *Machab. VII.* 23. & alibi Dogmata hæc ſunt. *Eſſe præter Scripturam Sacram legem oralem, ſeu traditiones pari pietatis affectu ſuſcipiendas; Earum obſervantiam, quam accuratiſſima eſſe poſſit, eſſe hominis Iuſtitiam, cui proinde merces debeatur vita æterna; Eſſe quoddam fatum Aſtrologicum; Commigrare defunctorum Animas per* μετεμψύχωσιν *in alia corpora,* denique *Auſteriſſima vitæ inſtitutione & Sanctimonia, abundantia, oratione, philacteriis, decimis, Eleemoſynis zelo propagandæ religionis, expiationibus propriis, flagellationibus, jejuniis, lotionibus, ſibi aliiſque merita acquiri poſſe.* Addit *Abſtinentiam à carne* Benjamin; vide tamen notam L'Empereur. Confer loca *Matth* XV. 2. *Marc.* VII. 3. 4. *Act.* XXVI. 5. *Matth.* VI. 2. 5. 16. IX. 14. XXIII. 5. 23. Videatur Hottinger H. E. ESSÆI.

Dogmata Haſidæis & Mahometanis communia.

Admittendæ ſunt Traditiones.

Etiam in morũ praxi.

Fatum Aſtrologicum dari.

Animas tranſmigrare.

Per virtutes naturales beatitudinem æternam adquiri.

Quid præſtet abſtinentia à carnibus?

An Herodes admiſerit μετεμψύχωσιν?

Matthæus 14. 2. hæc habet. *Audivit Herodes Tetrarcha famam Ieſu, & ait pueris ſuis, Hic eſt Ioannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & propter hoc efficaciæ operantur in eo.* Et poſteà cap. 16. 14. hæc. *Veniens autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, interrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem me dicunt homines eſſe filium hominis? Illi verò dixerunt. Hi quidem Ioannem Baptiſtam, alii verò Eliam, alii verò Hieremiam, aut unum Prophetarum. Dicit illis. Vos autem quem me dicitis eſſe? Reſpondens autem Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Addatur tertius locus præcedentibus ſimilis. Ioannis. 1. 20. hæc lego. *Miſerunt Iudæi ex Hieroſolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negavit, Quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogaverunt eum: Quid ergò? Elias es tu? & dicit, Non ſum,* &c. Converto oculos ad hos tres Sacræ Scripturæ locos; &, ut feram Iudicium de ſingulis, dico μετεμψύχωσιν non habere locum in PRIMO, non enim ſuis famulis dicebat Herodes, Animam Ioannis tranſmigraſſe in Ieſum, ſed ipſummet Ioannem reſurrexiſſe à mortuis & eſſe hunc, qui vocabatur Ieſus. Non ergo Herodes de Animarum tranſmigratione cogitabat. Et, ut duos alios locos meliùs intelligamus, proderit audire Pythagoram: ſic enim ait apud Ovidium.

An etiam alii Iudæi?

An Scribæ, & Levitæ?

Tranſanimatio diſtinguitur à Reſurrectione.

Ipſe ego, nam memini, Trojani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.

Debet diſtingui erat ab eſt.

Attende. *Eram* dicit, non *ſum*. Ergo, ſi in Ieſum Ioannis Anima tranſmigraviſſet,

Ie-

An crediderint Iudæi in Chriſtum Eliæ, Hieremiæ, aut Ioannis Baptiſtæ animas transmigraſſe?

Ieſus fuiſſet Ioannes, non eſſet. In SECUNDO loco non interrogat Ieſus, *Quem dicunt homines fuiſſe filium hominis?* ſed, *quem dicant eſſe?* Et ideò reſponderunt, *Hi quidem dicunt eum eſſe Ioannem Baptiſtam, alii verò Eliam, alii verò Hieremiam, aut unum ex Prophetis*. Interrogationi correſpondet reſponſio; & quia non dicunt eum *fuiſſe*, ſed *eſſe*, manifeſtè colligitur, reſurrectionem illos, & non tranſanimationem admiſiſſe. TERTIUS locus eſt ſimilis. Non enim Iudæi dicebant. *Tu-ne, qui modò es Ioannes, fuiſti olim Elias?* ſed agebant de tempore præſenti, & dicebant, *Es-ne tu Elias*; Et hoc, ſine reſurrectione, & ſine tranſanimatione poterat eſſe verum: non enim mortuus eſt Elias, ſed in Paradiſum translatus.

An Elias fuerit mortuus?

Per quot, & qua corpora Pythagoræ Anima tranſiviſſe fingatur?

Et placet hic eruditæ curioſitatis gratia quæſtionem paulò antè à Manaſſe ben Iſrael propoſitam dilucidare. Ponis Pythagoram olim fuiſſe Æthalidem Mercurii filium, poſt ejus mortem fuiſſe Euphorbum, deinde Hermotimum, poſteà piſcatorem Pyrthum nomine, & poſt eum factum fuiſſe Pythagoram. Et interrogas, In quonam ex his quinque corporibus futura illa Anima ſit in reſurrectione carnis? Et, ſi in uno corpore vixerit piè, in alio ſceleratè: An-ne in pio corpore ad gloriam: an verò in ſcelerato ad pœnam ſit collocanda? Reſpondet primò Thomiſta repugnare, ut una numero forma ſubſtantialis ſimul aut ſucceſſivè diverſa numero corpora informet. Qui ineat hanc viam, tollit difficultatem. Sed quid, ſi vera Scoti Opinio ſit, & una numero forma eſſe poſſit in diverſis materiis? Reſpondeo, regiminis ſuavitatem petere, ne Animæ ex corpore ad aliud corpus tranſmigrent: quia, ſi μετεμψύχωσιν daretur, illa, & alia plura ſequerentur abſurda, quæ in Rationem & Fidem Orthododoxam impingunt. Ergo Pythagoræorum ſententia dicenda eſt contra Rationem & Religionem militare.

An μετεμψύχωσις ſit poſſibilis? Et ſi eſſet poſſibilis, neganda eſſet: militat enim contra Rationem & Fidē.

An, & ubi apud Indos ſint communes uxores?

CONCLUSIO V. *Indi apud Calecutium habent uxores in commune*. Petrus della Valle *Epiſt. VII. num. 15. pag.* 285. ut rem ignotam Europæis, An Indi uxores habeant proprias? expoſiturus hæc ſcribit. *Prima ch'io parta do Calecut, noterò quì, già che viene in taglio, alcuna coſa ſtrana; che inteſi de i coſtumi di popoli di quella terra: & è, che i Nairi Gentili non hanno mogli proprie, mà frà di loro le donne tutte ſon communi; è gli huomini, che con alcuna di quelle hanno prattica, quando vanno à vederla, laſciano le lor armi alla porta, col qual ſegno neſſuno altro entra à diſturbarlo fin-*

Nairi, *Gentiles ſunt*.

che egli ſia dentro, nè hanno perciò alcun diſguſto, ò geloſia. Le donne ſon ſoſtentate da que gli huomini, che con eſſe hanno prattica. I figli non ſi cerca, ne pur ſi sà bene ſpeſſo di chi padre ſono, mà ſolo s'attende la diſcendenza feminile delle Madri; con la qual diſcendenza anco vanno tutte l'heredità.

Quis alat fœminas?

An filias patrē ſuū cognoſcat?

Fœminæ non ſunt inter Mahometanos communes, interim hauſto ab Indis ſcandalo, non ſemper marito uxorem Iuno

Connubio junxit ſtabili propriamq; locavit.

Genealogia, & hæreditates per lineam maternam deducuntur.

Et præcipuè apud Perſas, de quibus idem Petrus della Valle *Epiſt. 17. data Combrù, 29. Novembr.* 1622. *pag.* 454. §. 5. ſic inquit.

De Matrimoniorum varietate apud Perſas.

Non sò, ſe io mi habbia ſcritto altre volte, che i Perſiani, nel Mahomettiſmo, di ſetta Sciaiti, oltra del matrimonio, e del commercio, côceduto a tutti i Mahomettani dalla loro empia legge, con le Schiavo, e con le Concubine, i figliuoli di tutte le quali hanno per legitimi; ſi fanno di più lecito, contro'l parer de Turchi, e degli altri Sonniti, a loro auverſi, che tengono il contrario, un' altra ſorte di contratto con donne; che chiamano Tenece una donna ad uſofrutto. *Et è, che ſi fà una ſcrittura autentica frà di loro, nella quale ſi obligano di vivere inſieme come mariti e mogli, per tanto tempo, quanto a loro pare. Nel qual tempo, i figliuoli, che naſcono, o che generano, ſon pur legitimi. Finito quel tempo, ſe non voglion perſeverare più inſieme, ſi ſeparano; e ciaſcuno fa i fatti ſuoi: overo, ſe han guſto di farlo, ſeguitano à vivere uniti, rinovandoſi la ſcrittura, per altro tempo, quanto a loro piace, e bene ſpeſſo anche ſi conferma con nodo più ſaldo di vero matrimonio al lor modo. Non anderà, in queſta guiſa, ad uſufrutto, una zitella, maſſimamente nobile, con un ſuo pari: ma ſi ben vi anderà, con uno, che ſia di maggior qualità. La Vedova, ò paſſata per altri mariti, non Zitella, ſi darò ad uſofrutto anche ad un pari: Sì perche non è ſconvenevole; ſi anco per la ſperanza che vi è, di havere a finire il negotio, quando rieſca loro di conviver bene inſieme, in matrimonio perfetto; o che l'uſofrutto ſerva a patto, per voler far di ciò la prova. Hora in Sciraz, conforme hò inteſo (e non era da tacerlo) il pigliar queſte donne ad uſofrutto, è coſa frequentiſſima; e forſe più de gli ſteſſi matrimonii, perche in effetto rieſce loro di maggior commodità.*

Perſæ inter Mahometanos ſunt Heretici.

Apud illos Matrimonium eſt duplex: nam uxor vel ad proprietatem, vel ad uſumfructū ſuſcipitur.

Scriptura de uſufructu matrimoniali eſt pro tempore determinato.

Elapſo illo tempore poteſt renovari.

Virgo ad uſumfructum nubit Nobiliori: vidua pari.

N. B. Matrimonia hæc ad tempus non ſunt vera, nam de eſſentia Matrimonii à Deo inſtituti eſt perpetuitas.

Hæc de Indorum & Perſarum, qui adjacent, Religione & moribus volui præmittere: nunc de illo Funiculo triplici, quo in India Nobiles à plebeis ſecernuntur, breviter diſſeramus.

An hac ad tempus Matrimonia crebrò celebrantur in Perſia?

ARTICVLVS XVIII.

An funiculum illum triplicem, quo honorantur Brahmani in India, geſtare queant Chriſtiani?

Proponitur nodus difficultatis.

HIC funiculus à Luſitanis *linha*, & ab Italis vocatur *laccio*. Et, ſi eſt ſignum Nobilitatis ferri à Chriſtianis poteſt, &, ſi eſt Religionis non poteſt. Tota igitur difficultas in eo conſiſtit, ut de ejus vera ſignificatione ſtatuamus. Vide Petrum Vallæum *Epiſt. I.* dat. Surati 22. Martii, 1623 *num.* 14. *pag.* 67.

Rationes pro parte affirmativa.

Patres Ieſuitæ eam ſectantur opinionem, qua aptior & utilior converſioni infidelium.

PRo parte afferente ſunt PP. Ieſuitæ, qui illum funiculum meram Nobilitatem ſignificare reſolvebant, adeoque poſſe permitti, ut Brahmani, qui Chriſtianam Religionem ſuſcipiunt, illum retineant. Et hæc eſt vera & ſola defendenda ſententia; nam oppoſita Infidelium converſionem retardat: Indi enim maximi faciunt Nobilitatis gloriam, & ægrè perſuaderi illis poſſet, ut hoc teſtimonium deponerent. Ad conſcientiæ ſecuritatem mihi ſufficeret Patrum Societatis authoritas, quia multi & doctiſſimi ſunt, & non approbarent communi ſuffragio ſententiam, niſi motiva priùs libraſſent & examinaſſent.

Funiculus hic conceditur etiā Mahometanis; qui poſt illius receptionem, hos gianem non mutant.

Interim arguunt ſic. Triplex iſte funiculus non ſolùm conceditur Indis, ſed etiam ſæpe alius nationis & Religionis hominibus, puta Mahometanis. Rex enim in ſervitiorum grandium præmium, interdum Funiculo inveſtit peregrinos & exteros, qui hoc honore recepto, in ſua manere Religione permittuntur, quin ipſis vel verbum de mutanda Religione dicatur. Hoc ratiocinium proponit Petrus della Valle *ubi ſupr.* & ait. *Il che per certo è grande argomento.* Et meritò hac cenſura illud condecorat, nunquam enim ſufficientem ſolutionem habebit.

Brahmani, ſi Heremitæ fiat, funiculum iſtū deponunt.

Arguunt ſecundò. Brahmani & alii, qui ex jure aut privilehio utuntur hoc inſigni, quando fiunt Eremitæ, & valedicentes mundo volunt vacare ſoli Deo, inter alia quæ faciunt, funiculum il'. m deponunt, ut humiliores & viliores reddantur. Ergo funiculus Nobilitatem & mundanā vanitatem, non autem Religionem ſignificat: quoniam, ſi Religionem importaret, non deberet titulo ſtrictioris Religionis deponi.

Rationes pro ſententia contraria.

Goenſis Archiepiſcopus contrariam opinionem tuetur.

PRò parte negante erat ipſemet Archiepiſcopus, qui Matthæum Galvão Gudigno, Canonicum, Romam miſit, vt cauſam hanc contra PP. Ieſuitas promoveret. Arguebat autem Illuſtriſſimus Dominus dicens. Quæ ſunt ex natura ſua mala, & totaliter illicita, Brahmania ad noſtram Fidem converſis indulgeri non poſſunt. Sed hujus triplicis funiculi uſus, eſt talis: Ergo. Probatur minor. Quia ille funiculus cæremoniis ſuperſtitioſis traditur, & ideò eſt triplex, quia tres Deos præcipuos apud indos ſignificat. Ergo tametſi, quod negari non poteſt, Nobilitatem ſignificet, ſimul dicit idololatriam. Ergo à Chriſtianis nec recipi, nec retineri poteſt.

An funiculus ille triplex, tres Deos ſignificet?

An noſtris Crucibus Militaribus ſit ſimilis?

Præterea. Funiculus ille apud Indos eſt ſimilis Cruci militari, qua Nobiles utuntur in Europa. At hæc ſimul generis Nobilitatem, & Chriſtianæ Religionis profeſſionem ſignificat. Ergo ille ſimul Nobilitatis & Ethnicæ Religionis ſignum eſt. Probatur Minor; nam ſicut Theologica Laurea inſigniuntur Doctores in Academiis, ut lingua & calamo Orthodoxam Religionem propugnent; ita & Militaribus Crucibus in Procerum & Nobilium Ordinibus, ut manu armata Evangelium defendant.

Reſolutio.

Ratio Reſolutionis.

STo pro benigna ſententia! & funiculos illos apud Indos eſſe Nobilitatis, & non Religionis ſignum aſſero: & ideò Brahmanos, qui noſtram Religionem recipiunt, illos ſine ſcrupulo poſſe retinere aſſevero.

Et quid, ſi mordicùs aliquis velit illos importare Idololatricam ſuperſtitionem? Reſpon-

An, & quomodo funiculi perficeri debeant, ſi Religionem Ethnicam ſignificare dicantur?

ſpondeo, neminem huculque dixiſſe ab illis ſolam Religionem Ethnicam ſignificari. Ergo, vel ſignificatur ſola Nobilitas, vel utraque, videlicet Nobilitas, Religioque, ſi primum (& hoc primæ ſententiæ argumenta perſuadere videntur) ſalva res eſt; non enim poteſt ratio ſuccurrere, ob quam Majorum ſuorum gloria debeant Proceres Indi, cùm ad Chriſtianam Religionem convertuntur, privari. Si ſecundum (ſi id Adverſariis condonare velimus) erit triplex iſte apud Indos funiculus ſimilis ipſi *Tag* (pileo rubro) apud Perſas. Ergo geſtari à Chriſtiano non poterit, niſi ex duabus ſignificationibus, quarum altera Civilis, & altera Theologica eſt, hæc poſterior addito ſigno Religionem Chriſtianam apertè profitente elidatur. Ergo, ſicut *Tag*, ſi ſuperponatur Crux, à Nobili Chriſtiano geſtari in Perſia poteſt, ſic ſimiliter in India ille triplex Funiculus, ſi Crux ab eo pendatur: nam ex ſuperiùs dictis conſtat, veſtes interdum loqui; & quæ aliàs loquerentur, tacere, ſi ſigna adhibeantur contraria.

E duabus ſignificationibus poteſt altera elidi.

An funiculi & Tag cæremoniis ſuperſtitioſis imponantur?

Dices, Funiculum apud Indos, ſicut & *Tag* apud Perſas variis, hiſque ſuperſtitioſis cæremoniis tradi nobilibus. Ergo nullus illa Chriſtianus poteſt petere, aut recipere, aut recepta geſtare.

Reſpondeo mihi de antecedente non conſtare; unde illud nec negare, nec admittere prudenter potero; fortè enim cæremoniæ, quas ſuperſtitioſas appellas, ſunt merè politicæ, & Theologiam non tangunt, In dubio ergo antecedens condono. *Ergo nullus*, &c. diſtinguo conſequens: niſi emaculentur ſuperſtitione, concedo conſequentiam: ſi emaculentur, nego conſequentiam. Et quidem apud nos habemus exempla, quæ poſſunt Lectorem manu-ducere, ut Perſiæ & Indiæ ritus & cæremonias intelligat. Aureum vellus, inter inſignia, quæ Rex Hiſpaniæ confert, nobiliſſimum; nam Regum & Principum pectus honorat, non omnibus eodem modo imponitur: ſed habet inaugurationis ſolennitas cæremonias alias & alias juxta qualitatem Candidati. Aliæ enim cùm ſubditus, aliæ cùm exter recipit inſignia, obſervantur. Et, ut in ſpecie loquar, inferioris Ordinis Principes fiunt Nobiles (Hiſp. *ſe arman caballeros*) à qua cæremonia Reges & Principes ſupremi excuſantur. Etiam Epiſcopi aliter loquuntur & adjurant ſuos ſubditos, aliter peregrinos, cùm Ordines majores conferunt. *Promittis mihi*, &c. *obedientiã, & reverentiam*, inquiunt, ſi conſecretur ſubditus, alias *Promittis Epiſcopo tuo*, &c. Ergo nos mutamus in cæremoniis verba, ut perſonis (quæ diverſæ ſunt) attemperemus ſolennitatem. Ergo veriſimile eſt Regem Perſiæ, cùm Tag Chriſtiano imponit, omnia illa verba omittere, quæ non poſſint acceptari chriſtianè; aliàs enim contradictoria involveret dicens, *Confero tibi Tog, ut Mahometanam Religionem defendas, & permitto, ut in Chriſtiana Fidei profeſſione permaneas*. Idem de Funiculo dicito; intexeret enim contradictoria Indus Rex, ſi quando inveſtit illo Maurum, & tacitè vel expreſsè pronunciat, *His tribus te inveſtio funiculis, ut tres Deos, quos colimus Indi, defendas; & tamen, ut maneas in Mahometana Religione permitto*, ſuorum Deorum invocaret favorem, aut à Candidato extorqueret, ut aliquo illos cultu proſequeretur.

Pro perſonarum varietate apud nos, cùm Religionum habitu imponuntur verba, & cæremoniæ alterantur.

Armas caballeros, quid ſit?

An, quando Chriſtiano Tag à Perſia Rege imponitur, omnia illa omittantur, quæ Chriſtianæ Religioni repugnant?

An idem de funiculo Indico dicendum ſit?

Si fortè dicantur eſſe barbari, & has ipſas in ſuis cæremoniis & decretis contradictiones ignoranter committere, reſolvemus, neminem poſſe hæc inſignia recipere, ſi per verba, vel nutus debeat profiteri Religionem ſacrilegam. At tunc ſtatim dicam, aliud eſſe hæc inſignia recipere, & aliud toto cœlo diverſum: illa jam recepta geſtare, retractari enim per confeſſionem Fidei Chriſtianæ poteſt, quæcumque admiſſa ſit in receptione ſuperſtitio. Et confeſſio illa per publicam Crucis geſtationem præſtatur.

Sunt, quæ recipi nequeant, & recepta retineri poſſint.

Dices ſecundò, primum benignæ ſententiæ argumentum, deſtitui viribus, *perche*, ut ait Petrus della Valle, *l'havere alle volte i Rè Gentili honorato con tal ſegno qualche Mahomettano, maſſimamente lor vaſſallo; con reſtarſi Mahomettano come prima, è appunto come, ſi ne' paeſi noſtri concedeſſimo à qualche Giudeo per privilegio di portare il capel nero, ſenza farſi Chriſtiano, che per modo di diſpenſa ben può farſi; mà non ſi può negare, che il portarlo, o nero, o giallo, oltre de la honorevolezza non ſia anche ſegno della Religione, ò Setta, che l'huomo profeſſi*, &c.

An funiculus ille triplex, pileo nigro vel flavo ſit ſimiles?

Reſpondeo, te putare (& hoc multis cõtingit) benignam opinionem evertere, ubi tamen illam tua maximè reſponſione confirmas: quoniam, *ſi Tag Perſicum*, & *Funiculus Indicus* indulgetur Chriſtianis, ſicut Romæ, Venetiis &c. conceditur Iudæis *Pileus niger*, ſumus in claris; nam hunc Iudæus pileum tuta poteſt conſcientia recipere & receptum geſtare. Et hoc ut melius intelligas, has Theſes, ut certas & indubitatas, interſero. Eſt enim

Hæc Objectio benignam opinionem confirmat.

Prima, *Pileus niger non eſt ſignum Religionis*. Patet, nam Romæ, Neapoli Venetiis, &c. à ſervis Mahometanis geſtatur. Corrollarium. *Ergo ſine ſcrupulo concedi Iudæis poteſt, ut illum gerant. At*

An niger pileus ſit Religionis ſignum?

per

Digitized by Google

per ſe Tag,& Fanicalas ſunt huic Pileo ſimilia. Ergo.

An flavus Romæ, & purpureus Venetiis Judaicam perfidiam imperet?

Secunda. *Pileus flavus, aut ruber, quo Iudæi diſtinguntur à cæteris, non eſt ſignum Religionis.* Oſtenditur: nam ſi eſſet ſuperiorum intentio, ut Achriſtiani diſtinguerentur à Chriſtianis, juberent etiam Mahometanos & Gentiles ſignari. At hoc ipſi non jubent. Ergo aliò reſpicit eorum mandatum. Vt exiſtimo ubicumque Iudæi hoc vel illo modo, ob politicas cauſas ſignantur, ſunt enim vafri & fraudulenti, & paſſim Chriſtianos decipiunt, qui cum illis converſantur incautè. Ne ergo illorum contra nos prævaleat aſtutia, voluot Principes, ut ſignum externum præſeferant ut ab univerſis noſcantur. Nec ſumus Chriſtiani tantummodo, qui ab illis fallimur: nam inter ſe nullam fidem obſervant, & callidiores decipiunt quotidie minùs callidos. Confirmatur. Romæ in Bacchanalibus larvata juventus ſe recreat: & quicumque habitum ſibi fingit ad placitum. Pallio unus Græco induitur, alter toga Romana; Germanicis bullis tumet pauper, diveſque τρίβωνι involutus mentitur egeſtatem. Romanizat Armenus, ac Armenizat Italus; & alii tandem diverſarum gentium habitus immiſcendo induvias chimærarum & hircocervorum adſumunt. Vt audeam dicere, nihil in toto terrarum orbe pulchrius hac numeroſa varietate adſpectari. At inter alios habitus aliqui Iudæum pileum adſumunt. Ergo hic nationem, & non Religionem concernit. Patet, quia, ſi ipſe Religionem concerneret, nec licitè permitteretur, nec adſumeretur impunè. Nec juvat dicere, nihil à larvatis ſeriò agi: quia ſicut permitti non poteſt, ut larvatus blaſphemias in Deum & Sanctos evomat, aut calumnias & injurias in Papam & Prælatos exoneret, ſic nec ut Chriſtum neget, adſumens veſtem, qua contumaciam Iudaicam proteſtetur.

Non ſolum Chriſtianos Iudæi, ſed & ſuos fallunt.

An flavo pileo uti Chriſtiani permittantur?

Quæ Romæ fiant in Bacchanalibus?

Sicut larvatus non poteſt blaſphemias ore evomere, ſic nec veſtibus Chriſtum negare.

An Militarium Ordinum Equites, deponant Cruces, cùm habitum Monachalem adſumant?

Dices tertiò, poſteriorem rationem, qua benignam ſententiam ſuadebamus, elumbem eſſe: nam illam Petrus della Valle hac Cenſura perſtringit. *Queſto ſecondo argomento non pare à me, che ſtringa tanto, perche frà di noi Chriſtiani ancora, ſe un Cavalier dell' habito di Calatrava, o ſimili, che ſono inſegne di Nobiltà, per far vita più ſanta, entra in qualche Religione, o di Frati, o di Monachi, o di altri Regolari, chiara coſa è, che pigliando l'habito Religioſo, depone l'inſegna della ſua cavalleria, ancorche ſia la Croce, che della noſtra Religione Chriſtiana non ſi può dar proteſtativo maggiore, ben che da quei Cavalieri ſi porti ancora per inſegna di Nobiltà.* Sed Vallæus adlucinatur, ſpeciem cum genere confundens: aliud enim eſt Chriſtianam Religionem ut ſic, & aliud talem aut talem (Franciſcanam aut Dominicanam) profiteri. Nullus eſt habitus Religionis Chriſtianæ: nam tametſi, qui gerunt crucē, ſe eſſe Chriſtianos profiteantur, non tamen omnes, qui ſunt Chriſtiani, Crucem in habitu geſtare tenentur; imò nec permittuntur. Cum autem Crux Calatravenſis (utamur eodem exemplo, quod propoſuit Vallæus) non ſignificet Religionem Chriſtianam ut ſic, ſed contractam ad Ordinem Calatravenſem, ab hujus Ordinis Religioſis, & non ab aliis geſtari poterit. Quamobrem, ſicut Dominicanus, qui ad S.Franciſci v.gr. Religionem transfertur, non poteſt amplius geſtare Dominicanum habitum in Ordine S.Franciſci; ſic ſimiliter Eques Ordinis Calatravenſis ſi ad Ordinem Dominicanum tranſeat, debet habitum Calatravenſem deponere, & Dominicanum adſumere.

Crux Calatravenſis, v.g. non ſignificat Chriſtianam Religionem ut ſic, ſed quemdam determinatum Ordinem Religionis Chriſtianæ.

Stat ergo, ſi ſecundum illud benignæ ſententiæ argumentorum meliorem ſolutionem non habeat, *triplicem* apud *Indos* funiculum eſſe qualia apud nos ſunt Armorum ſtemmata. Hæc enim ſunt civilia ſigna: & ad Ordines Regulares non tranſeunt: quoniam Religioſi in ſigillis, ſui Ordinis ſtemma exprimunt, & Majorum ſuorum ſtemmatibus uti minimè permittuntur. Imo in aliquibus Religionibus, & in Excalceatis præcipuè, cum ſæculari habitu relinquuntur cognomina, & qui in ſæculo *Ioannes Henriquez, Fernandez, Gonzalez, Ramirez*, &c. nominabatur; vel à loco, in quo fuit natus *Ioannes de Madrid, de Sevilla, de Lisboa, de Paris*, &c. dicitur, aut à Cælitibus cognomen ſumens, *Ioannes de Sancto Petro, de Sancto Paulo, de Sancto Franciſco, de Sancto Bernardo*, &c. vocatur.

An Religioſi ſtemmata Avorum retineant?

An etiam relinquant ſæcularium parentum cognomina?

Conſultò dixi, *Stat ergo, ſi ſecundū illud benignæ ſententiæ argumē ū meliorē ſolutionē nō habeat*, quia tametſi adducta à Petro della Valle ſolutio non videatur ſufficere, occurrit altera, quæ illud evidenter enervet. Et ſic diſcurro. Ad hoc, ut unum prædicatum duplici præditum formalitate dicatur repugnare ſubjecto, non eſt neceſſariū, quod utraque repugnet formalitas, ſed ſufficit, ſi repugnet alterutra: nam in hac Propoſitione, *Leo eſt equus*, ſubjecto prædicatum *Equus* (videlicet, Animal hinnibile) convenire non poteſt, quia tametſi Leoni conveniat animalitas, illi repugnat Hinnibilitas. Et poteſt eſſe prædicatum, quod propter unam formalitatem uni, & propter alteram alteri ſubjecto negetur: quoniam, ſi S. Gregorio Papæ ſubſcri-

Vt prædicatum, in quo ſunt duæ formalitates ſubjecto repugnare dicatur, ſufficit, quod altera ſubjecto repugnet prædicati formalitas.

ſcribentes Hominem ſentire cum Brutis, & intelligere cum Angelis dicere placeat, iſtæ Propoſitiones, *Elephas eſt Homo, & Angelus eſt homo*, erunt falſæ: quia tametſi Elephas ſentit, non intelligit: & Angelus, tametſi intelligit, non ſentit. Hinc itaque ad triplicem Funiculum Indorum redeamus. Si ſimul Nobilitatem & Impietatem (Religionem Idololatricam) ſignificaret, Giangamæi (Religioſi ſunt apud Indos, qui ob humilitatem veſtes prorſus ridiculas, & faciem incineratam habent.) Gioghi (qui etiam ſunt Religioſi, qui *Vale* ultimum dixere Mundo, & à commercio humano abſtracti in eremo habitant) & alii ſimiles, non ob impietatem Ethnicam, ſed ob Nobilitatis circumſtantiam funiculum adſpernarentur: & eumdem Chriſtianus, licèt in Nobilitatis circumſtantia nihil reperiret illicitum, propter alteram circumſtantiam (impietatem) funiculum deteſtaretur,

An homo ſentiat cum Animantibus, & cum Angelis intelligat?

Giangamæi, & Gioghi *ſunt apud Indos Religioſi.*

NOTA.

De tribus MMM, *quæ à Deſperatione oriuntur.*

ET hic Criticos monere volo non eſſe omninò falſa Axiomata, quæ uſurpantur in diverſis regionibus. Et quia ultimæ lineæ præcedentis paragraphi erant de Religioſis, ſubvenit in memoriam illud Lemma, *Deſperatio facit tria M.* (videlicet, *Monachum, Militem*, & *Meretricem*) quod tametſi ſæpe fallat, multi enim propter amorem Dei, vitam Religioſam ſectantur; alii, ut generosè Patriæ ſerviant, dant ſuum nomen militiæ: & non paucæ propria malitia inductæ laſciviunt; ſæpe eſt verum, ut dixi: nam multi, ubi deſpondent animo, nec habent, cur meliora ſperent, ad illos ſtatus confugiunt. Et hujus Adagii priorem partem, videlicet, *Deſperatio facit Monachum*, locum habere in India video, nam Olalæ Regina Petrum della Valle *Epiſt. VI. num. 9. pagin.* 229. interrogavit, *ſe à ſorte era uſcito dalla ſua patria per qualche diſguſto, ò per la morte di qualche parente, ò perſona amata, onde andaſſe coſi ſperſo per lo mondo, perche in India, e per tutto l'Oriente, ſogliono farlo alcuni, che per diſguſti, ò d'amore, ò di morte di perſone care, o per altri sfortunati accidenti, che loro auuengono, quaſi* diſperati *ſi fanno Gioghi ſe ſon Gentili, ouer Deruiſci, & Abdali, ſe ſon Mahometani; che ſon pur una ſpecie d'huomini vagabondi, ò diſprezzatori del mondo, che quaſi nudi con una ſola pelle in ſpalla, & un bordone, ò haſta nelle mani vanno ſperſi per diverſi paeſi, à guiſa de noſtri pellegrini, vivendo di limoſine, e poco curandoſi di ciò che loro auuenga; fanno vita conforme alla mala diſpoſitione del lor cuore.*

Fallunt ſæpe, non ſemper, Regulæ generales.

Cauſæ ob quas homines fiant Monachi opinione Olalienſis Reginæ.

Gioghi *ſunt inter Gentiles Monachi, ut inter Mahometanos* Derviſci.

Mundum & mundana contemnunt.

Satisfit rationibus Opinionis ſeveræ.

PRimò militat contra nos Illuſtriſſimi Archiepiſcopi authoritas, zeluſque, quo ferebatur in Patrum Societatis ſententiam.

Reſpondeo authoritatis pondus in qualificatione Aſſertionum, non ex dignitate perſonæ, ſed ex doctrina & prudentia deſumi; nam viri ſæpe indocti condecorantur infulis. An Archipræſul ille fuerit doctus, non ſcio: at vidi Gandavenſem Epiſcopum in Belgio, nobilem quidem, ſed indoctum, ita fuiſſe contra Societatem commotum ut ubi primùm audiit Cornelium Janſenium adverſus Ieſuitas ſcripſiſſe, cæcis oculis in materia, quam non intelligebat, ſe Ianſeniſtam declaraverit, & tanta pertinacia Mechlinienſi Archiepiſcopo adhæſerit, ut Vrbani VIII. Bullam in ſua diœceſi publicari noluerit, & ſuo contra ſedem Apoſtolicam nomine contumelioſum libellum edi in lucem permiſerit. Ergo fortaſſis Goënſis Archiepiſcopus, ut Patribus Ieſuitis contradiceret, ſeveram ſequebatur ſententiam. Zelus præterea Illuſtriſſimi Domini mihi non placuit: nam ſic diſcutio, Si eſſet utraque ſententia probabilis, illam deberemus amplecti, qua ſtante faciliùs Ethnici converterentur. At difficiliùs Brahmani, & alii nobiles converterentur, ſi cogerentur cum Gentili impietate etiam Nobilitatis characterem deponere. Ergo, ſi utraque ſententia eſſet probabilis, illam Zelus prudens eligeret, quæ Indis permitteret inſignia Nobilitatis retinere. At hæc erat probabilis. Ergo debebat eligi. Suadetur minor: quoniam à Patribus Societatis, qui multi ſunt, & docti, & etiam è Mundi finibus, ſi gravia dubia occurrant, Europæos conſulunt, defendebatur.

De argumento ab authoritate.

An in illo perſonæ dignitatis, & non potiùs doctrina & prudentia ſint conſideranda & ponderanda?

Cur Gandavenſis Epiſcopus ſectatus ſit Ianſenii partes?

De opinionum delecta.

Eſt difficile Ethnicis cum impietate nobilitatis characterem deponere.

An Patrum Societatis authoritas ſufficiat ad probabilitatem?

Secundò recognoſco rationes; & in illis peti principium aſſero; hoc eſt, ſupponi, quod deberet probari. Conceſſa ergo majori, minorem nego. Ad probationem nego tres Ethnicorum Deos illis tribus funiculis, ſignificari: cùm, quia apud Indos non ſolùm tres, ſed alii plures Dii adorantur; tum etiam, quia etſi tres eſſent Indis Dii, poſſent illi funiculi, tres in Nobili requiſitas virtutes (Fidelitatem, Fortitudinem, Conſtantiamque) ſignificare. Quod ſi Brahmani ante baptiſmum, dicant illas tres chordulas eſſe trium Deorum Notam, hæc chordulis privata authoritate, accenſebitur ſignificatio, adeoque iidem Brahmani poſt ſuſceptionem baptiſmi eiſdem chordulis tres Divinas Perſonas poterunt ſignificare. Nec concedendum

An tres illi funiculi, tres ſignificent Deos?

An tres Heroïs virtutes?

An poſſint tres Sanctiſſimæ Trinitatis perſonas deſignare?

eſt

eſt inesse illi Notæ ſignificationem publicam, niſi Diploma publicum exhibeatur: aut in ſignificatione illa univerſi convenerint. Et quid, ſi convenerint: poterunt melius instituti convenire in ſignificationem contrariam. Quoniam Ethnicorum cæremoniæ, nec debent, nec ſolent aboleri ex toto, ſed ex ea tantùm parte, qua ſunt ſacrilegæ. Hanc doctrinam tam indubitatam *lib. 5. de Theol.* cenſuit Nazianzenus, ut ex illa ad Medicinæ praxim, quam volebat ſuadere, argumentum deduxerit. *Pædagogorum more*, ait, *ex patria Religione, dum aliud abrogat, aliud verò concedit* (tolerat, retinet) *nonnihil priſtini ritus, quod voluptati ſit, ipſis permittit: non aliter & Medici ægrotantibus facere ſolent, huc ſpectantes, ut medicina, adhuc acerba, dulcore aliquo ad artis præſcriptum temperata, æquioribus animis recipiatur.* Ergo, ſive ex Religione ad Medicinam (quod puto) ſive ex Medicina ad Religionem (quod putare poſſem) argumentum decurrat, noſtram ſententiam magno ſuffragio Nazianzenus adfirmat.

An noſtris Crucibus ſimiles ſint?

Ad rationem, quæ §. *Præterea*, adducitur, reſpondeo, negando primi ſyllogiſmi majorem, non enim Militarium Ordinum Crucibus ſunt ſimiles illi Funiculi; nam hæ Nobilitatem, Religionemque ſimul ſignificant, illi autem ſolam Nobilitatem. Ad probationem dico, me non Minorem, ſed Majorem negaſſe.

An poſſit Eccleſia ſigna Gentilia retinere, & ſignificationem mutare?

Et ut huic Quæſtioni imponam finem, *eſſe in Republica Chriſtiana poteſtatem mutandi ſignorum ſignificationem & poſſe facere, ut manente eodem materiali ſigno, mutetur in piam ſanctamque ethnica & ſacrilega ſignificatio.* Ergo, etſi illi Indorum funiculi apud barbaros tria illorum Idola ſignificarent, Eccleſia, ſi expedire cognoſceret, jubere poſſet, ut illos Chriſtiani geſtaremus, ut hoc profiteremur ſigno Sanctiſſimæ Triados myſterium ineffabile. Et, ſi ſemel hoc fieret, omnis ceſſaret Diſputatio. Eſſe in Eccleſia poteſtatem hujuſmodi, multis poſſem argumentis probare, ſed ſufficiat oculos ad Aquam luſtralem convertere: Virgilius enim ſub quintæ Æneidon finem cecinit.

Aqua luſtrali ſuperſtitioſè utebantur Gentiles: & nos hodie utimur religioſè.

Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique ſoporatum ſtygia, ſuper utraque quaſſat
Tempora, cunctantique natantia lumina ſolvit.

Et Æneide ſexta

Occupat Æneas aditum, corpuſque recenti
Spargit aqua, ramumque adverſo in limine figit.

Et nos hodie aqua luſtrali (quam *benedictam* vocamus) utimur. Et hunc ritum antiquiſſimum eſſe, conſtat ex Digeſto Chronologiæ Papalis, in quo ad ann. 121. P. Franciſcus Carriere *pag. 10. a.* ſic ait. Quod autem tradit ipſum (Alexandrum I.) inter alia conſtituiſſe, *ut Aqua aſperſionis cum ſale benediceretur in habitaculis hominum*, id ſanè jam pridem Apoſtolica Inſtitutione traditum, ab Alexandro potiùs Decreto roboratum, quàm recens ſtatutum dici debet.] Eccleſia igitur aquæ luſtralis uſum retinuit, & mutando ſignificationem, ab Ethnica ſuperſtitione aquam emaculavit.

Quàm ſit antiquus ejus uſus in Eccleſia Catholica?

Et quia ſapientibus & inſipientibus; adeoque Catholicis & Hæreticis debitor ſum, ut etiam Heterodoxis, qui Romanam Eccleſiam eſſe infallibilem perfidè diffitentur, ſatisfacere poſſim, Deum ipſum Ethnicorum ſacrificiorum mutaſſe ſignificationem clariſſimè demonſtraturus ſum. Attende.

An Deus ipſe ſacrificia Ethnicorum retinuerit, auferendo ſuperſtitiones?

Numer. 28. 15. legimus. *Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocauſtũ ſempiternum.* Et hæc obligatio Hebraicè dicitur, חטאת ליהוה *ſacrificium pro peccato ipſi Domino.* Relegis contextum, & inquiris, Cur illud verbum ליהוה *ipſi Domino*, quod in aliis principalium feſtorum ſacrificiis non ponitur, hic legi debuit? Reſpondeo hoc ſacrificium antiquiſſimum fuiſſe apud Ethnicos: quoniam in omni novilunio Gentiles Lunæ hircum ſacrificabant. Sacrificium non interdixit Deus, ſed quod prius offerebatur *ipſi Lunæ*, juſſit, ut in poſterùm offerretur *ipſi Domino.* Et hanc ob cauſam, ut tollatur æquivocationis occaſio, non in aliis de novo inſtitutis, ſed in hoc à Luna ad Deum translato dicitur, *ipſi Domino*, ut moneamur non in re, ſed in ſignificatione abuſum eſſe; & iſtum tolli, ſi ſignificatio ex ſacrilega in religioſam convertatur. Habes doctrinam hanc apud Majmonidem, *part. 3. cap. 46.* ejuſque verba Arabica, vel in ipſo, vel etiam in Iohannis Henrici Hottingeri Hiſtoria Orientali *lib. 1. cap. 8. pag. 305.* reperies: nos, ne Typographo moleſti ſimus, eadem Latinè reponemus. Porrò illud, *ipſi Domino*, in hoc ſacrificio, & non in aliis exprimitur, inquit Majmonides, *ne videlicet quis* שעיר ראש *exiſtimaret hircum Neomenia offerri Lunæ, ſicut facere ſolebant Copti in Ægypto, qui initio menſium Lunæ offerebant. Propterea expreſſè explicatur hoc Deo conſecrari, non autem Lunæ. Hoc verò in hircis feſtorum majorum, aliiſque ſolennitatibus non eſſe extimeſcendum, ſiquidem tales dies non ſunt initiales menſium, adeoque ſignum habeant natu-*

Νεομηνίαι Lunæ erant dedicata.

Quomodo ſignorum abuſus tollatur?

Cur ſacrificium, quod in neomeniis fiebat & non aliud, offerri Deo expreſſè dicatur?

naturale quo diſtinguantur. Ecce duo erant ſacrificiorum apud Hebræos genera, teſte Maimonide. Alia incidunt extra Calendas menſium: & in his dies ipſi ſunt ſigna naturalia (naturaliter nota non autem naturaliter ſignificantia) quæ rationem ſacrificii communem reſtringunt & determinant ad ipſum Deum: Cæterùm, quia in νεομηνίαις Lunæ & aliis Diis Ethnicis, nec non etiam לזרה, *ipſi Deo vero* hoſtiæ ſacrificabantur, & comburebantur, maneret ſacrificii, æquivoca ſignificatio, niſi contraheretur & reſtringeretur. Debuit ergo neceſſariò reſtringi: & ut cenſeretur reſtricta, ſatis fuit illud ליהוה quòd ceremonia externa & ſenſibili conſecraretur & offerretur Vero Deo.

Cur hoc potiùs quàm aliud debuerit reſtringi & determinare?

Stat ergo Deum ipſum materiam ſacrificii, qua utebantur Ethnici, retinuiſſe, formam (ſeu ſignificationem) mutaſſe. Stat etiam Eccleſiam materiam aquæ luſtralis, qua utebantur Gentiles, retinuiſſe, & formam benedictionem, uſumque) mutaſſe. Ergo ſtabit ſimiliter, & Pilei Perſici, & triplicis Funiculi Indici poſſe Eccleſiam, ſi velit, retinere materiam, formamque (ſignificationem) mutare: puta, ſi jubeat: nam galerus libertatis eſt ſymbolum, per *Tag* (per pileum rubrum) libertatem & generis Humani Redemptionem: & per triplicem illum Funiculum Perſonas Sanctiſſimæ Triados ſignificari.

Quid circa Tag Perſici & Funiculi Indici geſtationem Eccleſia decernere poſſit?

Galerus eſt libertatis ſymbolum.

Et quia ſumma animoſitate Goenſis Archiepiſcopus Patribus Societatis ſe oppoſuit & Canonicum & Matthæum Galvão Gudigno Romam miſit, merito pii & ingenioſi Lectores, quid Romæ ſit decretum, inquirent. Dico igitur fuiſſe Quæſtionem de re jam prius judicata & deciſa, & à Cardinale Bellarmino jam olim diſputata. Nam re providè examinata, & conſiderata Gregorius XV. 31. Ian. 1623. poſſe dictum Funiculum à Chriſtianis geſtari declaraverat, ſub aliquibus nihilominus conditionibus, quæ ſuperſtitionem omnem emacularent, & ſolam avitæ Nobilitatis, aut dignitatis gloriam relinquerent. Prohibuerat tamen modum Ethnicum ſuſcipiendi, & cæremonias illas omnes, in quibus eſſe poterat impietatis ſuſpicio; juſſeratque ut in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis deferretur: & ut noſtri in India Concionatores majoris ab indigenis fierent, Albertum de Nobili & alios ipſe Miſſionarios hoc Funiculo condecoraverat. Interim, ut ex Petro della Valle conſtat, nondum in Indiam hæc Pontificia Declaratio pervenerat.

Quid Romæ à ſede Apoſtolica de hujus Funiculi geſtatione decretum ſit?

ARTICVLVS XIX.

An Chriſtiani in India poſſint habere inaures?

Inaurium partes: earumdem uſus,

Svnt binæ partes inauribus, circelli viz. & penduli; & ut video pleræque omnes fœminæ in Europa habent inaures; paucæ enim geſſit circellos ſine pendulis; & rara eſt, quæ etiam circellis careat. Inaures integras nullus vir geſtat: at quia Medici judicant perforatis auribus clarificari oculos aliqui apud nos viri ſibi aures perforant; & ne hæc occludantur foramina, inſerunt annulos. (a) Et Petrus della Valle propter ſimilem morbum in ſiniſtra aure circello aureo utebatur. Interim apud Orientales inaures Religionis ſunt ſignum: nam imponuntur ſtatuis, quæ adorari jubentur; & hominibus qui illarum cultum profitentur. De Diis M. Chriſtianus Hoffmannus libri, qui inſcribitur *Vmbra in Luce* §. XXXVIII. audiri poterit: ait enim: *Amida ingens ſtatua in ſuggeſtu fani cujuſdam à Meaco quatuor fere paſſuum millibus à priſcis Impp. conditi conſides, Brachmanis habitu, perforatis auribus, mentoque & capite raſo, ſupra ſtatuam quaſi pro umbraculo pendens excepta catenis multa, magnaque tintinnabula* &c. Poſteaque §. XLI. de Tezcatlipuca Numine Mexicanorum diſſerens, ait, *Pingebatur vir, cæſarie prolixa decoratus, crinibus extremis in aurum* (aurem) *innodatis; & appenſa aurea aure, in qua fumus depictus preces notabat. Eidem in dextera erat ſpeculum, in quo omnia, quæ ubique gererentur, intueri poſſet*. Inauris, quæ in ſtatua paſſivum cultum denotat, in perſona viva activum denotare videtur. Ioh. Henricus Ottingerus in hiſt. orient. lib. 2. cap. 6. pag. 495. varios ordines Religioſorum, qui inſaniunt apud Turcas deſcribit & inter alia ait: *Vnuſquiſque portat ſignum ſuæ profeſſionis, ſi enim videris aliquem in capite deferre pennas, denotat eum meditationibus & revelationibus deditum eſſe, ſi portat habitum conſutum variorum colorum*

a) Pſalm. 39. 7. aures autem perfeciſti mihi, alii, perforaſti mihi, cur non erit, Oculos mihi clarificaſti?

An ſint ſigna Religionis?

Simulachrum Amida.

Et alterum Tezcatlipuca.

Quid in eo fumus, & ſpeculum inſervit?

Varii Religioſorum Ordines apud Turcas,

Digitized by Google

peetis, ſignificat paupertatem. Illi, qui inaures portant, inauribus ſignificant ſe obedientes eſſe in ſpiritu propter raptuũ frequentiã. Portantes catenas in collo, vel in brachiis denotant violentiam vel vehementiam, quã habent in Ecſtaſi. Ecce inter Turcas ſpecialem Religioſorum ſectam inaurea conſtituunt & diſtinguunt: cæterùm in Orientalium Indiæ provinciis inaures habent univerſi Gentiles, etſi ſint Religioſi, ut conſtat ex Petri della Valle *Ep. 7. n. 4. pag. 262.* ubi Giogbotum (ſeu Eremiratum) Archimandritam, quem *Regem* nominant, depicturus, ſic inquit. *Era vecchio con barba tutta bianca, e lunga, ma robuſto: in ambedue le orecchie portava appeſe due palle, che parevano d'oro, non sò ſe vote, ò piene dentro, più groſſe che una palla di moſchetto; & i fori delle orecchie eran grandi, e l'eſtremità per lo peſo aſſai cadute* &c. Et illæ ipſæ inaures, & alia ornamenta corporis non carent ſignificatione apud Monachos: nam Bartonus *libr. 1. de Pſeudoproph. Muhamed.* apud Iohannem Henricum Hottingerum *in Hiſt. Orient. lib. 2. cap. 6. pag. 496.* ſic inquit, *Illi, qui inaures portant, inauribus ſignificant ſe obedientes eſſe in ſpiritu propter raptuum frequentiam: Portantes catenas in collo vel in brachiis denotant violentiam vel vehementiam, quam habent in Ecſtaſi*, ſunt rari ex noſtris, qui circellos hos in auribus habeant, ſed quia omnea Luſitanæ fœminæ inaures gerunt, meritò inquiri poteſt, *An illas deponere debeant, ne Ethnica Indorum ſuperſtitione maculentur?* Ioaucia nihil ſuperſtitioſum ſignificare in India affirmo; nam nationem & non Religionem concernit: quàm ob rem, non eſt cur Quæſtio de re certa moveatur. *Et quid, ſi illis uterentur Ethnici, ut ſe eſſe Deorum ſuorum mancipia publicè proteſtarentur?* nam ritu ſervi antiquo aures habebant perforatas (*b*) An in tali inaures poſſ ni caſu præ ſe ferre fœminæ *Luſitana*? Reſpondeo in tali caſu inaures fore ſignum ſimile voci quæ in una lingua honeſtam & in alia obſcœnam habet ſignificationem. Nam ſi *Catz* apud Belgas ſit cognomen familiæ & *Cazo* apud Hiſpanos inſtrumentum culinarium ſignificet, non ideò Belgæ & Hiſpani hujus vocis uſu interdicendi ſunt, quod obſcœnè ſonet apud Italos; habebit enim vim vocis æquivocæ, & per concomitantes alias voces ad talem ſignificationem reſtringetur, ubi primum ad talem linguam reſtringetur. Quam ob rem ſi dicas Belgicè, **Schoone dichten heeſt gecomponeert Catz**, hoc eſt, *Pulchra carmina compoſuit Catzius*, aut, ſi dicas Hiſpanicè. *Mejor ſe frie qualquiera coſa en un aſarten, que en un cazo*; nihil ſordidi dixeris; nam vox illa æquivoca ante contractionem potentia, & non actu ſignificat; & contracta, illam rem, ad quam fuit contracta & non aliam. Ergo pone inaures ſignum eſſe ſuperſtitioſum apud Indas, divitias gerentis aut quid aliud apud Luſitanas deſignare, eodem per veſtes Indicas &c. contractæ habebũt ſignificationem indecentem: & per veſtea Hiſpanas contractæ habebunt honeſtam & non malam.

Quomodo inter ſe ſecernantur?

Qualis fuerit Giogborum Abbas, quem Regem nominat? De ejus inauribus.

Quid inaures & catenæ ſignificent.

An Luſitanæ in India fœminæ inaures retinere queant?

b) *Aures ſervis perforabantur: aliàs, cùm ſub gebantur; aliàs, cùm fortè à ſervitute liberabantur.* *Ergo illud Pſalmi* Aures autem perforaſti mihi, *erit*, Me, Deus, in ſervũ elegiſti, & à Dœmonis ſervitute liberaſti, *&c.*

Quid apud Belgas Catz, *& quid ſignificet apud Hiſpanos* Cazo? *Significatio inaurium per gerentis eas veſtem contrahitur & determinatur.*

Si dicas hanc rationem locum habere in fœminis & non in Viris, & tamen Chriſtianos Viros in India temerè ornari inauribus, duo dices, è quibus ſaltem hoc ultimum poteris manifeſtè probare: quoniã dixerat *Epiſt. IV. n. 2. pag. 141.* Valleus. [Alli 14. Ottobre 1623. la mattina sbarcammo in Pangi: & ambidue gli Ambaſciatori ſi viddero inſieme alla riva del mare, dove trovandomi anch'io con loro, il Sig. Giovanni Fernandez diſſe all' Ambaſciator Brahmene, chi ero io, e che per curioſità volevo andare à veder con loro il ſuo Rè, di che egli hebbe molto guſto; mà più aſſai gli piacque il pendente ch'io portavo all'orecchia ſiniſtra, come ſoglio far di continuo da più anni in quà per rimedio della mia debil viſta, perche il portar pendente all'orecchie è coſtume particolare degli Indiani, e particolarmente Gentili, che tutti gli portano in ambedue le orecchie, e perche ciò frà Portogheſi è coſa non ſolo inſolita, ma quaſi tenuta da alcuni di loro più idioti ignorantemente per illecita, ſolo perche da i Gentili è uſata, l'Ambaſciator però ſi maravigliava, che eſſendo io della Religion de Portogheſi, l'uſaſſi: mà saputo, che à noi non era per legge prohibito, ma ſolo per coſtume diſuſato, e che in Europa da molti s'uſava, lodò però il coſtume e diſſe à i Portogheſi, che vedeſſero, com'io compariva bene con quel pendente, e meglio di loro, che non lo portavano, tanto può l'uſo, che accommoda l'occhio alle coſe, e fà piacere e ſtimar quello, che ad altri per non uſarle diſpiacciono è non ſono in prezzo alcuno.]

An, ſicut de fœminis ſit etiã diſcurrendum de viris ſit?

Indi utuntur inauribus, & Luſitani non utuntur.

An oculis proſint inaures?

An inaurium uſus ſuperſtitioſus & illicitus ſit?

An conducat ad pulchritudinem?

Similia acciderunt Calecutii Valleo, nã, ut *Epiſt VII. num. 12. pag. 276.* legitur, Rex ipſe *domandò degli altri ſoldati preſenti, e ſopra tutto molto in particolare di me, ſegnalando il pendente ch' io ancora, quaſi à lor coſtume d'India portavo all'orecchie: e ſpiandomene con maraviglia, come di coſa che ſapeva non eſſer frà Portogheſi uſata: gli feci dire, chi era; cioè di che patria* &c. Ecce quocumque ibat Vallæus, ejus inauris ut res Luſitanis inſolita, & communis Gentibus, ab univerſis notabatur.

Eſt inſolitum in India videre Chriſtianum cum inauribus.

Hinc ſumpta occaſione inquiro, *An viri Europæi, ſiquidem rariſſimi apud nos inaures*

Digitized by Google

An Viri Chriſtiani habere in India inaures poſſint?

res geſtant & in India omnes Gentiles illas geſtant, uti illis poſſint, quin cenſeantur ſacrilegium commiſiſſe. Et ratio dubitandi eſt: nam ſi illis inauribus Religio Ethnica ſignificatur, illarum uſus ſacrilegium involvet.

Reſpondeo poſſe; quia illæ ab Indis ad ornatum admiſſæ, non verò ut illo ipſi ſigno Religionem Ethnicam profiteantur.

Inter voces & alia ſigna ſervari debet analogia.

Et quid, ſi Indi Religionem ſuam inauribus profiterentur? Reſpondeo repetendo, quæ paulò ante dicebamus de mulierum inauribus. Hanc ergo Fundamentalem Propoſitionem, *Sicut de Vocibus æquivocis, ſic de aliis ſignis æquivocis eſt philoſophandum*, ſupponam, dicamque me inviſibilibus quibuſcumque ſignis non reperire majorem, quàm in vocibus, difficultatem. Aliæ habent unicam ſignificationem, aliæ autem duplicem, & hæ, ut ſciunt omnes, *æquivoca* ſolent vocari. Porrò vox, quæ ſimplicem & hanc immundam habet ſignificationem, puta, quæ in Italia v. gr. obſcœna ſit & in aliis regionibus aut linguis nil omnino ſignificet, qui illam coram Italis proferat, laſcivi ignominiam incurret: cæterum, ſi ſit vox, quæ duplicem habeat ſignificationem, alteram in Hiſpania, alteram in Italia, ſi fortè obſcœna ſit hîc & ibi innocens, non debet è concionatoria dialecto ab Hiſpanis proſcribi, quia per concomitantes voces ad ſignificationem caſtam determinabitur.

Quid ſit vox æquivoca.

ARTICVLVS XX.

An Turca Neapoli Chriſtianos tuta conſcientia poſſint ad Eccleſiam ſolennibus diebus convocare? An, & quid homines per tormenta bellica, tubas & campanas loquantur? An & quando mentiantur?

Poſſumus, & ſolemus loqui tubis:

Videretur, quod non: nam ſicut linguis, ſic tubis & bombardis, ſic etiam campanis homines, cum datur occaſio, loquuntur. Virgilius *Æneid. 8.*

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit & rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Vtque acreis concuſſit equos, utque impulit arma,
Extemplo turbati animi, &c.

Etiam flagellorum ſtrepitu.

Non tubis tantùm, ſed & flagellis ſigna dantur Equitibus. Idem *Æn. 5.*

Poſtquam omnem læti conſeſſum oculoſq; ſuorum
Luſtravere in equis: ſignum clamore paratis
Epytides longè dedit, inſonuitque flagello.

Et bellicis tormentis in bello.

Et hodie rebus novis inventis, præter tubas & tympana, bellici tormenti exploſione ſigna damus: & in ipſo conflictu omnia militaria inſtrumenta, etſi non articulent ſyllabas, *ad arma, ad arma* inclamare cenſentur. In Aſia Mahometani Sacrificuli convocant populum è turris cacumine vociferando. Si verba, quæ Sacrificuli intonant ſcire volueris, audi Hottingerum, qui *Oriental. Hiſtor. libr. 1. cap. 7. pag. 230.* Poſtquam oſtenderat veteres Arabes coluiſſe Venerem & illam Χαβάρ, ſeu Χαβάρ, hoc eſt, μεγάλην, *magnam* ex Euthymii Zigabeni Panoplia & Saracenorum Catecheſi probaverat, ſic inquit. *Saracenos etiam poſtquam Muhamedicam ſpurcitiam pro Religione ſunt amplexati, hac adorationis formula veterem illam Arabum Deam Venerem*, Ἀλλὰ ὐὰ Κυβὰρ Ἀλλα, *exclamantes propitiam reddere voluiſſe, valde ſuſpectum eſt. Clamant quidem præcones illorū, preces indictari* الله اكبر الله, *quod Græcus aliquis ſcriberet*, Ἀλλὰ ἄκβὰρ Ἀλλά. *Deus, ſummus Deus, &c.*

Vt Mahometanos ad Meſquitam convocat, ſacrificulus ex alta turris feneſtra vociferatur. Olim Arabes coluerunt Venerem: Eam Kabar, μεγάλην, magnam *nominabant.*

Quibus verbis ſacrificuli Arabes, è turre clamantes, populū ad ſuas Meſquitas convocent?

De hoc argumento diſſerit M. Auguſtus Pfeiffer in ſuarum faſciculo Diſſertationum. Nempe *diſſert. 10. pag. 102.* his verbis. [Vtrique (tam Turcæ, quàm Perſæ) ſingulis diebus vi religionis ſuæ quinquies in fano publico ſeu Meſgida, (à qua ceu minori templo majus, quod *Tſumam* vocant, diſtinguunt) niſi legitimè impediantur, (tunc enim ubique locorum orare poſſunt) orare tenentur. Hæ preces Horariæ, ad quas ab Hoggiis Turcæ, Perſæ autem à Moedſinis ſuis excitantur, à Turcis juxta Cotovicium vocantur: *Aſcher,*

Sicut nos Templa à Capellis *ſic Turca & Perſa* Meſgidas à Tſumanis *diſtinguunt?*

Hoggi *&* Moedſini, *qui?*

Mahometanorum precum nomina.

Adorb, *Aſſera*, *Magreb*, *Aleſiber*; juxta alios verò: *Sabba Namas*, *Scinthi Namas*, *Achefam Namas*, *Jaſci Namas*. Idem Cotovicius ſcribi primas preces ab iis fieri ante ortum Solis, & continere quatuor Erker, & 2. Chamalath. (*Erkes* autem illi notat geminam proſtrationem, *Chamalath* ſecretam orationem, quæ poſt proſtrationem recitatur) ſecundas preces circa meridiem continere decem proſtrationes & 3. Chamalath, tertias poſt meridiem, 8. proſtrationes, & 3. Chamalath; quartas Sole Occidente, 5. proſtrationes & 3. Chamalath: ultimas circa mediam noctem (vel juxta alios, cum ſe cubitum conferre ſolent) 15. proſtrationes, & 8. Chamalath. Confer tamen hic etiam Sionitam *pag.* 78. Busbequium *epiſt. pag.* 26. Wallichium *de Religion. Turc. pag.* 27. Richerium *de Juſtis. Turc. pag.* 104. Totidem precum horas obſervari à Perſis teſtatur Olearius in Roſenthal. *pag.* 143.

Quid ſint Erket, & Chamalath?

Habent ſuas etiam horas Canonicas Mahometani. Quot? quales? quando? & illas universi, tam Eccleſiaſtici, quàm Laici recitare tenentur eos uti roſariis ut ſuas orationes recitent, & paſſim videm' refert Pfeiffer *pag.* 104. *diſſer.* 5. *theſ.* 10. *in fine.*

Et idem Pfeiffer *dicta diſſert. Philolog.* 5. *cap.* 3. *in fin. pag.* 111. iterum ait. [Et ne etiam hoc prætereamus, neutri (videlicet, ne Turcæ, nec Perſæ) ad ſacra ſuos per campanas convocare ſolent: Sed apud utroſq; dantur præcones, quos Perſæ Moedſinos vocant, Turcæ verò Talismanlar, qui in Turriculis propè templa ædificatis ſtatis horis penetratiſſima voce homines ad preces convocant. De Turcis refert GeorgieWiz *pag.* 10. circa templum eſſe turrim miræ altitudinis, quam eorum Sacerdos tempore Orationis conſcendens, voce alta digitis in aures inſertis, hæc verba repetat, *Alla chakbir*, id eſt, *Deus verus eſt unus*, Conf. etiam Cotovicius, *itiner. Hieroſol. pag.* 154. j. Huld. Wallichius *de Rel. Turc. pag.* 31. Brevingius *Itin. Orient. pag.* 38. 39. j. Wildius *lib.* 3. *cap.* 15. De Perſis ad illa verba Musladini; *Sacer præco*, ſive *Moedſin* intempeſtivè exclamavit, notat Cl. Gentius *pag.* 573. *Quia Muhammedani, pertinaciſſime Chriſtianorum odio campanarum uſum abhorrent, viva præconum voce, Muhammedis exemplum ſecuti ſuos ad preces & ſacra peragenda, quinquies ex ſummis turriculis, quas fanis adſtruxere, quotidie convocant*. Ab horologiis tamen in privatis edibus minimè abhorrent.

An Turcæ & Perſæ habeant campanas? Moedſini, & Taliſmalarii *quid præſtent Sacerdotes? turribus vociferando populū ad ſuas Meſgidas convocant. Quæ verba inclamant?*

Moedſin *Habent Mahometani rotarum automata in ædibus privatis & in ipſis campanulas ad horas diſtinguendas ſpirant.*

Chriſtiani Campanis utimur.

NOS Chriſtiani campanis utimur: in quibus ſignificationem, & Reſtrictionem & mendacium reperio. Nam

An, & quomodo campanarū ſignificatio reſtringatur?

Primò in horologiis. Sanè in Italia ab occaſu in occaſum 24. horæ numerantur: & ſic ſunt elimata illa Automata, ut nunquam ultra ſextum ictum campana ſufferat. Audio duos ictus & interrogo, Quota hora ſit? Et tu, ſi poſt ἥλιον δύόμενον, Solem occidentem (Solis occaſum) & ante ἀλεκτρυοφωνίαν gallicinium, ſeu μεσονύκτιον mediam noctem fuerit, eſſe horam ſecundam reſpondebis; ſi poſt μεσονύκτιον mediam noctem, & antequam ſit ἥλιος ἀνατέλλων, ſol oriatur, fuerit, eſſe octavam aſſeres: ſi πρωΐ, mane iſte duplex ictus audiatur, eſſe quartam-decimam dices; & tandem, ſi poſt μεσημβρίαν, meridiem, vigeſimam eſſe pronunciabis. Ecce duplex campanæ ictus, à diei quadrantibus, quorum nota eſt univerſis diſcretio, reſtringitur, ut horam jam ſecundam, jam octavam, jam quartam-decimam & jam tandem vigeſimam debeat ſignificare.

N. B. Campanæ in Cāpania, quæ eſt Italiæ provincia, ſunt repertæ. Græcè dicuntur καμπάναι, unde καμπανάριον. *Campanile.* Vide Meurſium *in Lexico Græco*. Etiam Hiſpani hoc utuntur vocabulo. Aliæ gentes nomen *à clangore* ſumpſere: *campana* enim dicitur, Germ. **glocke**, Gallic. & Angl. *Cloche*, quia κλάζει, *Clangit*.

Secundò in aliis Eccleſiarum campanis. Illæ quodammodo loquuntur; & ut interſint rei ſacræ, advocant univerſos: ſed etiam per tempus & horam earum reſtringitur ſignificatio. Nam illarum ſtrepitus reſtrictus per mediæ noctis tempus, Religioſos ad Matutinum convocat; mane ad Primam &c.

An mentiantur campanæ? An blaſphemias & ſacrilegas voces interdum evomant? Hæretici inter ſe diſſentiunt.

Tertiò notandum eſt, campanas etiam aliquando mentiri & aliquando ſacrilega mendacia proferre. Mentiuntur ſimpliciter horologiales, quando exorbitant, & horam inſinuant, quam non debent; ſed hoc, quia eſt valde frequens & non turbat Rempublicam, videtur tolerabile: at intolerabile eſt, ab Orthodoxis viris, ut veritatem dicant fuſas blaſphemias evomere, & mentiri ſacrilegè. Sed quando? Attende. Inter Hæreticos nulla eſt rituum concordia; quoniam, ut Senecæ utar verbis priùs inter horologia, quàm inter ipſos conveniet. Eorum aliqui, ſicut antiquas cæremonias, ſic etiam omnem uſum campanarum condemnant. Alii illas tolerant, & tametſi non fundant novas, conſervant veteres à Catholicis fuſas. Et in tota Lutherani, aut etiam Calviniſtæ, Germania illis utuntur, ut populus convocetur ad Sacra. Et aſſero Heterodoxos Eccleſiarum Antiſtites per clamorem campanarum mentiri; nam ad rem ſacram plebem convocant, & ipſi rem ſacrilegam agunt. Conveniunt in Eccleſiam cives miſeri, ut veritatem diſcant & docentur mendacium: haurire volunt vera Fidei Chriſtianæ dogmata & imbuuntur hæreſibus & vanis Novatorum doctrinis, non receptis à Veterum Patrum conſenſu, ſed nuper à Luthero, vel Calvino ſomniatis. Mentiuntur igitur apud ipſos campanæ.

An campanarū uſum approbēt?

An Hæretici per campanas mentiuntur?

Quomodo Hæreſis ab Orthodoxa doctrina diſtinguatur?

Qui Charitate caret, realiter eſt ſimilis campanæ; & virtualiter eſt ipſa campana.

Et hic utiliter interrogare aliquis poteſt, *Cur eum, qui Charitate caret, cum Campana compoſuerit Apoſtolus?* Dabo duos locos, qui totam difficultatem exhauriant. In primæ ille Epiſtolæ cap. XIII. Corinthios inſtituit his verbis.

Ἐὰν

Digitized by Google

Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ ἀγγέλων, ἀγάπην γὰρ μὲ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, Charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs (campana) ſonans, aut cymbalum tinniens.* Illud *velut* non reperitur in Græco; & expunctum auget ſignificationis efficaciam. Dixerat cap. IX. in fin. ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. *Obtundo* (caſtigo) *meũ corpus, & in ſervitutem redigo, ne fortè aliis prædicans* (cùm aliis prædicavero) *ipſe reprobus efficiar.* Et ſic loquitur Paulus, quoniam campana eſt ſymbolum concionatoris, qui bene eloquitur, & male vivit: ipſe enim, cùm aliis prædicaverit, & ſuis eruditis monitis illos ad Empyreum promoverit, erit reprobus, & à beatitudine excluſus; & in hoc ſemper campanæ ſimilis; nam hæc, tametſi ad templum omnes convocet, remanet extra templum. Eſt conceptus egregius, & tanto Apoſtolo dignus. Ego illum, quia mihi perplacuit, ad numeros ſequentes reduxi.

An aliqui prædicatores ſint reprobi?

Campana eſt ſymbolum prædicatoris, ſed cujus?

Convocat ad templum reſonans Campana fideles
Cunctos, ad templum non tamen ipſa venit.
Sic etiam ad cælum Præſul, ſi eſt improbus, omnes
Dirigit, ad cælum non tamen ipſe venit.

Omnes convocat ad Eccleſiã & tamen remanet extra Eccleſiam.

Porrò in majoribus ſolennitatibus, etiam tubis utimur, & aliis inſtrumentis enharmonicis, quæ in platea ante fores Eccleſiæ inflantur, aut pulſantur. Et quia Neapoli his ipſis inſtrumentis ludunt Turcæ, ingreditur Quæſtio, quæ poſtulat, *An hoc ipſum Regula Orthodoxa permittant?* & quidem, prout ſub initium monui, videretur, quod non; Quoniam illi Tibicines, qui ante fores Eccleſiæ ludunt tubis & fiſtulis, ſunt Mahometani, & ob tenue lucrum contra conſcientiam operantur, non enim permittit Mahometana Religio, quòd illi cooperentur & interſint noſtris ſolennitatibus. Si ipſi Muſici peccant, etiam qui illos impendunt, neceſſariò peccabunt. Superiores igitur interdicere debent, ne ad rem ſacram populus convocetur miniſterio Turcarum.

An poſſint Turcæ Chriſtianis myſteriis cooperari?

Reſpondeo tamen, *nec illos modulando ante fores Eccleſiæ, nec qui illos impendunt, peccare.* Ratio prima eſt, nam campanæ, non tubæ, Fideles ad rem Sacram invitant. Turcæ non communicant nobiſcum in Divinis officiis; non enim ille Arabum tibicinum chorus in Eccleſiam ingreditur, & nobis concinit. Cantat ſibi, & plebe is, qui inſolentia illorum inſtrumentorum delectantur. Profectò in rebus ſingulis præter bonitatem internam, operis finis, & operantis finis debent conſiderari. Poſſum ſanè eleemoſynam ad pauperes mittere per ſervum, etſi ſit Ethnicus vel Mahometanus. Poſſum manu coqui, qui ſit idololatra, condire cibos ægroto miniſtrandos; ergo Chriſtianum populum recreare potero enharmonicis modulis, etſi hi à Mahometanis exprimantur. Hinc patet præcipuas Cœlitum ſolennitates Eccleſiaſticè & Civiliter celebrari. Eccleſiaſticus cultus ab Infidelibus exhiberi non poteſt; Civilis poteſt. Ad illum Miſſæ pertinent, Conciones, & Officia Divina; ad hunc ignes triumphales, platearum ornatus, tubarum clangor, & alia, quæ fiunt extra Eccleſiam: nemo enim dixit me non poſſe ignes volatiles (Hiſp. *unos cohetes*) die feſto ante Eccleſiam incendere, quòd fuerint à Mauro parati. Et ſic de cæteris philoſophabimur. Et ex hoc capite excuſari poſſunt Principes infideles, qui armato milite, & moſquetorum, majorumque tormentorum diſploſione noſtrorum ſanctorum ſolennitates celebrant, poſſunt enim dicere, ſe concurrere ad lætitiam civilem præſcindendo à re Sacra; velle, ut Chriſtiani ſint hilares, ut tributa pendant & contribuant alacriùs.

Populum Chriſtianum ad Eccleſiam convocant non tubæ, ſed campanæ.

Ethnico inſtrumento & miniſtrante poſſum, ne rem ex ſe indifferentem, ex mea autem intentionem religioſam & ad Chriſtianam Fidem pertinentem faciam.

Ratio ſecunda conſcientiam Turcarum concernit, qui tametſi ſuam Religionem noſtræ præferant, & eſſe meliorem exiſtiment, non tamen noſtram malam judicant, nec agunt contra propriam conſcientiam, quando Domini noſtri Ieſu-Chriſti, Deiparæ, Apoſtolorum, &c. cultui cooperantur. Hæc opinio fuit ab initio apud ipſos communis: nam tametſi nonnulli Saraceni Principes in Chriſtianos ſeviiſſe aliquando legamus, hoc ipſi fecerunt ob motiva Politica, quæ regionem, & non Religionem concernunt.

An Turcæ bonã judicent Religionem Chriſtianam?

An, & cur perſequantur Chriſtianos?

Doctrina hæc ſemper apud Saracenos obtinuit: ſemper enim venerati ſunt Chriſtum, & crediderunt bonam eſſe Religionem Chriſtianam. Et, ut probem, debebo aliquos ex Beidavio Theologo Mahometano, propter Notas Arabicas quibus illuſtrare Alcoranum, & Mahometi mentem aperire conatur, inter Arabes celebri, locos & Scholia producere; in quibus, ne ſim Typographo ſine cauſa moleſtus, cogar omittere characteres Arabicos, & Lectores curioſos ad Iohannis Henrici Hottingeri *Hiſt. Oriental. lib. 3.* remittere, nam *à pag. 157.* hoc argumentum eruditè pertractat.

Quanti Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, Chriſti anoſque ſemper fecerint, & faciant Mahometani?

Primò Beidavius ait. *Maſiho* (Meſſias) *cogno-*

Beidavius quis

cognomentum eſt, ex cognomentis nobilioribus.

Meſſias unde dicatur?

Secundò tametſi hanc vocem Hebræā eſſe ſciat, & fateatur Beidavius, quia Arabicè *benedictionem, puritatem*, & *unctionem* importat, illam ab Arabicis fontibus derivat; inquit enim; *Maſiho* (Meſſias) *dicitur*, vel *quòd ſit creatus in benedictione*, vel *quòd Deus illum purum ſervaverit à peccatis*, vel *quòd peragraverit orbem nullo loco ſubſiſtens*, (a) vel *quod eum unxerit Gabriel*. At Chriſtum non Angelus, ſed ipſamet Divinitas hypoſtaticè unxit, atque ſanctificavit.

a) Contra veritatem, & Evangelium militat hæc derivatio.

Quomodo Mahometus & Arabes intelligãt Chriſtum eſſe Λόγον, Verbum? Vide in Dedicatoria *liter. q.*

Tertiò Mahometus videtur legiſſe Evangelicam S. Ioannis hiſtoriam; nam Chriſtum Λόγον, *Verbum* nominat: interim quia rem ipſam minimè fuit adſequutus χαρακτῆρα ὑποςατικὸν, *characterem perſonalem* vertit in ἐπίθετον, & extrinſecam denominationem: unde Beidavius ait *Verbum appellatur Iſa* (Ieſus) *quia ad verbum ſeu mandatum Dei exſtit abſque Patre: & juventus ejus miraculis conſpicua fuit. Qua quidem nota, ſunt viri ex benedictione Divina probi, & rerum copia affluentis.* Hæret Heterodoxorum præjudicio Beidavius, nam paupertatem cum infamia confundunt, & Chriſtum, ut glorioſum prædicent, divitem faciunt. Et quidem Perſas, qui etiam ſunt Mahometani, & numerantur inter Arabes, ſummum inter homines crimen mendacium eſſe judicarunt: nam homicidæ corpori, fures rebus externis, mendaces verò nocent directè animo. Et quia pauperes mentiri ſolent, habuerunt paupertatem dedecori, ut expreſsè Herodotus teſtatur. Et in Lexico Arabico, quod in Gravii Mathematum, & Linguæ Arabicæ publici Profeſſoris, Muſæo, ut Hottingerus Oxonii ſe vidiſſe & recognoviſſe teſtatur, Dominus noſter Ieſus-Chriſtus *vocatur* Verbum Dei, *quòd utilis fuerit Religioni* (quòd fuerit Promotor Religionis) *quemadmodum dicitur* (de aliis) *hic eſt Gladius Dei, Leo Dei, &c.*

Cur Chriſtum fuiſſe divitem finxerint?

Cur crediderint Perſæ mendaciū eſſe ſummum peccatum?

Cur voluerint pauperes eſſe infames?

Cur Chriſtus Religioni utilis nominetur?

Quartò Beidavius doctè interrogat, *Cur Mariæ filius* *nominetur: videtur enim inſolens & contra communem gentium uſum filios nomen ſumere à matribus?* Et reſpondet, *Hoc nomen ſpecialiſſimè Chriſto competere, quòd natus fuerit ſine patre.*

Cur Mariæ filius?

Quintò aſſerit Chriſtum à Mahometanis *Excellentem*, & *Illuſtrem* vocari. Et addit, *Hæc excellentia ſeu præſtantia in hoc mundo conſiſtit in Prophetia* (munere Prophetico) *in altera verò in intercesſione*. Nā hodie Saraceni concorditer aſſeverant, *Chriſtum in cælis* (*in vita æterna*) ἱκέτȣ (*Advocati, ſeu Mediatoris*) *fungi munere*. Et hucuſque Catholicè, quoniam 1. Ioann. 2. 1. Sanctus Evangeliſta ſic ſcribit. Τεκνία μȣ, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμάρτετε. καὶ ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα. Ἰησȣ̃ν Χριστὸν δίκαιον. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. ȣ̓ περὶ τῶν ὑμετέρων γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλȣ τȣ̃ κόσμȣ. *Filioli mei hæc ſcribo vobis ut non peccetis, & ſiquis peccaverit, paracletum* (*advocatum*) *habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum Iuſtum. Et ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.* Beidavius autem, ut hanc veritatem Catholicam ad Mahometaniſmum obtorqueat, *in Comment. Alcorani ad Surata* LIII, *finem*, ſic ait. *Qui legit hanc Suratam* (hoc Alcorani caput) *pro eo Iſa* (Ieſus) *orat; veniamque peccatorum pro illo petit, quamdiu ſupereſt in mundo: die autem Reſurrectionis ſocius ejus eſt.*

Cur excellens, illuſtris, &c.

An Chriſtus oret pro nobis, & ſit noſter Advocatus in cælis?

S. Ioannis doctrina Mahometani abutuntur

Sextò Mahometus *in Surata Maid*, hoc eſt, *Menſa*, apud M. Chriſtianum Hoffmannum *Umbra in Luce* (ſic enim ejus liber inſcribitur) §. V. Deum introducit ſic loquentem. *Subſtituimus in veſtigia illorum* (ſcl. Prophetarum) *Ieſum, Filium Mariæ, verificatorem ejus, quam in ſua manu habet doctrinæ: ac dedimus ipſi Evangelium, in quo eſt manuductio & lux, ut erudiatur cætus Evangelicus per id, quod inſtillavit Deus in eo.* Sic Schickardus *in Proœm. Tar. pag.* 99. verba Arabica tranſtulit: ſed Dominus de Ryer *pag.* 76. præſtitit, ut Mahometus loqueretur ſic, *Nous avons envoyé Ieſus, fils de Marie apres plusieurs Prophetes, il a confirme les anciennes Eſcritures, nous luy avons donne l'Evangile pleine de lumiere, pour conduire le peuple au droict chemin avec la confirmation de l'Ancien Teſtament, guide & instruction pour les gens de bien.* Quæ ad literam Hoffmannus ſic tranſfert. *Nos miſimus Ieſum, filium Mariæ, poſt plures Prophetas, ipſe confirmavit antiquas Scripturas. Nos ei dedimus Evangelium, plenum lumine, ad conducendum populum in rectam viam cum confirmatione Veteris Teſtamenti, duce & inſtructione pro bonis.*

Umbra in Luce, Hoffmanni liber.

Mahometus Ieſum fuiſſe à Deo miſſum fatetur.

Verſio Alcorani Gallica.

Verſionis verſio.

Evangelium Vetus Teſtamētum confirmat.

Septimò, ipſe Mahumetus *Surat.* VII. Chriſtum vocat *unum ex appropinquantiū* (ad Deum) *numero*. Et reddunt Rationem Theologi Saraceni, *Quòd* propinquus Deo *Chriſtus vocetur, propter excelſum gradum, quem ille occupat in Paradiſo, aut propter elevationem aut aſſociationem cum Angelis*. Reſpexit ad illa verba Pſalmi, *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis*. Et ne à tanto honore ſe Mahometus

An Mahometus voluerit haberi ſocius Chriſti?

Digitized by Google

gus excluderet, voluit cum Chriſto numerum facere, & ei, ut eſſet alter ex illo numero ſeu binario concedere. Exemplar, quo utebatur Hottingerus, verbum in voce paſſiva ponebat, & ſub verbi neutri ſignificatione, dici deberet Chriſtus *appropinquans ad Deum*. Et ſub paſſivi, *approximatus Deo*. Et ſub activi, *approximans, ſeu appropinquare alios faciens ad Deum*. Et hæc activæ vocis forma addi poteſt; nam *pag.* 160. ait Hottingerus, *Colligo in Exemplaribus quibuſdam eum* (*Golium*, quem *Præceptorem*, & *hoſpitem ſuum* paulò antè dixerat) *formam activam invenisse; quod, ſi ita fuerit, locus certè hic dignus eſt, qui diligenter obſervetur*.

Chriſtus proximus Deo: approximatus Deo: & alios etiam approximans Deo.

Octavò proderit adducere verba quæ Tertia Surata leguntur. *Sunt autem de his, qui librum habent, quibus, ſi crediderit talentum, reddant id ipſum tibi; & ſunt de iis, quibus ſi crediderit denarium, non reddunt eum, niſi continuò iis inſiſtas*. Sanè inter Denarium & Talentum magnum intercedit diſcrimen: quoniam, ut colligit Sigefridus Hirſch *in Amuſſi Ferdinandea pag.* 135. Talentum Hebræum, cui Arabicum æquale putamus, 12,500. Denarios, ſeu Regales ſimplices continet; ergo ſunt homines, aſſerente Mahometo, quibus ſecuriſſimè poſſis duodecim millia Denariorum concredere; & ſunt quibus nec unicum prudenter confidas. Sed qui iſti ſunt? *Dicunt*, inquit Beidavius, *per eos, quibus multum* (12,500. arg.) *Chriſtianos intelligi: prævalet enim apud eos fides. Per eos autem, qui in exiguo* (in 1. arg.) *etiam impoſtores ſunt, Iudæos: his enim alios decipere, uſitatum eſt*.

Quot in Talento ſimplices argentei numerentur?

Quo Mahometus Chriſtianos & quo Iudæos loco habuerit?

Nonò, ſciendum eſt, Mahometum tota ſua vita benigno erga Chriſtianos animo proceſſiſſe. Exſtat de hac re luculentum apud Elmacinum teſtimonium: quoniam *in Hiſt. Sarac. pag.* II. ſic inquit. *Ea nunc memorabimus, quæ accidiſſe ferant tempore vitæ ejus Hiſtoriæ Chriſtianorum. Habetur igitur in Chriſtianorum monumentis, addictum Muhammedem Chriſtianis fuiſſe, mitemque erga eos. Cumque eorum turba cum aliquando acceſſiſſent, ſecuritatem petituri, tributum ipſis impoſuit, beneficiiſque affectis ſecuritatis Inſtrumentum ſcripſit, dicto Omari: Nuntia iis, animas eorum nos habere ſicut noſtras, & opes eorum ſicut opes noſtras, accidentia eorum, ſicut accidentia noſtra. Refert hoc Author libri Almuhaddeb: ex quo id producit vir clariſſimus, Abuhanifa, Moſelmanus, ubi agit de Muslimo Chriſtianum occidente. Cumque veniſſet ad eum quidam ex Chriſtianorum Magnatibus, ſurrexit, honorem ei exhibens; qua de re cùm eum alloquerentur quidam, Reſponderit; Cum venerit ad vos Primarius populi alicujus, honorate eum: Atque hic vir magnus eſt in populo ſuo. Dixit quoque: Benefacito Cophitis Ægypti, ſunt enim vobis genere & affinitate juncti. Item; Qui Chriſtianũ opprimit, adverſariam eum habebis die judicii, & qui Chriſtiana nocet, mihi nocet.* Exſtat etiamnum Privilegium, Montis Sinai monaſterii Religioſis à Mahometo conceſſum: quod etiamnum confirmatur; & obſervatur ab Imperatoribus Turcicis ex quo conſtat eum non fuiſſe ingratum Loco, quo camelos juvenis gubernarat.

Mahometi erga Chriſtianos affectus.

Concedit illis ſecuritatem.

Eos honorat.

Cophitæ, ſeu Cophti ſunt Chriſtiani in Ægypto.

Monachis, quibus in adoleſcentia ſervieverat, privilegia imperio petitus conceſſit.

Decimò Mahometi Teſtamentum produco: in quo multa, quæ ſunt populo Chriſtiano propitia. Prodiit illud primùm in Gallia cum Gabrielis Sionitæ translatione: & poſteà anno Chriſti 1638. Roſtochii in Germania opera M. Iohannis Fabricii Danticani. Scio Hugonem Grotium *Epiſt. ad Gall. pag.* 239. de hujus Inſtrumenti fide ambigere: ſed quia eſſe falſum non probat, non eſt cur ejus ſuſpicione præpediamur. Inter alia in hoc ſuo Teſtamento habet ille. *Si contingat, quod mulier Chriſtiana domum Muslimici ingrediatur* (hoc eſt, *ſi Mahometano viro nupſerit*) *tenebitur ei libertatem in ſua Religione concedere, ut ſcilicet Præſulibus ſuis obedire valeat, & Fidei ſuæ documenta percipere, ſine ullo impedimento; Quam ob rem non excruciabit eam, repudium minitando neque ad Fidem deſerendam ſollicitando*. &c. Sciebat ergo Mahometus bonam eſſe Religionem Chriſtianam: niſi enim illam eſſe bonam & Deo gratam ſupponeret, non poſſet hanc legem in ſuo Teſtamento decernere.

De Teſtamento Mahometi.

An ſit authenticum?

An Chriſtianas nubere Mahometanis permittat?

Hanc erga D.N. Ieſum Chriſtum reverentiam, & eum quem erga Chriſtianos Mahometus habuit, & oſtendit amorem, conſervarunt Imperatores, & Principes qui poſteà ſucceſſerunt. Et, ne te multis onerem, unum caſum proponam, quem judicavi lectu dignum. Illum ſcripſit priùs Abu Ioſeph Alcæus: & poſteà Muhammedus ben Iſaac, *in libro de Zabæorum Religione & ritibus*, quem Arabicè edidit, qui labore & induſtria Hottingeri *in Hiſtoria Orientalis jam cit. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 249. loquitur Latinè, & ſic ait.

Principes, qui ſunt Mahometi ſucceſſores Chriſtianos ſemper dilexerunt.

Mamon ſub finem dierum ſuorum in provinciis Ægypti, bello aggredi voluit Romam. Et occurrerant ei homines, qui ad ipſum vocabantur, inter quos multi erant Charanæ, qui veſtiti tunc erant (a) *tunica anguſta, quorumque coma promiſſa, atque adeò ampla, ut amplitudine ne quidem ceſſerint Ghedſeaan filii Tabeth. Mamon autem habitum eorum ignorans, rogavit*

Calipha Mamoni hiſtoria.

a) Eſt veſtis Perſarum propria. Arabicè Cap. Et hic Giggæus cognoſcit vocem illam Cappa. At hæc, nec tunica, nec anguſta eſt.

eos

Digitized by Google

b) Germanicè Vvann einer munzet, und mit der ſparch nicht recht herſur wil Græcè uno verbo, τραυλίζειν.

c) Vide Ottingerum *pag.* 46. Keſſæum *pag.* 79. & Hiſtoriâ Timuri *pag.* 93.

eos: Quales eſtis, confœderati, vel tributarii? *Reſponderunt*: Haeranæi ſumus. *Dixit*: An Chriſtiani eſtis? *Negarunt*. *Rogat*: Iudæi? *Negarunt*. An ergò, *inquit*, Maguſæi eſtis? *Negarunt & hoc*. Dixit ergò iis, num libet vobis eſt, an Propheta? *Et flexi-loqui* (b) *in ſermone ſuo eſſe cœperunt*. *Proinde dixit iis*: Ergo Sadducæi, eſtis Idololatræ & ſocii putei, lapidibus obſtructi, in diebus Raſjidi, (c) qui ſi fueritis, permiſſus eſt ſanguis veſter, neque fœdus vos ſalvabit. *Illi verò dixerunt ei*. Nos tributum ſolvemus. *At hic reſpondit*: Tributum, qui Islamiſmo contradicunt, ab iis tantùm & earum Religionum ſociis accipitur, quarum meminit Deus magnus & potens in libro ſuo, qui omnes librum aliquem acceperunt: atque cum his pacem hac conditione habent Muſlimini. Vos autem ex illorum numero non eſtis. Quare eligite vobis unum ex duobus iſtis: aut Islamiſmum ſequimini, aut aliam aliquam religionem, cujus meminit Deus excelſus in libro ſuo. Id niſi feceritis ad ultimum omnes occidam. Moram tamen vobis indulgebo, uſque dum ab hoc itinere meo fuero reverſus. Quod ſi Islamiſmum fueritis amplexi, aut aliam aliquam earum religionum, quarum mentionem facit Deus magnus & potens, bene eſt: ſin minùs, jubebo occidere vos, & evellere craſſos veſtros crines. *&c.*

Religiones, quæ librum devenitùs acceperunt, quibuſcum pacē habere volunt Muſlimini (Mahometani) ſunt Chriſtiana, Iudaica, & non alia.

Præterea, quid Perſæ ſentiant de Domino noſtro Ieſu-Chriſto, colligo ex Petro della Valle, qui ſæpe oſtendit Abantem, Perſiæ Regem, eidem devotiſſimum fuiſſe. Dicebat pluries, *Che chi non credeva in Gieſu-Chriſto, e non credeva che Gieſu-Chriſto foſſe ſpirito di Dio (coſì eſſi lo celebrano) era* caſir, *che propriamente vuol dire* infedele *&c.* Ita *in Perſia*. *Epiſt.* VIII. *data Spahanis* 4. *April.* 1620. *num.* 11. *pag.* 101. Nec eſt cur causeris de voce *Spiritus*, nam, quæ rectè de Chriſto in Sacra Scriptura traduntur, ipſi obliquè recipiunt Mahometani: qui tametſi colant Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum, in cultu ipſo aliquos miſcent errores.

Perſarum de D.N. Ieſu Chriſti Sanctitate ſententia.

Caſir apud Perſas quis ſit?

Secundò Sanctorum reliquias venerantur. Audi eumde Authorem, qui loco citato, pag. 102. & 103. ſic ait. [Volſe il Rè vedere, e ſi fece portare inanzi certe reliquie di Santi, che furono già condotte di Armenia, quando i Ciolfalini traſmigrarono in Iſphahan, e ſi conſervano hoggi in Ciolfà. E quando le portarono alcuni Sacerdoti, veſtiti con piviali, con lumi acceſi, e con decenza, il Rè ſi levò in piedi, le baciò, ſe le poſe in teſta, ordinò a i circonſtanti, che ſi ſtaſſe con riverenza inanzi a quelle coſe ſante, & in ſomma fece tutto quell'honore, ò poco meno che haverebbe potuto fare un Rè Chriſtiano. E non è maraviglia, perche i Mahometani ricevono per Santi tutti quelli, che noi per tali predichiamo, benche non ne ſappiano il nome; maſſimamente quelli, che ſono ſtati inanzi à Mahometto; di alcuni de'quali non ſolo ſanno il nome, ma ne hanno anche ſcritte le hiſtorie, infoſcate tuttavia con non poco di apocrifo, e di falſo nel lor libro de' Profeti, come di San Giovan Battiſta, di San Giorgio, e di altri tali.]

An ſanctorum reliquias venerentur?

An colant noſtros ſanctos & præcipuè Mahometo antiquiores?

An S. Ioannem Baptiſtam, S. Georgium, &c.?

Hæc omnia à Rege animo reliquias honorandi eſſe facta ſuppono: nec enim video, unde ſuſpicari potuerint aliqui, qui fortè aderant, illas Regem deſpicere, nos irridere.

Tertiò volunt, quòd Chriſtiani Chriſtianè vivant, & noſtros Hæreticos aſſerunt eſſe Pſeudo-Chriſtianos. Idem Vallæus in ſua Perſia. Epiſt. IV. data Ferhabadiæ, 1. Maji, 1618. num. 16. pag 212. narrat quemdam Principem, cujus provincia adjacet Mari Nigro, advocaſſe Coſacchos; *& havendogli invitati acciò con lettere, e con preſenti, che hà loro mandati; particolarmente una volta (per più aſſicurargli della ſua fede) di certe crocette di oro: perche in queſti paeſi, quando ſi vuol dir, che uno è Chriſtiano, e buono fra Chriſtiani, ſi dice, che ama la Croce; è con riverir la Croce, ſi dà ſegno di eſſer tale: onde gl'Ingleſi, perche non amano la Croce, è non la riveriſcono, da i medeſimi Mahometani, è dal Rè di Perſia, come V. S. intenderà, ſon tenuti per mali Chriſtiani, e per heretici anco da loro: havendoli dico, à ciò invitati, hà fatto sì, che i Coſacchi deſideroſi del medeſimo l'hanno accettata, e ſtabilita di molto buona voglia.*

An volunt, ut Chriſtiani vitā agant Chriſtianam?

Adorare Cruce eſt colere religionem Chriſtianam.

Angli, quia nō adorant Crucē, etiam apud Perſas cenſentur eſſe mali Chriſtiani.

Quartò deſiderant mitti Prælatos Catholicos à Summo Pontifice, qui reducat ſchiſmaticos, & convertat hæreticos. Vallæus in ſuæ Perſiæ Epiſt. VI. ſcripta Spahanii, 24. Auguſti, 1619. num. 2. pag. 5. & 6. ſcribit [Se da Roma ajuteranno un tantino con trè ſole coſe: cioè, e con dar modo a i Padri Scalzi, che poſſano tener qui un poco di Collegio, ò di Seminario di figlivoli; che multi non ne mancheranno, e qui potranno tenergli & educargli bene, non men che in Chriſtianità. Con proveder, che habbiano Sacerdoti, intelligenti delle lingue, che qui biſognano; perche ſenza lingua, non ſervono a niente. E finalmente co'l mandarſi da Roma un Prelato, come il Rè ſommamente deſidera, che aſſiſta in queſta Corte a nome di ſua Santità, ò con titolo

Quonam, ut in Oriente propagetur Fides requirantur?

Abas Perſarū Rex deſiderat, ut unus Prælatus à Summo Pontifice, qui Chriſtianos gubernet, ad ſuum regnum mittatur.

di

Digitized by Google

di Veſcovo, per governar nello ſpirituale il popolo Cattolico; ò come vorãno. Nel qual Caſo & havendo noi gente à ſufficienza per dar principio, che à me da l'animo di metterla inſieme; promette il Rè di darci terra, contigna à Spahan, da fabricarvi, & habitarvi à parte con governo Spirituale, e temporale al modo noſtro, con giuriſditione ampliſſima, con privilegi, e con ciò che ſapremo mai deſiderare; confido certo, che preſto debba fondarſi in Iſphaham una Chriſtianità Cattholica, che co'l tempo riuſcirà non minor forſe di numero, e ſenza dubbio più grave, e piu fondata, di nobiltà, e di autorità, che non è hoggidì quella di Alingià nell'Armenia.]

Locum apud Spahā pollicetur, & privilegia promittit, ut fundare poſſint civitatem Chriſtianam.

Quintò plurimi inter Mahometanos exiſtimant, omnem omninò Religionem Deo gratam eſſe; & unumquemq; in ea, quam bene obſervaverit, ſalvari poſſe. Et, ut id meliùs intelligas, placet ex Iohannis Henrici Hottingeri hiſtoria Orientali ſequentes periodos ſubducere. Hic enim *libr.2.cap.7.pag.*489. quatuor præcipuas Mahometanorum Sectas enumerat, & ait. *Quarta autem Generatio*(ſecta) *eorum lingua* horiſe *dicitur, quod* hæreſim *notat, quorum opinio eſt*, quod unuſquiſque ſalvatur in lege ſua; & unicuique genti ſeu nationi lex data eſt à Deo, in qua ſalvari debet: & æqualiter omnes leges bonæ ſunt eas obſervantibus, nec aliqua eſt præferenda alteri. *Et iſti à Turcis ſuſpecti habentur: & quaſi habentur pro ſchiſmaticis: &, ſi inventi fuerint, comburuntur. Cujus generationis num reperi, dum eſſem in Chio, qui intrabat Eccleſiam Chriſtianorum, & ſignabat ſe ſigno Crucis & aſpergebat ſe aqua benedicta, & dicebat manifeſtè*, Veſtra lex ita eſt bona, ſicut noſtra: *quod nullus alterius opinionis Turcus pro ſua vita faceret. Atque ſub hoc* (N.B.) *quarto nomine*(Secta) *Perſæ ut plurimùm veniunt, quos Turcæ ut hæreticos damnant & exſecrantur*. Vide F. Bartonum.

An ſinguli in ſua religione ſalvari poſſint?

Quid ſit Horiſe?

An Perſæ ſint inter Mahometanos Hæretici?

Eſſe verè in hac ſententia Perſas videtur Petrus della Valle affirmare clariſſimè: nam *Epiſt.*IV. *data Ferhabadia, Maji.* 1618.*num.*20.*pag.*33.ſic inquit. [*Trovai quivi una quantità di Contadini Giorgiani, huomini, e donne; e domandando Io, che facevano, mi diſſero, che aſpettavano di vedere, e parlare al Rè per farſi Mahometani, e donargli ſpontaneamente, come amanti del Rè*(*che così gli chiamano*, Sciàh ſevèn) *la loro antica fede Chriſtiana; non con altro fine per certo, che di haverne denari e qualche altro donativo. Il Vezir à propoſito di coſtoro, mi diſſe*: Al noſtro Re importa poco, che Religion ſi tengano i ſuoi vaſſalli: hà caro di haver di ogni ſorte di gente; tutte le ama egualmente: tutte le Religioni ſon buone(*che coſi credono molti Mahometani, cioè di noi, d'egli Ebrei, e di loro*)ma coſtoro, *ſoggiunſe*, tutto'l dì vengono a ſeccargli la teſta per farſi Mahometani.

Multi Georgiani Chriſtianam Religionem abjurant.

Sciah ſevèn, Rex charus. Perſæ Reges Ἐpitheton.

An Chriſtiana, Hebræa, & Mahometana &c. Religiones ſint bonæ?

Ejuſdem opinionis fuiſſe videtur Baſcia Baſſorienſis, ut colligo ex Petro della Valle, qui *in ſua India Epiſt.X. data Baſſora.*20.*Maji.*1625.*num.*14.*pag.*384. narrat P.Baſilium de S. Franciſco, Carmelitam Excalceatum, fabricam tandem abſolviſſe, & ad Eccleſiolæ dedicationem magno numero & devotione confluxiſſe omnes milites & mercatores Luſitanos. *Et il Baſcià ancora per honorar il Padre gli mandò al Cõvento circa a cinquecẽto ſuoi ſoldati Mori, che pur con le loro archibugiate faceſſero ſalva; e di più fece ſparar dalla fortezza molti pezzi d'arteglieria: di modo che la feſta fù celebrata generalmente da tutta la Città, e da' Chriſtiani, e da Mori, con grandiſſimo concorſo & applauſo. La ſera poi della Domenica, verſo il tardo, ma però di giorno, venne il Baſcià in perſona con tutta la ſua Corte à veder la Chieſa, e'l Convento, dove anco nel partir laſciò elemoſina* &c. Non ergo exſecrabatur Religionem Chriſtianam.

Patres Carmelitani Excalceati abſolvunt ſuam Eccleſiam Baſſoræ.

Applaudunt ſoldati Mauri in dedicatione.

Illam inviſit Baſcia, & etiã eleemoſinam erogat.

Etiam multi Ethnici & Barbari Chriſtianam Religionem, aut etiam omnes alias eſſe bonas fatentur. Mag. Chriſtianus Hoffmannus *Vmbra in Luce* §. *IX.* de Ghagatæis ſive Scythis, Daſtæis, Chatæis, Turcomannis, &c. ſic inquit. *Tartarorum peculium.* Sagomarbareos *eos Genebrardus* pag.685. *appellat. Sagomarbar Chan, inquit, pro magno Propheta habent, ut Turca Mahometem. De Deo uno, Politica & moribus dictata eis reliquit aliqua. Edictum interea de non affligendis Chriſtianis, neque tributo ab eis exigendo copioſiore, quàm à reliquis. Vſque hodie* (circa ſœculum XIII, hæc ſcribebat) *illud Gingis-Chan ſucceſſores jurant. Vide Ottingerum* H.E.cap.13.pag.513. *Quiſnam hic Sagomarbar Chan, aut unde-nam, invenire non potui*, &c. Lege Micrelium *lib.*5.*Synt. Hiſt.* 5.8.*pag.* 892. Maffæum *in Epiſt. Aſiat. pag.* 332. Hoorubium *libr.*6.*Controv.pag.* 392.

Tartari Gentiles amant Chriſtianos.

Sagomarbar, quis apud illos fuerit?

Gingis Chan.

Porrò Cobila (quem M.P. Venetus, in ejus aula verſatus, *Cublai* appellat) fuit Tartarorum Imperator & Mango IV. ſucceſſit & Najam auvunculum circa annum Chriſti 1286. oppreſſit. Hic peræque Chriſtianorum, Iudæorum, Mahometano-

Cobila, vel Cublajus quis fuerit?

rum ac Idololatrarum feſta colebat:& cauſam rogatus, hanc reddidit. *Quatuor*, dicebat, *Magni Prophetæ adorantur in Orbe; Chriſtos à Chriſtianis, Moſes à Iudæis, Muhammedes à Saracenis, Sagonombar-Chamus, Deorum primus ab Idololatris. Deos omnes veneror, hunc etiam, qui in Cælo maximus eſt & Deus verior, me honorare exiſtimo,*

An quatuor ſint Religiones Deo gratæ? & quanam illæ ſint?

Et fuit Cobile ſimilis Sultanus ille Iconienſis, qui aſſerente Ioaone Cluvero *epiſt. Hiſt. pag.*503.& Hoffmanno *loc.cit.* tametſi Muhammedis ſectam profiteretur, Religioni Chriſtianæ aſſentiebatur dicens, *Deum, non unum cultum ab omnibus poſcere*; adeoque poſſe & debere ab aliis coli ſic ab aliis autem ſic.

An Deus non unum cultum poſtulet?

Et hic obiter nota pleroſque hodie Hæreticos tenere mordicus in omni homines Religione poſſe ſalvari, nec illas aliter diſtinguere quàm Opiniones æquè aut magis probabiles. Sed de hoc *in Theol. Fund, num.*2362.diſputamus.

Quid Hæretici de Religione ſentiant?

Sed & obiter nota eos, qui omnes, aut aliquas Religiones eſſe ſimul bonas & veras dicunt, nullam tenere: nam veritas conſiſtit in indiviſibili & repugnat ut contraria aut contradictoria ſint ſimul vera. Poſſem multos in exemplum adducere; ſed ſufficiat nominaſſe Selinum Ottomanum, Turcarum bellicoſiſſimum Imperatorem: à quo nulla expeditio propter Religionem ſuſcepta; & quia æquali in gradu habebat omnes, movit arma non minùs contra Mahometanos, quàm contra Chriſtianos. Erat parùm de Religione ſolicitus, ut faciliùs regiones ſubjugaret: & dum Chriſtianis & Ethnicis ut eos gratos habeat & in obſequio conſervet ſe attemperat, nec Deum curat (fortè nec credit) nec homines reveretur. Audi Comitem Alfonſum Loſchium, qui in Compendio hiſtorico pag.196.ſic infit.

Idem eſt dicere omnes Religiones eſſe bonas, ac nullum credere.

Qualis fuerit Selinus Ottomanus, Turcarum Imperator?

Viſſe Selin 46. anni, regnò 8. Fù crudeliſſimo, eſtinſe il Padre, Fratelli, e Nipoti, molti Capi, e Servitori fedeli: fù mancator di fede, ſenza Religione, non credendo in alcuna: hebbe cuor di Leone, indomabile, fiero, inclinato ſempre à nuove impreſe & acquiſti, e però di continuo penſoſo, travagliato, e melanconico, fortunato: patiente ne diſaggi, dagl'amori lontano, e tale, che con l'imitatione degl'Avi ampliò à meraviglia l'Imperio Ottomano. Fù di ſtatura alto, corto di gambe, faccia tonda, occhi terribili, macilente di ciera, naſo adunco, e barba raſa, che diceva, di non portar lunga, per non eſſere dalli Baſſà, come fù il Padre, ovunque volevano, ſtraſcinato. *Morì l'anno 1518. laſciando unico herede Solimano nato di madre Circaſſa.*

Fuit impius, & atheus.

Animoſus & fortunatus.

In infortuniis conſtans.

Naſo aquilino præditus.

Cur non aluerit barbam?

Quo anno obierit?

Stat igitur, iis, quibus nulla eſt Religio mala, nullam bonam videri; & qui nullam decredunt, nullam credere. Ergo Turcæ, ut in Selino vidimus, dum Chriſtianos, & Iudæos Deo ſervire & eſſe gratos aſſerunt ſentiunt in ſuo Alcorano nihil haberi certi: adeoque omnia eſſe in dubio poſita, & nihil prorſus ſciri de Deo. Homo igitur quin atheus ſit, ſeverus eſſe Mahometanus non poteſt.

An Turcæ ſeveri ſint athei?

NOTA.

IN toto iſto ſyntagmate ſupponitur doctrina communis, quæ inter veritatem & veracitatem, nec inter falſitatē & mendacium reperit diſtinctionem. Interim uberioris doctrinæ gratia, quia ſapientibus, & inſipientibus debitores ſumus, hæc folia ſuperaddimus, ut quidquid minus clarè, quia minus fusè dictum ſequenti ſuperaddito ſcholio melius intelligatur.

Cur hic Articulus addi debuerit?

ARTICVLVS XXI.

De vero, & legitimo veritatis, & veracitatis, nec non de falſitatis, & mendacii conceptu.

Cur debuerit hic Tractatus præmitti?

GRavem & difficilem controverſiam ingredior, in qua multi, ut liberè loquar, cœcutiunt, & Concluſionem, quā ſuadere deſiderant, deducunt ex Principiis alienis. Quæritur, *Dictionum-ne latiùs patens ſignificatio in Oratione reſtringatur, aut non?* & ſi reſtringatur, *An per conſignificantes circumſtantias, an verò per purè ſpirituales Mentis actos iſta Reſtrictio fiat?* &, ſi per ſolum intellectum non fiat, *An Propoſitiones Vocales, quæ per ſolam Mentem dicuntur reſtricta, ſint Mendacia?*

Et,

Et, quia Nos huic ultimæ quæſtioni affirmativè reſpondemus, cœcam viam iniremus, niſi præmitteremus aliqua de Natura & Eſſentia Mendacia.

SECTIO I.

Quid veritas, & falſitas ſint, & quomodò à veracitate, & mendacio diſtinguantur?

Unde ſumatur Veritas Propoſitionum?

NOta illa ſunt Ariſtotelis verba, *Ab eo, quod res eſt aut non eſt, Propoſitio dicitur vera vel falſa*. Vera ergo Propoſitio erit illa, quæ adnunciat rem ut eſt in ſe: Falſa, quæ aliter: videlicet; quæ adnunciat rem aliter, quàm eſt in ſe. Rem exemplo dilucido. Stat Aurelius, & ait Titius, *Aurelius ſtat* & contra inquit Semphronius, *Aurelius non ſtat*. Et quia ego utriuſq; verba cum re ipſa conferens, priorem Propoſitionem, rem ut eſt, affirmare reperio, eam eſſe veram aſſero; & poſteriorem falſam eſſe pronuncio, quia rei, quã oculis percipio, diſſonat. Loquimur verbis, ſigniſque: unde Malletus *ſect. ſeq.* citandus ſcitè ſcribit. [Sub ratione verbi comprehenduntur etiam ſigna & nutus, tum etiam mendaciũ committatur ſignis, & nutibus.]

Quia etiam ſignis & nutibus homo loquitur, ſignis & nutibus poteſt verũ & falſum dicere.

Veritas à Veracitate, & Falſitas à Mendacio diſtinguitur.

Differt à Veritate Veracitas & à Falſitate Mendacium: poteſt enim falſa Aſſertio eſſe verax & vera mendax. Solent aliqui Mendacium in materiale & formale dividere; & tunc *materialis Mendacii* nomine falſitatem intelligunt: & conſequenter Veritatem in materialem & formalem dividunt, & illam eſſe dicunt, quam *Veritatem* Nos; & hanc, quam *Veracitatem* appellamus.

De Veritate & Falſitate Materiali, & Formali.

Sanè Propoſitionem Falſam eſſe veracem poſſe: Veramque eſſe poſſe mendacem demonſtrabo clariſſimè: quoniam jubet Veracitas, quod loquaris ut ſentis: unde, ſi ſedere aulum putas, dicere debes *Aulus ſedet*, & non poteris incuſari mendacii, tametſi ille non ſedeat: & ſi ille ſtet, & eum ſedere exiſtimes, & tamen dicas *Aulus ſtat*, mentiris; nam contra dictamen Mentis loqueris. Aſſertum ergo verax illud eſt, *quod enunciat rem prout illam exiſtimat eſſe, qui loquitur*. Aſſertum ergo fallax, *quod enunciat rem aliter, quàm illam exiſtimat eſſe, qui loquitur*. Doctrina hæc eſt indubitata, & communis; eam præter alios tradit Illuſtriſs. D. Acacius March de Velaſco *tom. 1. verb.* Falſos teſtimonios. *reſol. 323. nu. 7. pag. 636. a.* inquit enim, *Mentir es dezir una coſa verdadera o falſa* (*) *con intencion de dezir falſedad con animo de engañar. Y aſſi el que dize una coſa falſa, penſando que es verdadera, ſolo miente materialmente: pero el que dize verdad penſando que es falſo, miente formalmente, aunque materialmente ſea verdad.*

Quid Verax, & quid Mendax Aſſertio ſit?

*) Ecce Veracitas & Mendacium dictamen & opinionem reſpiciunt: & non dependent à veritate & falſitate.

An poſſit quis de Probabilitate mentiri?

Mentitur etiam, qui dicit rem eſſe certam, quam dubiam aut probabilem judicat; & qui rem eſſe probabilem aut dubiam, quam eſſe certam æſtimat: immò qui probabiliorem ſententiam vocat, quam cenſet eſſe minus probabilem: aut è contra. Ita & ſcitè Malletus *loco ſtatim citando*.

His præmiſſis communem & à pleriſq; omnibus acceptam mendacii definitionem proponamus & expendamus.

Definitio Mendacii.

Ad mentem Veterum ſuam ſententiam Theologi Recentiores conformant, & ſic Mendacium definiunt, aut ſi malis, deſcribunt. *Mendacium eſt, quod contra mentem dicitur cum intentione fallendi*. Et inquiritur, *An intentio fallendi ſit neceſſariò requiſita, ut Mendacium ſit malum; an verò poſſit reperiri Mendacium peccaminoſum & ſacrilegum ſine intentione fallendi?*

An intentio fallendi in Mendacio requiratur?

Auguſtini ſententia.

Illud priùs ſenſiſſe videtur Auguſtinus *in Enchir.* & habetur 22. *qu.* 2. inquit enim. *Is, qui mentitur contra id quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi. Et utiq; verba propterea inſtituta ſunt, non ut per ea ſe invicem homines fallant, ſed ut eis quiſque in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta, peccatum eſt*. Ita etiam Sanctus Pater *lib. contr. mendac. cap.* 42 quem S. Thomas 2. 2. *qu.* 120. *art.* 1. Acacius *ubi ſupr.* Malletus *de oct. precept. Decal. malleat.* 71. *tract.* 1. & alii Doctores ſequuntur. Ergo tota Mendacii malitia in deceptione conſiſtit. Sunt multa ejuſdem S. Patris, & aliorum Veterum Theologorum teſtimonia, quæ id ipſum perſuadere videntur: quod confirmatur hac ratione. Omnia peccata ſecundæ tabulæ, ideò ſunt mala & interdicta, quia nocent proximo. At verba, quæ contra mentem dicuntur, non nocent dicenti ſed audienti; nam hunc ſolum decipiunt. Ergo tota Mendacii malitia eſt deceptio.

Cur verba fuerint inſtituta?

Cur, quæ in ſecunda Tabula interdicuntur, mala ſint?

Poncii opinio.

P. Ioannes Poncius, felici ingenio præditus, contrariam ſententiam nos docet, & ſupponit hunc caſum. Commiſit homicidium Petrus & reus agitur in Civitate A. in qua nullus negativus ultima condemnatur ſententia. Interim, quia extra judicium ſingulis fuerat veritatem confeſſus, & eſt in tribunali per plenam probationem convictus; aut ſi velis, quia Iudex & cęteri rem ipſam viderunt propriis oculis, ſcit Iudicem & univerſos alios teſtibus adhibere fidem & ſe homicidam eſſe ut indubitatum ſupponere. Petrus igitur habere nequit animum decipiendi, & tamen

An mentiri quis poſſit ſine intentione fallendi?

men rogatus, an occiderit Titium? reſpondet, *Titium non occidi* & ſuum dictum Iuramento confirmat. Et interrogo, An mentiatur Petrus? an perjurium committat? Aſſerunt univerſi. Ergo ad mendacium & perjurium fallendi intentio non requiritur. Ita P. Poncius *tom.4. diſt.38. qu.unic.pag.595.b.num.16.* dicens. [Non eſſet neceſſarium ut mentiens ſemper haberet animum decipiendi, niſi quatenus diceret aliquid, quo ſignificaret ſe habere aliud in mente, quàm quod non habet.

An omne mendacium ſit peccatum?

Nam, ſiquis deſperaret de iis decipiendis, ex eo ſcilicet, quod putaret Veritatem eis conſtare, adhuc poſſet mentiri, ut liberaret ſe à tormentis, quæ ſi confeſſus eſſet Veritatem, deberet pati. Ergo ſi mendacium non eſt ex alio capite malum, quàm ex eo quod conjungitur cum animo decipiendi, aliquando poteſt aliquis mentiri abſque peccato.] Reponit ſimilia aliis in locis ut oſtendat decipiendi intentionem addere mendacio malitiam, at primariam ſine hac intentione aliquando inveniri, ut dicebamus,

An Poncii argumentum ſit efficax?

Rem ſe demonſtraviſſe putat Poncius, & tamen licet illa ratio, quam adducit, primo intuitu apodictica cenſeri poſſit, ſi attentè perpendatur, claudicat & nil prorſus evincit. Reſpondeo enim in propoſito caſu, ſe Petrum homicidium perpetraſſe negare cum intentione fallendi: & id manifeſtè perſuadeo.

Cur in aliquibus locis nullus negativus condemnetur?

Erexit Tribunalia Reſpublica & in aliquibus locis, quia experientia monſtravit fuiſſe aliquos innocentes corruptorum teſtium juramento convictos, ſtatuit, ne negativus Reus ſententia ordinaria damnetur. Rem bene intellige. Non jubet Reſpublica abſolvi reum qui revera crimē commiſit, ſi illud non confiteatur ore proprio: ſed convertens oculos ad experientiam, ait, ſe improbitate aliquorum hominum conſiderata, ne innocentem patibulo devoveri contingat, non audere aliquem definitivè crimen aliquod commiſiſſe decidere, niſi illud ipſe ore ſuo confiteatur.

Habet intentionem fallendi, qui rempublicā decipit.

Petrus igitur in propoſito caſu, eſto, non habeat intentionem decipiendi teſtes, quos ſcit interfuiſſe homicidio & decipi minimè poſſe: eſto, non habeat intentionem decipiendi Iudices, quibus extra judicium fuerat priùs veritatem confeſſus; at habet intentionem decipiendi Rempublicam, quę ſi certò ſciret eum homicidam eſse, ultima eum ſententia condemnaret.

Hac reſponſione non obſtante, adhuc adhæres Poncio & ais poſſe dari caſum, in quo, qui mentitur, nec velit eos quibus loquitur, nec Rempublicam fallere; & cum proponis. [Coram Aurelio Cælius aperuerat feneſtram: & tamen interroganti Aurelio, *Non-ne hanc aperuiſti feneſtram?* reſpondit, *Non aperui.*] Et conſultò caſum in re levi proponis, ne poſſit obtorqueri ad Rempublicam. Et illo ſic propoſito concinnas argumentum hoc modo.

Aliud Argumentum pro Poncii ſententia proponitur.

Mentitur Cælius & tamen ſcit ſe non poſſe Aurelium, teſtem oculatum, decipere. Poteſt igitur dari mendacium ſine intentione decipiendi.

An ſenſus externi adlucinentur?

Reſpondeo primò, homines in his, quæ ſe vidiſſe, aut etiam ſe videre putant, interdum errare & obludi: ſæpe enim in rebus præteritis memoria deficit, & in præſentibus ſenſus adlucinantur.

An, & cur quæ ſciuntur, interrogentur?

Reſpondeo ſecundò ſolere aliquos ea, quæ maximè ſciunt, interrogare, ut partis confeſſione interveniente ad alios rei notitiam propagent. Cælius igitur, vel ſperat, ſe ſua negatione præſtiturum, ut ſibi aſsentiatur Aurelius, aut ſaltem de Veritate dubitet, vel timet, ne ad alios veniat ſuæ confeſſionis notitia; vel ſine ſpe & metu in hac ipſa negatione procedit.

An mentiri poſſit, qui non loquitur ſeriò?

Si primum, mentitur & vult decipere Aurelium; ſi ſecundum mentitur & vult decipere alios: ſi tertium, non loquitur ſeriò, adeoque nec mendaciū committit: non enim quæ non dicuntur ſeriò, ſunt mendacia.

Dantur Iocoſa Mendacia.

Nec hinc inferas, me tollere Iocoſa mendacia, ſed jocos à jocis diſtinguere; aliter enim jocatur, qui falſam rem narrat ut falſam; & aliter, qui falſam rem narrat ut veram. Sed de hoc poſt hæc uberius diſputabo.

SECTIO II.

De Diviſione Mendacii.

Species Mendacii recenſentur.

MEndacium Diſtributio communis in Iocoſum, Officioſum, & Pernicioſum diſpeſcit; nam aliæ Mendaciorum ſpecies, ſiquæ adſignantur, ad has debent neceſsariò reduci. Ita S. Auguſtinus *libr. contr. Mendac. cap.* 42. S Thomas 2.2. *quæſt.* 100. *art.* 2. *& qu.* 110. *art.* 1. Sylveſter *verb. mendac. qu.* 1. Toletus *de ſept peccat. cap.* 54. Azorius 3. *p. lib.* 13. *cap.* 2. Leſſius *libr.* 2. *cap.* 47. *dub.* 6. Malleus *in oct. pracept. Decal. malleat.* 71. *bract.* 1. & alii.

De Mendacio Iocoſo.

Iocoſum eſt, quod nulli nocet; & recreationis cauſa narratur, Et hic obiter nota; Fabulas, quas, *Hiſtorias cogitatas* Novitii Scriptores appellant; item Novellas, & Parabolas; quia non ſunt Aſsertiones, ſed Hypotheſes; & non dicuntur animo decipiendi & nocendi, ſed recreandi & inſtruendi, etſi Auditorem errare & adlucinari contingat, Mendaciis acceenſeri non poſse.

An Parabola, Fabula, & Novella ſint mendacia?

Quoniam in Sacra Pagina à Prophetis & Chriſto legimus enarratas Parabolas, quæ tamen non ſunt ſemper intellectæ, & nihilo-

lominus nec levis peccati accuſantur.

An omne Iocoſum Mendaciũ ſit peccatum?

Petis, an certum ſit mendacia jocoſa eſſe peccata? Et ratio dubitandi eſt, quoniam Illuſtriſs. D. Acacius, quem Virum fuiſse doctiſſimum, univerſi fatentur, tametſi *tom. 1. verb. Falſos teſtimonios. reſol. 323. num.* 8. cum communi ſententia Iocoſa condemnet Mendacia, dicit enim. *La Mentira dividen S. Thomas, y S. Auguſtin en Iocoſa, Officioſa, y Perniciosa. Iocoſa es la que dize ſin daño de nadie por entretenimiento y juſto. Officioſa es la que ſe dize en favor y provecho proprio o ageno, ſin daño de tercero. Eſtas de ſuyo no exceden de venial, porque no ſe opponen gravemente a la* (a) *charidad. Perniciosa es la que ſe dize en daño del proximo.* &c. tamen *num.* 9. *ſequenti* videtur Iocoſum excuſare Mendacium, inquit enim, *Hemos dicho que la Mentira incluye animo de engañar: Pero no por eſſo lo ſon las palabras &c. que ſe dizen por gracia y donayre; por divirtimiento y para mover a riſa. Y aſſi es muy differente deZir una coſa como falſa, o como mentira.* Et his verbis colligis, non eſſe certum, quod Iocoſum Mendacium ſit peccatum, aliàs enim, quod *nu.* 8. eſſe peccatum dixerat, non potuiſſet *num.* 9. à peccato excuſare.

a) Non placet hæc Cauſalis, nam ideo graviter opponitur Charitati, quia eſt peccatum mortale: & ideò eſt mortale peccatum, quia materia gravis opponitur legi Divinæ.

Qui falſa recenſet tanquam falſa, non mentitur.

Reſpondeo Acacium nullibi Iocoſum Mendacium à peccato excuſare, ſed dicere non omnia verba jocoſa eſſe mendacia. Et ut id probem, reſumam ultimam Acacii lineam & illæſo ſenſu, paucis interpoſitis verbis ſic reſcribam, *Es muy differente,* inquam ego, *una coſa, que tenemos por falſa, dezirla como falſa, o dezirla como verdadera: porque aſsi ſe ha de decir, para que ſea mentira,* videlicet, *valde diverſum eſt, aliquod, quod judicamus falſum, narrare ut falſum, aliud narrare ut verum; niſi enim illud narretur ut verum, malitiam non habebit mendacii.* Ergo attende, Si Petrus recreationis gratia vult Cornelium decipere, & ei rem ridiculam eſſe veram perſuadet, fuit jocosè mentitus, & in hoc genere tantummodò peccavit venialiter. Cæterùm, ſi illa, quæ omnes non eſſe vera ſciunt, nec ipſe ſuadere deſiderat, ut vel ſpecimen ſuæ memoriæ aut vivacitatis præbeat, vel amicos oblectet, recenſeat, non mentitur. Horatius de Arte.

Decipere recreationis gratia, eſt mentiri.

Interdum ſpecioſa jocis, narratque rectè (b)
Fabula nullius Veneris, ſine pondere & arte(c)
Validiùs oblectat populum (d) *multoſque moratur,*
Quàm. &c.

b) Hiſp. *Una fabula muy bien recitada, y muy bien dicha.*

c) Vulgo, quæ non intelligit, non placent. Non ergo illi ſunt, artificioſa & ingenioſa proponenda.

d) Dixit ne Horatius *Valedius*, an *Validius*? Si primũ Proceleuſmaticum poſuit pro Dactylo; quem tempus æquale metitur. Si ſecundum, barbariſmum commiſit

Et hæc ipſa narratio jocus eſt, fabula eſt; & tamen, quia narratur ut fabula, mendaciũ non eſt; ac propterea in hoc genere culpa non eſt.

De Officioſo Mendacio.

Officioſum vocatur, quod utilitatis propriæ aut alienæ gratia dicitur, & ſemper eſt malum & veniale: nec enim ob honoris, divitiarum, aut etiam vitæ defenſionem mentiendum eſt: quoniam ut *cap. ſuper eſt. de uſuris.* ſanctè dicitur, *Non ſunt facienda mala, ut bona eveniant.* Sed de hoc Sect. IV. & VII. redibit ſermo; cum examinemus, *An liceat Medicis ægrotos fallere?*

De Pernicioſo.

Pernitioſum eſt, quod alicui nocivum &, ſi grave damnum inferat, erit mortale.

D. Carolus Malettus *in Decal. precept.* 8 *malleat* 71 *tract. 2. pag.* 458. *a.* aſſerit pernitioſum Mendacium ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, Sequitur loquendi modum apud doctos communem. Interim, ſi illis licuit dicere, *Furtum, Mendacium pernitioſum &c. ex genere ſuo ſunt mortalia peccata, at poſſunt eſſe venialia propter levitatem materiæ,* cur non licebit alii dicere, *Furtum, Mendacium pernitioſum, &c. ex genere ſuo ſunt peccata venialia, at poſſunt eſſe mortalia propter gravitatem materiæ?* Ergo in hoc, & in ſimilibus caſibus dicendum eſt, *Furtum, mendacium pernitioſum, &c. ex genere ſuo ſunt peccata: quod autem ſint levia vel gravia id non habent ab aliqua intrinſeca ratione aut generica, ſed à quantitate materiæ: nam, ſi in materia parva committantur, erunt peccata levia; &, ſi in magna, erunt gravia.*

An aliqua peccata ex ſuo genere ſint mortalia, & ob levitatem materiæ fiant venialia?

Iactantia eſt mendacium, quo quis aſſerit ſe habere bona quæ non habet, aut in gradu, quo non habet: aut non habere mala, quæ habet. Vt, ſiquis ſe eſſe nobilem aſſerat, cùm ſit plebejus; ſe abũdare opibus, cum tenues habeat: ſe non gravari debitis, cum ære alieno obrutus ſit. Suos diſcipulos monebat Ariſtoteles, ne ſe ipſos nimis laudarent aut vituperarent: quoniam *ſemetipſum laudare, vani; vituperare ſtulti eſt.* Bruſ. *lib. 3. ex Stob.* accedit, quod vaneglorioſus ab Auditore aſſenſum extorquere non poſſit; hi enim, vel illum cognoſcunt, vel non. Nam, ſi hoc, auditor cum faſtidio ait. *Laus in ore proprio vileſcit:* ſi illud, cum Perſio *Satyr.* 2. exclamat.

De Iactantia. Quid, & quantum peccatum ipſa ſit?

An ſe quiſp ſit laudare, aut vituperare?

Ad populum phaleras, ego te intus & in cute novi.

Iactantia ſanè, ſi Divinos honores uſurpet aut vilipendat proximum, eſt peccatum mortale. Et talis fuit Iactantia Luciferi dicentis, *Similis* (hoc eſt, *par, & æqualis*) *ero Altiſſimi:* & talis etiam erat Regis Tyri Arrogantia, clamabat enim *Deus ego ſum*

De peccato Luciferi.

Ezech. 28. *Regis Tyri peccatum.*

utriuſ-

utriuſque enim verba ſunt blaſphema & ſacrilega. Et quia contemnebat proximum incriminatur gravis peccati Phariſæus, qui vana gloria ductus dicebat, *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores; &c. velut hic Publicanus*. Interim, quia ſæpe Iactantia, nec Dei, nec hominum honorem detrahit, audiri Acacius debet, qui *nu.* 11. ſic ſcribit. *El q; ſe jactare de coſas, que ſon contra Dios ni contra el proximo, ni contra ſi miſmo, es mentira offiçioſa, y ſolo pecca venialmente.* Nota illud *contra el proximo*; quoniam, qui ſe eſſe Nobilem, Doctorem, aut tali loco natum falsò aſſerit, ut alicujus Beneficii Collatorem decipiat, & hac fraude aliquã Dignitatem obtineat, peccat mortaliter. Acacius num. 12. *El que ſe jacta con animo de grangear, pecca venial o mortalmente, ſegun la gravedad del daño que haze. Como ſi un ignorante ſe jacta de que es docto, y Doctor en Theologia, por lo qual alcanzu una Prevenda, que de otra ſuerte no alcanzara.* Nam ſi illa eſt Doctoralis, Doctoribus ſolis debetur: & ſi non Doctor per fraudem eam obtineat, peccat graviter & ad reſtitutionem tenetur.

Luc. 18. Phariſæi peccatum.

Quando Iactãtia ſit peccatũ veniale,

& quando mortale.

Sicut à verbis ſigna & nutus, ſic à Iactãtia diſtinguitur & differt Hypocriſis: & tunc committitur, cum fingit ſe eſſe bonũ, qui eſt malus. ὑπόκρισις latinè dicitur *ſimulatio*, nam ὑποκρίνω eſt *ſimulo*. Vide D. Thomam 2. 2. *qu. 3. art. 2.* & ejus Diſcipulos *ib.* S. Hieronymus *in quad. epiſt.* Hypocritam deſcribit his verbis. *Intùs Nero, foris Cato, totus ambiguus, monſtrum eſt, velut quædam beſtia compacta, ſecundum illud Poeticum*, & quidem poſſe & ſolere homines ſine verbis mentiri, experientia quotidiana nos docet & S. Auguſtinus *libr. 2. de doctrina Chriſt.* dilucidat, ſcribit enim. *Voces præcipuum locum tenent inter alia ſigna: & ideò cum dicitur*, quod mendacium eſt falſa vocis ſignificatio, *nomine* vocis *intelligitur omne ſignum. Unde ille, qui aliquod falſum nutibus ſignificare* (lege, *affirmare*, ut ſecundam mentis operationem ab apprehenſione & diſcurſu diſtinguas) *intenderet, non eſſet à mendacio immunis.* Et hanc doctrinam ſuam fecit D. Thomas 2. 2. *qu.* 110 *art. 1. ad 2. & in 3. ſent. diſt. 38. art. 1. ad 2. & 4.*

Iactantia & Hypocriſeos differentia.

An in Hypocriſi duplex peccatũ reperiatur?

Ecce Leo pars prima, Draco media, ipſa Chimæra.

& Auguſtinus *in Pſalm.* 23. ſcitè ſcribit, *Simulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex Iniquitas; quia iniquitas eſt ſimulatio.*

Si Hypocriſis ad Primam tantum Mentis Operationem pertineat, nunquam erit Mendacium, quia ſimplex apprehenſio non mentitur. Mendacium erit, ſi ſecundam ſpectet; leve aut grave, prout parvum, aut magnum damnum inferat. Qui, improbi cum ſint, ſimulant ſanctitatem, ut eleemoſynas lucrentur, peccant & ad reſtitutionẽ obligantur. Et tales erant illi, de quibus *Tract. de Monachor. operib.* hæc habet Auguſtinus. *Quàm multos Hypocritos ſub Monachorum habitu uſquequaque diſperſit callidiſſimus Hoſtis, circumeuntes provincias omnes petunt, omnes exigunt, aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis.* Cæterùm, qui tametſi ſint mali, volunt videri boni, aut ſaltem non videri mali, ne aliis præbeant ſcandalum, ſi vox ὑπόκρισις in malam partem accipiatur, *Hypocritæ* dici non debent; poſſunt autem, ſi ὑπόκρισις ſit *diſſimulatio*. Et huc ſpectat illud Morale Monitum. *Si non caſtè, ſaltem cautè.* Unde *ubi ſupr.* ait Acacius [*Y en eſte ſentido dezia S. Bernardo,* Utinam fratres mei hypocritæ eſſent. *Eſta dotrina enſiña S. Thomas en el lugar citado* 2. 2. qu. 111.]

An Hypocriſis mendacium ſit?

An Hypocritæ teneantur ad reſtitutionem?

An aliquando ſit bona & laudabilis Hypocriſis?

SECTIO III.

An Mendacium peccatum ſit? Proponantur Veterum Opiniones.

MUltum debemus Fidei Orthodoxæ Catholici: nam ratio poſt Adæ peccatum eſt læſa, & naturale lumen tenebris præpeditur, quas Divina Revelatio quæ nec fallere poteſt, nec falli, diſpellit. Et ideò Ethnici quoniam caruerunt luce Fidei, in pluribus exorbitarunt.

Quàm multum Orthodoxæ Catholicæ Fidei debeamus?

Primò enim Darius, aſſerente Herodoto, veritatem aut negare aut deſtruere tem eſſe ancipitem aſſeverabat; & alterutrum à circumſtantiis laudem, aut vituperium promereri; unde in Oratione ad Satrapas de Magis, qui Perſicum Imperium invaſerant, interimendis, ſic exclamat. *Ubi expedit Mendacium dicere, dicatur. Nam idem optamus, & qui Mendacium dicimus, & qui Veritatem. Quippe qui mentiuntur, tunc mentiantur, cum tali ipſi mendacio lucri quidpiam facturi ſunt: & qui verum dicant, ideò dicunt, ut verum dicendo aliquod lucrum conſequantur. Et alius hac, alius illuc magis propenſus eſt, atque ita non idem factitando idem tamen obtinemus. Quod ſi nihil lucri faciendum eſſet, æquè verax foret mendax & mendax eſſet Verax.* Hinc poterat colligere Darius, ſicut laudatur officioſum mendacium, ſic veritatem perniçioſam damnari, & primum Regum, & Principum vitium cenſeri poſſe veracitatẽ; quia ſtante hoc cõſiſtere nequit Reſpublica. Hæc doctrina videtur etiamnum obtinere in Principum & Regum Palatiis; quoniam apud D. Io. Antonium de Vera

Opinatio Darii

Cur verum aut falſum dicant Homines?

De veritate Perniçioſa, & Officioſo Mendacio.

in

Digitized by Google

in ſui Legati diſcurſ.2.fol.86.b. hæc leguntur . *Por parte de los meramente politicos o Eſtadiſtas , y por la de la flaqueza humana que le pareçe poco valerſe de todo para ſus deſſeos,ſe alegan muchas razones y exemplos, que a ſu parecer hazen licito , y loable (que es peor) el mentir y diſſimular en las occaſiones,que importa para conſeguir mayores fines , que la mentira o ſimulacion . Dicen, que de otra manera,y atados tan cortos (como juzgan que eſtan los Reyes y Miniſtros , que ſiguen la conſtante verdad) no podran jamas conſeguir fines honeſtos y razonables: porque los lances ſeran declarados por la miſma verdad , los effectos fruſtrados : los pios y guſtos quedaran ſiempre por deſpojos, y cauteloſos, mediante la deſigualdad de armas de los que pelean con las offenſivas (que ſon Simulacion,Fingimiento,y Aſtucia) contra los que uſan ſolo de las defenſivas (que ſon Verdad,Bondad,y Sencillez)&c.*

An Regibus, eorumque Miniſtris mentiri liceat ?

An mendacia ſint ad Reipublica conſervationem neceſſaria ?

Hanc fuiſſe Platonis ſententiã *lib.12.de Prap.Evãg.c.*21.Euſebius aſſeverat his verbis . [Non exiſtimat Plato alienum eſſe à gravitate Legiſlatoris ſi nonnunquam falſum quidpiam, quod utile tamen eſſe queat,dicat ; maximè,ſi quod falsò dicitur,audientes ita trahat , ut non vi , ſed ſponte Iuſtitiam velint amplecti ; ſolidum quippe bonum eſt veritas , ſed non ita facile plerumque perſuadet.] Et Platonis ſententiã quam retuliſſe ſufficeret,videtur approbare & ſuam facere Euſebius:ſubſcribit enim; [Innumerabilia verba hujuſmodi ſunt in Scriptura, ut puta, cũ pœnitere Deũ, aut dormire,aut iraſci,aut furere , aliiſ-ve perturbantibus affici ſcribitur;quæ licet altiùs interpretata non longe à veritate ſint,verba tamen ipſa, vel terrendo vel demulcendo non parum proſunt iis , qui altiorem perveſtigare ſenſum nequeunt.] Sanè,tametſi Platonis Dogma univerſale ſit , & in omni materia locum habere poſſit, propter ſolos Legiſlatores illud videtur pronunciaſſe , ut ſcitè monet Stephanus Niger *in expoſitione Pythagoreorum carminum* . Legiſlatores enim,ut ſuis Legibus authoritatem conciliarent, ſe illas non concepiſſe, ſed ab aliquo Deo ſuſcepiſſe, mentiti ſunt. Hinc apud Ægyptios Mercurium ſuarum legum Authorem finxit Minos; Lycurgus apud Lacedæmonios Apollinem ; Veſtam apud Geras & populos Hyperboreos Zamolxis ; & apud Italos Ægeriam Deam, quam aliqui Muſarum Choro adſcribunt. Numa Pompilius Secundus Romanorum Rex: & denique apud Arabes Gabrielem Archangelum Mahometus .

Quid Plato de Mendacio ſenſerit ?

An conſentiat Euſebius ?

Ab aliquo Deo ſe leges ſuſcepiſſe finxerunt Veteres Legiſlatores .

Minos à Mercurio.

Lycurgus ab Apolline .

Zamolxis à Veſta .

Numa ab Ægeria .

Mahometus ab Angelo Gabriele .

Hanc Platonis ſententiam amplexus fuit Origenes aſſerente Hieronymo , qui *libr. 1. Apologia contra Ruffinum* ſic ſcribit. *Indignantur , quod Origeniſtas ſcripſerim inter ſe orgiis mendaciorum fœdari . Nominavi librum Origenis,in quo id ſcriptum legerim : id eſt ſextum Stromatum , in quo ex Platonis ſententia novum dogma componit .*

An excuſet orgia mendaciorũ Origenes ?

Origeni aſſentitur Abbas Ioſephus apud Caſſianum *Collat.17.cap. 17.* inquit enim, *Taliter de mendacio ſentiendum & taliter eo utendum , quaſi ei natura inſit helebori: quod , ſi imminente morbo exitiali ſumptum fuerit,ſit ſalubre;caeterùm abſque ſummi diſcriminis neceſſitate perceptum præſentis exitii eſt ,* Et inferiùs cap.25.*Quis enumerare ſufficiat , omnes propemodum Patriarchas, Sanctoſque innumerabiles, alios pro vita tutamine,alios pro deſiderio benedictionis,alios pro miſericordia , alios pro alicujus occultatione myſterii , alios pro zelo Dei , alios pro Veritatis examinatione, patrocinium (ut ita dixerim) adſumpſiſſe mendacii .* Et quia *cap.11.*dixerat,non rem,quæ fit,ſed intentionem Agentis eſſe conſiderandã; quoniã

Abbas Ioſephus Caſſianus .

An Patriarchæ olim mentiti fuerint ?

An à ſola intentione Actuũ humanorum Bonitas & Malitia ſumatur ?

Quidquid agant homines intentio judicat omnes .

cap. ſequen. *ſic inſit* . [Quid crimínoſius dolo atque mendacio , etiam in extraneum, ne dicam in germanum fratrem commiſſo ? Et tamen non modo nullam pro his damnationem aut reprehenſionem Iacob Patriarcha contraxit, verum etiam perpetua benedictionis hæreditate ditatus eſt . Nec immeritò ; benedictionem enim primogenito deſtinata , non ex præſentis lucri avaritia , ſed ex fide ſanctificationis perpetuæ concupivit . Ideoque juſtiſſimus Iudex, excuſabilem,immò laudabilem talis mendacii cenſuit præſumptorem, quia ſine eo ad benedictionem primitivorum non poterat pervenire . Nec debuit in crimen vocari, quod deſiderio benedictionis exortum eſt . Alioquin non modò Iacob iniquus in fratrem , ſed etiam circumventor in patrem & ſacrilegus exſtitiſſet,ſi habens aliam viam,qua ad benedictionis illius gratiam perveniret , hanc quæ fratri damnoſa eſſet ac noxia,expetere maluiſſet . Videtis ergo apud Deum non proceſſum operis, ſed diſtinctionem mentis inquiri ?]

Si datur ad Benedictionem alia via; ait Caſſianus , illa incunda eſt:ſi tamen nulla alia pateat mentiendum eſt.

Nec mirum ſi ſic ſtatuerit Caſſianus; nã ut fidelis diſcipulus reponit Opiniones Chryſoſtomi , & hic *homil. 53. in Geneſim* ſic exclamat . *Quid igitur ? cooperatus eſt Deus mendacio ? Dilecte,ne tantum perpendas id quod fit; ſed attende etiam ſcopum facientis : & quod id non factum ſit temporalis commodi , vel avaritia cauſa , ſed quia patris benedictionem ſibi comparare ſtuduit. Alioqui ſi quæ facta ſunt ea ſimpliciter examinare velis : vide ne , & Abraham parricidam & Phinies homicidam fuiſſe judices.*

Quid ſentiat de Mendacio Officioſo Chryſoſtomus ?

An Mendaciũ ob bonum finem dictum ſit bonum ?

Non

Digitized by Google

Non igitur conſidera quod mendacia fuerint quæ dicebantur à Iacob; ſed illud cogita quod volens Deus prædictionem impleri, omnia, ut ſic fierent, diſpenſavit. Et ut ſcias quod Deus omnia facilia reddebat, etiam quæ difficilia erant; vide quomodo Sanctus Iſaac non potuit ſubolere fraudem, ſed perſuaſus verbis Iacob, cum edulium comediſſet ab eo allatum, benedictionibus eum remuneravit. Nec prius à venatione reverſus eſt Eſau, quã omnia fuerint peracta, ut planè intelligatur, illa eſſe geſta Dei voluntate.] (Nota illud *diſpenſavit*. Senſit ergo Chryſoſtomus poſse Deum diſpenſare in Decalogo: immo de facto in Octavo Præcepto diſpenſaſse.)

An Deus cum Iſaac, ut licitè mentiretur, diſpenſavit?

Plato libr. de Republ. poſt init.

Secundò Plato inter Deos & Homines diſtinguebat, aſseverans Mendacia in ſola neceſſitate licere: & inferens Deos, quoniã nulla re indigent mentiri non poſse, homines poſse; &, ſi prudentes ſint, aliquando debere. Ejus verba ſunt hæc. *Si rectè paulò ante dicebamus, Deo inutile eſſe mendacium omne, hominibus tamen nonnũquam eſt utile, & quaſi pro medicamento quare publicis Medicis concedendum eſt, privatis autem hominibus minimè attingendũ. Itaque Rempublicam adminiſtrantibus, præcipuè ſi quibus aliis, mentiri licet, vel hoſtiũ, vel civium cauſa ad communem Civitatis utilitatem: reliquis autem à mendacio abſtinendum eſt. Sed adverſus Principes, & publicos Rectores privatim mentiri, majus peccatum eſt, quam ægrotum mentiri ſuo Medico, in his quæ ad morbum ſuum pertinent; vel diſcipulum Ludimagiſtro, vel qui ſunt in navi Gubernatori navis.*

An, & cur Dii licitè mentiri non poſſint, homines poſſint?

An inter Privatos & Publicos homines ſit diſtinguendũ?

Hanc doctrinam apud D. Io. Antonium de Vera *loc. cit.* amplectuntur Politici. Statuunt enim. [Que a los Dioſes, que no tienen neceſſidad de nadie, no es licito mentir: pero a los Reyes y Miniſtros, que la tienen de muchos, ſe les debe permitir; y juzgan, que eſtas trazas y artificios ſon la medicina y antidoto contra la enfermedad y veneno de un enemigo poderoſo, mediante lo qual en grande deſigualdad ſe igualan. *Dizen*, que la Naturaleza y Dios ſu Author, proveyo de aſtucias y cautelas a los animales, a quien no armo de garras y colmillos, con que contrapeſſar lo uno con lo otro. *Añaden*, que no hay coſa glorioſa, ſino la que es ſegura; y ſer todas juſtas, las que ſe enderezan a eſta ſeguridad, y a la conſervacion y aumento del Eſtado. *Aconſejan*, que donde no llega la piel del Leon, ſe çurça la de la Raposa; porque el Bien publico, que de eſto ſe ſigue, es eſponxa, que chupa y recoge toda la ponçoña, que puede haver en tales medios. *&c.*]

An Platonis opinationem amplectantur Politici?

An omnia, quæ ob Bonum Publicum fiunt, ſint licita?

Doctrinam hanc numeri ſequentes corroborant.

Lucanus lib. 8.

Ius & fas multos faciunt Ptolemæe nocenteis,
Dat pœnas laudata Fides. Cum ſuſtinet, inquit,
Quos Fortuna premit, Fatis accede, Deiſque,
Et cole felices, miſeros fuge. Sydera terra
Ut diſtant & flamma mari, ſic Utile Recto.
Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere juſta
Incipit; evertitque acies reſpectus Honeſti.
Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inviſa tuetur,
Sublatuſque modus gladiis: facere omnia ſævè,
Non impunè licet, niſi dum facis. Extat Aula,
Qui volet eſſe pius. Virtus & ſumma Poteſtas
Non coeunt. Semper metuet, quem ſæva pudebunt.

Canones Morales à quodam Pſeudopolitico accuratè deſcripti.

An Pietas poſſit in Principum Palatiis inveniri?

Ecce vivis coloribus expreſſam Politicorũ ethicam. Nam apud illos ſumma eſt regendi mores regula, *Utilitatis ulna Honeſtatem metiri; ubi utilis videatur veritas, illa profari, aliàs dejerare & mentiri: illoſque omnes, qui extra utilitatis terminos quidpiam Iuſti aut Honeſti reperiunt, velut Apoliticos & incautos deſpicere.*

Synopſis Theologia Palatina.

Sed quis hanc legem poſuit? Ut cognoſcas carminum præcedentium Authorem D. Franciſcus de Quevedo in ſyntagmate, quod inſcribitur *El entremetido*, ſic inquit.

[Dixo Iuliano Apoſtata *&c.* Seria buena dotrina, ſi uno dixeſſe, que el buen Carnicero engorda las ovejas, y que el Deſollador las pone el pellejo; y que el buen Barbero, quando ſangra (*a*) cierra la vena? pues lo miſmo es dezir, que los Tyrannos han de guardar palabra, ſer juſtos, y verdaderos, y humildes. *&c.* Callad todos y hable y eſcriba de el Gobierno ſolo Photino. Oidle. En eſto un bellaconazo todo vermejo, con mucha cara y poca barba, cabeza con acometimientos de calvo; azia viſco, con reſabios de ſurdo: proprio para perſuadir maldades, y mejor para conocer los Tyrannos, abriendo la ſima de las injurias por boca, ladrando pronuncio eſte veneno. *Ius & fas multos faciunt Ptolemæe nocenteis.* &c.]

Quoniam, qui mentis Ideas obtortas habent, faciei partes (Hiſp. *las facciones*) obliquas & deſiguratas habere ſolent, Quevedus, ut quales ſint Pſeudopoliticorum Maximæ, inſinuet, ſic, ut videtis, unius Politici vultum depingit.

Neſcio nihilominus, cur non nominaverit horum verſuum Authorem; nam Lucanus Hiſpanus eſt & apud ipſum ipſi *lib.* 8. leguntur. [Vide Ioſephum Langium *in*

Flo-

Digitized by Google

Florileg. columm. 310.] Illos uberioris doctrinæ gratia in lingua Caſtellana repono.

1) Habent tamen, ſi oculos velint aperire ſolamen, ait enim Chriſtus Dominus. *Beati, qui perſequutionem patiuntur propter Iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.*

Lo Licito y lo Iuſto a muchos hazen (1)
Ptolemeo delinquentes y padece
Caſtigos la Fe honeſta y verdadera,
Quando defiende gente perſiguida
De la Fortuna. Llegaſe a los Hados,
Y a los Dioſes, y aſſiſte a los Dichoſos;
Huye los miſerables. Como el fuego
Diſta de el mar, y el Cielo de la Tierra,
Aſſi diſta lo util de lo bueno.
Toda la Fuerza de los Cetros muere
En empeçando a obra juſtificado,
Y el mirar lo honeſto desbarata (2)
Las eſquadras: el Reyno aborrecido
Sola la libertad (3) *de los delitos*
Le defiende, y el dar licencia al hierro.
Hazer todas las coſas con fineza
No es licito ſin pena, ſino ſolo,
Quando las hazes. Salga de Palacio
Quien quiſiere ſer Pio. No ſe juntan
La Suma Poteſtad y las virtudes.
Quien tuviere verguenza de ſer malo,
Siempre eſtara temblando y temeroſo.

2) In hoc verſu aſpiratio habet vim conſonãtis & præcedentem vocalem non elidit.

3) Fortè plus ſignificaret, ſi diceret, *Sola la impunidad.* &c.

Quæ verba, ſi bene ponderentur, duas Morales Philoſophias diſtinguunt: &, ſi in privata Honeſtum à Vtili diſtingui tolerant, in Politica, qua utuntur aut abutuntur Principes, Honeſtatem cum Vtilitate confundunt.

An duæ ſint Ethicæ?

a] Hæc omnia poſſent dici contra Peripateticos, qui abuſi phraſibus dicunt *Formas educi de potentia Materia*. Si enim nemo prudens Carnificem ſalvatorem appellat; ſi & homicidam nemo aſſerit vita donaviſſe cadaver: ſi & nemo chirurgum dicit venam claudere, cum illam aperit: &, ſi, ut ad rem accedam propiùs, cũ promit è dolio vinum & immittit in amphoram, nemo illud ait ſe ex amphoræ potentia educere; nemo, ſi abuti verbis nolit, dicet, ſe educere Formam è potentia Materiæ, cum illam in Materiam inducit.

An tolerabilis ſit Peripateticorum phraſis, qua aſſeris, Formam è potentia Materiæ educi?

SECTIO IV.

De Officioſo Mendacio. *An liceat Medico fallere ægrotum?*

OMnes Chriſtiani Veteres in Mendacio Nocivo perſpexere malitiam, at in Officioſo non omnes. Et quidem hac ratione utebantur Officioſi Protectores Mendacii. *Quod officioſum eſt, nocivum non eſt; Quod non eſt nocivum, eſſe non poteſt contra proximum. Quod non eſt contra proximum, inter Secunda Tabulæ culpas non recenſetur. Ergo de primo ad ultimum, nec culpa nec peccatum eſt Officioſum Mendacium.*

Sorites Veterum pro Officioſo Mendacio.

Proponitur Naudæi ſententia.

Hanc doctrinam jam obliteratam & ſepultam, ab inferis revocat Gabriel Naudæus Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini Bibliothecharius, Vir eloquens & eruditus, Medicus tamen, cui Theologica Dogmata non ita perſpecta videntur. Criſes.

Scripſit Quæſtionum Iatro-philo-logicarum Pentadem, eamque Genevæ anno 1647. in publicam lucem emiſit. Quartam, quæ de Medico eſt, examinare aggredior; & ut meliùs poſſim, verba ejuſdem præmitto.

GRaviter certè & iniquo animo paterer, THADÆE COLICOLA, dulce Decus, & præſidium Medicinæ Quæſtionem hanc, quam ſupercalibus iſtis, dum

Scena ſonat, ludique vocant, ſpectantque Quirites,
Et Fora Marte ſuo litigioſa vacant,

Ovidius Faſt. 4

probè convenientem inſtituo, in Theologorum potiùs ſuggeſtionibus, Curiarumve Subſelliis, aut Philoſophorum Scholis (quod forſan fieri debere aliqui ſibi perſuadent) quã in Medicorum tricliniis exagitandam, atque hinc, & inde conteſtata lite dijudicandam proponi. Maximè cùm hic non agatur de fraude peculatus, repetundarum, ſtellionatus, aut ablatæ rei alienæ, ſed de pretioſa illa, & in humanę ſalutis commodum prudenter excogitata, quam nullis temeratæ conſcientiæ vinculis involutam eſſe teſtaretur Theologus Ægrotans, & Iuriſconſultus ſanitate caſſus vehementer optaret in ſuum caput experiri; Enim verò ſi quod olim dixit Poeta non ineptus,

An hæc à Medicis Quæſtio an verò à Theologis debeat examinari?

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, Paſtor oves.

Vnicuique in propria Arte, nõ autem in aliena eſt credendũ

Hoc idem D. Thomas mutatis ab Alano Theologorum ſui temporis doctiſſimo ſequentibus verſiculis æquitati valdè conſentaneum eſſe ſignificat.

S. Thomas in Boetium de Conſolat. Philoſ.

Miles equis, Piſcator aquis, & Phyſicus herbis,
Nauta fretis, Pugiles Marte, Poeta metris,
Ruſticus arva parat, numerat mercator avarus,
Virgo legit flores, ſtultus amator amat.

Fuit autem Alanus Doctor Pariſienſis, poſteà Monachus Ciſtertienſis, Converſus. Homo celeber.

Ac utriuſque demùm ſententiæ volitantem in Hemiſtichiorum floſculis animam, diffuſumque per teſſellatæ narrationis emblemata ſenſum, vulgari quidem, & minimè ad auriũ lenocinium compoſito, ſed ad perſuadendum magis efficaci diverbio complexus eſt D. Hieronymus, *quod Medicorum eſt*, inquit, *promittant Medici, tractent fabrilia fabri.*

In quadam Ep

AMabo Te, Conſultiſſime Thadæe, quis unquam inficias audebit ire dolum hunc non malum, aut intra medicinæ fines, & pomeria eſſe admittendum,

An ad Medicos hæc Quæſtio pertineat?

Galenus liber quod Optimus Medicus.

aut non in alio, quàm ejus foro, ad quod etiam teſte Galeno de rebus ad morum diſciplinam ſpectantibus cognoſcere ſpectat cenſura, approbationeve donandum? certè vix opinor quiſquam tam grande iſtud nefas potiùs in animum inducet ſuū, quàm vel indicationes, vel analogiſmum experientiamve ab Eſculapii communibus præſidiis removere, quandoquidem non minor eſt iſtius, quàm reliquorum omniū neceſſitas, *cùm multa*, ut inquit Stoicorum jubar *ignorantibus ægris curanda ſint*, &

Seneca de brevit. vitæ.

An aliquando inſciis ægris adhibenda remedia ſint?

quod idem in Suaſoria pro Cicerone minatur. *Hoc ſi tamen rectà via conſequi non poter, decipere vos cogar, veluti ſalutatem pueris daturus potionem abſinthiati poculi*, Medicis illis præſertim, qui à continua ægrorum viſitatione Galeno quidem περιτρέχοντες, Appiano περιϊσχόμενοι, Sancto Gregorio Niſſeno ἀγυρτέvοντες, Modeſtino περιοδευταὶ, Latinis autem circuitores, circitoreſque audiunt, ſolito, quàm aliis frequentius veniat uſurpandū. Iam verò qua cautione, aut ſi veriùs & ex arte loquendum, qua deceptione utendum ſit, cùm potiones illæ amaræ, abſinthioque pontico, aut aloë ſuccotrina temperatæ delicatulis puſionibus offeruntur, quorum natura dulcedini lactis, mellitiſq; cruſtulis aſſuefacta, non ita ſe lubenter, ac facile ſeverioribus Medicorum edictis accōmodat; neminem profectò exiſtimo latere, non eorum modo, qui iſtud in ſe negotiis repoſitum habent, ſed nec aliorum etiam, quibus aliquando ſimilitudinis iſtius in mentem venit, quæ tam eleganter, & nitidè rem ipſam ex Lucretii poemate nobis oculos repræſentat,

περιτρέχοντες. περιϊσχόμενοι. ἀγυρτέvοντες. περιοδευταὶ Circuitores. Circitores.

An, & quomodo decipiendi ſint pueri, ut amaram aliquam potionem hauriant?

Lucretius libr. 1. de rer. nat.

Vult ſuadere Naudæus, non Poetas tantum, ſed Oratores & Philoſophos ſuā ſententiam amplexos.

Ac veluti pueris abſinthia tetra medentes,
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circùm,
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Vt puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenus, intereà perpotet amarum
Abſinthî Laticem deceptaq; non capiatur,
Sed potiùs tali tactu recreata valeſcat.

Atque ſi locus à quorumdam memoria peregrinatur, quam poeticæ ſtudium minùs forſan afficit, aut ſollicitat, en alter hic quàm ſimillimus ex Themiſtii oratione ad Nicomedienſes velut in ſubſidium Μιμητέον ἡμῖν τοὺς σοφωτέρους τῶν ἰατρῶν οἳ τὰ πικρότερα τῶν φαρμάκων μέλιτι τὴν κύλικα περιχρίσαντες, πίνειν διδόασι, quod idem eſt vade, atque interprete doctiſſimo Mureto, ac ſiquis di-

Themiſtius.

ceret, *imitandi nobis ſunt ſapientiores medici, qui medicamenta amariora ægris dant ebibenda oris poculi melle circumlitus*. At non improvida tantùm puerorum ætas, aut potiùs pertinacia, fictis ejuſmodi dolis, & artibus expugnanda venit; *cùm ſit hæc perverſitas hominum*, quod optimè notat Tertullianus, *ſalutaria excutere, exitioſa ſuſcipere, periculoſa quæque medicamina vitare, mori denique, quàm curari deſiderare*: atque ut ibidem ſubjungit; *Medicinæ præſidium plures ſunt, qui refugiant, plures ſtulti, plures timidi, & male verecundi*; quidni etiam plures teneri, cincinnatique Mæcenates, plures timidæ mulierculæ, plures honeſtæ, pudiciſſimæque Virgines, amentes plures, & furioſi,

Muretus variar lect. libr. 6. cap. 10.

An pueri tantū & non ſenes à Medicis ſint decipiendi?

Tertullianus in Scorpiaco.

Qui & quales medicinas refugiant?

Quique ſuum cor edunt hominum, & conſortia vitant,

melancholici, ac inter hircoſos, etiam centuriones, infractæque virtutis, & patientiæ homines multi, qui vix mente, animoque conſtant,

Melancholici cor proprium edunt.

Lanieua quando ſævis Hippocratica,

Prudentius Stephanus Hymn. 10.

qui quidem omnes niſi technis ſimilibus, argutè, ſapienterque ſimilibus confictis decipiantur, vix eſt, ut ſe juvamenti quidquam ab aliis unquam præſidiis percepturos ſperare poſſint, aut debeant.

QVam ob rem nec injuria ſanè factum eſt, ut qui ſpectatam jam antea habuere ejuſmodi licentiæ, officioſique mendacii in medicina facienda utilitatem, optimi, ſapientiſſimique medicinæ Principes, horum quidem nonnullis artem, fraudis ipſius texendæ velut ϛρατηγικὴν qua liceret ἀμαχεὶ τέχνῃ καὶ δόλῳ, victoriam ſupra morbos conſequi reliquis medicinę partibus, ſeu Mantiſſam ſubnectere conſentaneum duxerunt, alii verò, qui rationali medicinæ, Mathematicam etiam plurimum inſervire contendunt, quam & Homericam quoque exemplo Galeni apud Trallianum vocant; fortè quod Homerus ex Brodæi conjectura ſuppreſſum verbis ſanguinem, & myſterii ſanatos affectus prodiderit, ejus quatuor partes conſtituunt. Amuleta ſcilicet, characteres, verba, & technas, quemadmodum fecit Augerius Ferrerius; jure-ne, an injuria nihil hic habeo dicere, quia technarum artem ſolummodo, non autem reliquias ab injuria, & contemptu vindicare conſtitui. ſed quamquam omnes iſti, variis ſe rationibus tueri, opinioneſque ſuas oſtendere poſſint, mallem nihilominus, quicquid eſt iſtius technici, & officioſi mendacii, velut quartum medicinæ Inſtrumentum ſtatuere, ad quod ipſa poſtquam.

An in re Medica ſint utilia mendacia?

Homerica Medicina, quæ?

Libr. 4.

cap. 4. Miſcell.

Medicina univerſim ſumpta in quatuor partes diſtribuitur.

libr. 1. Method. medendi cap. 11.

Solam Technarum Naudæus ſuſcepit propugnandam.

Suc-

Manilius lib. 4.

Succumbunt artes rationis, vincitur uſus, nihilque adverſus morborum ſeveritatem indicatione, analogiſmo, aut experientia proficit, tanquam ad Sacram anchoram recurrat, vulpinamque pellem aſſuat, ubi leonina ſola poteſt ſufficere.

An Officioſum Mendacii uſus ſit inſtrumentum Medicinæ?

De Medicis Indicationibus & Analogiſmis

NOn ſecus enim, atque indicationes illud nobis inſinuant quod fieri debet in morbis notis, obſeruatio verò, & analogiſmus, quod in ignotis, aut quorum cauſæ vel remedia, non iſta ſtatim curationis initio ſe offerunt, omnes verò utramque ſæpius paginam faciunt in triplici materia, diætetica nempe, pharmaceutica, & chirurgica, rectè conuenienterque uſurpanda, ita profectò technæ medicæ tunc maximæ ſui neceſſitatem produnt, cùm in tribus illis, & communibus inſtrumentis, nihil amplius ſpei, atque emolumenti reliquum eſt, ſed vel ob ægri contumaciam, vel morbi morem, iis omninò adminiculis opus eſt, quæ non quidem ſcientia, ſed prudentia ipſa poſſit ſufficere, tuneque tantùm abeſt, ut culpari debeat Medicus, aut in Terentianum illud incurrere

Et aliquando veniunt morbi, ut remedium à ſolo mendacio recipiant.

Eunuch. act. 3. ſcen. 3.

Iam tum erat Suſpicio
Dolo malo hæc fieri omnia;

quin potiùs aliud de ejuſdem ægroto, quem curandum ſuſcepit jure, ac meritò uſurpare debeat.

Æquum eſt fieri, ut à me ludatur dolis.

Μοῖρα dicitur Fatum διὰ τὸ μεμερίσθαι quod ex partibus conſtet.

morbus ſiquidem μοῖρα τοῦ βίου, fatum eſt vitæ, & conjuratus hoſtis, quem Medicus debellandum ſuſcipit.

Virgil. 2. Æn.

Dolus autem, an virtus quis in hoſte requirat?

præſertim cum annuente Seneca. Si omnia fecit, ut ſanaret, peregit Medicus partes ſuas, non ſecus profectò, quàm dux, ſi omnia fecit ut vinceret, quemadmodum autem monet Vegetius. *Optimi Duces non aperto marte prælium, in quo eſt commune periculum, ſed ex occulto, ſemper attentant, ut integris ſuis, quantos poſſint hoſtes interimant certè, vel terreant.* Et eadem ratione jubet Polyænus ipſos in acie quiddam machinari debere, ut conſilio finem conflictus perveniente, victoria certior illis, atque indubitata contingat. Hoc verò cum authoritate Homeri confirmat, qui dum iſtud, ſeù dolo, ſeù vi ἢ δόλῳ ἠὲ βίηφι, toties reperit, nihil aliud ſibi vult, quam occultis artibus, & ſtratagemmatis adverſus hoſtes eſſe pugnandum, tùm verò præcipuè exemplo Vliſſis, qui ab ipſorum mira inventione, ità ſibi in Odiſſea applaudit, & gratulatur. *Sum Vlyſſes Laertiades, qui propter omnes genus dolorum hominibus innotui, & mea gloria ad Cælum pervenit*, ſeù quemadmodum elegantius habetur apud Homerum.

Seneca lib. 2. de benef.
Vegetius lib. 3. cap. 9.

An apertè ſit Marte pugnandum?

Polyænus libr. 1. in Procem.

Sicut Milites, ſic & Medici uti debent ſtratagemmatis.

Vlyſſes multa per fraudem præſtitit.

Εἰμ᾽ Ὀδυσσεὺς Λαερτιάδης, ὃς πᾶσι δόλοισιν
Ἀνθρώποισι μέλω καί ἐμὸν κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Vnde cum morbus ſummus ſit, & capitalis hoſtis Civitatis, iſque non externus, ſed Civilis, nec civilis modò ſed domeſticus, quem omnes cujuſcumque ſint ſexus, ſortis, & ætatis natura duce refugiunt, quo non eſt monſtrum immanius, non crudelior tyrannus, non peſtis ulla terrior, aut vitæ capitalior inimicus; Quis, oro, obteſtorque moleſtè feret, huic, & inſidias ſtrui & dolos necti, & pedicas tendi, & occulto, apertoque Marte cædem ac pernitiem intentari.

Morbi ſunt hoſtes capitales.

SEd aliud prætereà quo te vellem omninò mentem, oculoſque reflectere Thadæe Colicola, & quod ipſe maximi eſſe in hac diſſertatione momenti, penitus mihi perſuaſum habeo; Etenim ſi Fabius in Oratore ſuo contendit non eſſe vituperandum mendacium, quod ad honeſtatis perſuaſionem conducit; Si Horatius Poeta certè graviſſimus illud idem voluptatis cauſa permittit

Fabius Orator tuetur Officioſa Mendacia.

Horatius jocoſa permittit.

Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris;

Si Poetæ ipſi

In Epiſt. ad Piſones.

Fingunt quæque volunt putantque palmam
Mentiri benè glorioſiorem.

Campanus.

Si Dialectici,

Prudentius hymn. contr. infidel.

Fidem minutis diſſecant ambagibus.
Vt quiſque lingua eſt nequior.

Vopiſcus in Adr.

Si nemo Scriptorum quantum ad Hiſtoriam pertinet non eſt aliquid mentitus.

Et quid vis Gratia mendax
Audes in hiſtoria;

Si plerumque fit, *ut ii, qui boni volunt aliquid afferre, effingant aliquid, quo faciant iſtud latius*; imo verò ſi Alexander, natum ſe Iove fingebat, quia mendacium illud χρήσιμον εἰς τὰ πράγματα, & Titus Caſtricius volebat apud Agellium *Rhetori conceſſum eſſe ſententiis uti falſis, audacibus ſubdolis, captioſis, ſi modo veriſimiles ſint & poſſint ad movendos homines qualicumque aſtu irrepere.* Quæ cauſa tandem erit, cur idem Medicis non liceat in unius ſanitatis adeptione, & conſervatione, quam Plutarchus *Blandiſſimum longeque divinum Vitæ condimentum* vocabat, ob inſignem nempè utilitatem ejus, & præſtantiam, quæ certè talis eſt, ut reliqua mortalium bona, nobilitas, eruditio, fortunæ, eamquam habent gratiam, & dignitatem ab

Cicero Philip. 2.

Lucianus.
Cur Alexander ſe Iovis filium eſſe finxerit?
Libr. 1. cap. 4.

An, & quando Oratori liceat, adſumere ſententias falſas?

Quando etiam Medico?

hac una mutuari, aut certè. Si quam ex ſe obtinent, ſi abſque ſanitate ſit, omnem penitus amittere videantur.

Valeat poſſeſſor oportet
Si temportatis rebus bene cogitat uti
Sincerum eſt, niſi vas quodcumque infundis aceſcit.

Horatius.

An Mendacia in Medicina ſint laudanda?

ENim verò tantùm abeſt, ut veniam medici deprecari debeant fraudis alicujus officioſæ, vel mendacii commiſſi, ut ipſi potiùs officii neglecti, & malè adminiſtratæ Provinciæ, accuſari poſſint, niſi quotieſcumque ſe offert occaſio, illis ad ægrorum ſalutem uterentur, ſicque, ex ſententia Aſclepiadis laudata apud Cornelium Celſum, eorum morbis, citò tutò, & jucundè profligandis incumberent, hoc verò quomodo præſtare poſſint per tot ingratos abominabileſque ſapores, & odores medicamentorum, per tot Cruces, & tormenta Chirurgorum, per tot non modo tenuis, & demenſi victus, ſed plerumque etiam medicamentis infecti, tædia quæ ſæpius in cauſa ſunt, ut quod damnabat Apulejus *medentes ipſi ſæviores morbis exiſtant*, nullus equidem video, niſi ſe ex jucundæ medicinæ præceptis ægrorum votis aut demulcendis, aut fallendis accomodent, dolores, ut præcipit Galenus, quantum fieri poteſt leniendo, medicamentaque, ut idem 4. de tuenda valetudine conſulit grati, & benigni ſaporis ſeligendo, ac demum, quod innuit Hippocrates in ratione victus, aliquid remittendo de ſuprema illi poteſtate, quam Theodoricus apud Caſſiodorum Comiti Archiatrorum ſub hac formula indulget: *fas eſt tibi nos fatigare jejuniis, fas eſt contra noſtrum ſentire deſiderium, & in locum beneficii dictore quod nos ad gaudia ſalutis excruciet.* Vndè cùm ægrorum alii illud frequenter ingeminent, & quærantur,

Liber. 3.

An interdum ſint morbis ipſis ſæviores medicinæ?

14. Method.

6. Epid.

Libr. 6. cap. 9.

an aqua glaciata ſit nocitura?

Setinum, dominaque nives, denſique trientes
Quando ego vos medico non prohibente bibam.

Martial's Epigramm. 86. lib. 6.

Officium tunc eſt prudentis Medici pro vino illo toties, & tam ardenter concupito granatorum ſuccum, aut aquam acetoſæ priſanamque, quovis alio modo vinum mentientem exhibere, cum alii purgantium medicamentorum faſtidia abhorreãt, debet ipſa, vel in ſero diluere, quemadmodum fecit Galenus ſcammonium, vel in rotulis, aut cõſervis abſcondere, vel inacetariis exhibere, aut admixtione cremoris tartari chimica preparatione, ambroſiopœia, & alia quarumque ratione virus illud, quo ſe produnt obtundere, ac ſi nactus fuerit aliquam inſidiam, quæ nobilis mulier omnem expẽriorem medicinam abhorrebat, Demochare imitari Medicum, qui lac caprarum ei callidè propinabat, ſed quas lentiſco paſcebat; ſi denique, quaſi *Sævitiem reputens ægri medicinom de ſcalpello, de cauterio, de Sinapis incendio*

Quod pro vino tegès ægrotis dare?

14. Method.

Amaras medicinas adſpernabatur Conſidia.

Tertullianus Scorpiaco.

Nec rigidos ſilices, ſolidumque in pectore ferrum
Aut adamanta gerant.

Ovidius 9. Metam.

Quo ſtantes, & immoti, ut Cajus Marius varices ſibi excindi patiantur, aut venas aperiri, quemadmodum Lucanus, & Seneca, tùm verò perfricta fronte doloris opinio minuenda eſt, aut imitanda ſaltem Medici illius ſapientiſſimi induſtria, quem aiunt. *Cum Regis filiom curare deberet, non ſine ferro poſſet, dum tumentem mammam leviter fovet, ſcalpellum ſpongio tectum induxiſſe; repugnaſſet enim puella remedio palam admoto, eadem, quia non expectavit dolorem tulit*, aut ſi altier morbus ferat, Celeberrimi Chirurgi Ioannis de Vigo ſolertia exemplo eſſe poterit ſimilis alterius configendæ, is enim dum nodum Carnoſum Iulii II. contumaciorem in dies fieri, & Pontificem omne genus remediorum conſtanter reſpuere, animadverteret, novam quamdam medendi rationem meditatus eſt, pannos ſiquidem veteres fruſtillatim conſcerptos, una cum panis ſiliginei mica molliore & arſenici ſublimati in aquis Roſarum, & plantaginis excepti momento ad tertias in vaſe æneo decoxit expreſſitq; demùm illis, & pulveris modo ulceri admotis, quod nullis deinceps unguentis ſe curaturum jure jurando receperat, brevi ſumma cum omnium admiratione Pontificem à gravi, & moleſto affectu liberavit.

Plinius.

De Mario, Lucano, & Seneca.

Seneca de Ira. 37.

Libr. 2. Chirurg. tract. 2. cap. 5.

Quo modo Ioannes de Vigo Iulium II. curaverit?

HIs rationibus quartam ſubjungit multorum error communis, ne dicam vulgi ſtultitia non ipſa quidem recens, ſed quæ cordatis jam antea bilem movit, & Plinio ſeniori præſertim, à quo medicina vapulat, cum ob alia, tum vero ob iſtud potiſſimum, *quod authoritas aliter quàm grecè eam tractantibus etiam apud imperitos experteſque lingua non eſt, ac minus credunt, quæ ad ſanitatem ſuom pertinent, ſi intelligunt.* Vnde ſi non mentiendi, at ſaltem probè ſimulandi neceſſitas medicis hac lege videtur impoſita, technaſque & dolos arguiè confitendi, quo famam apud imperitos tueri poſſint, & arti, quam profitentur authoritatem conciliare. Vt propterea huic inſtituto valdè convenienter Medicos admonuerit Galeotus Martius, ut dum apud do-

An loqui Medici in lingua ignota ægrotis debeant?

Libr. 29. cap. 1. *Quibus apud doctos, & quibus apud imperitos verbis uti debeant?*

Cap. 5. libri de promiſc. doctrin.

doctos homines verba faciunt, quos rri veritas non later. communi ac aprrto ſrrmone utantur, dum vero apud aniculas, & plebeos, quæ latinè, aut lingua vernacula dici commodè poſſent, obſcuriori ſermone græco, vel punico referant, tunc enim ſit ut ſi *altæ* loco HIBISCVM nominari audiverint, ſi *mercurialis* vice LINOZOSTIM, ſi pro *fumaria* CAPNITIM, pro *Semperviuo* ÆIZOON, pro *agrimonia* EVPATORIVM, pro *vini*, & *aquæ mixtione* CRAMA, pro *poſca* OXYCRATVM, SECANIABIM pro *Sirupo acetoſo*, TERENIABIM pro *manna*, RAVEDSENI pro *rhabarbaro*, ſit inquam ut ſtupeant ſtatim ad ejuſmodi verba, quæ

Nonnulla Græca & barbara communium medicamentorū nomina addiſcere poterit Medicus, ut apud ignorantes applauſum & admirationem extorqueat.

Sunt ipſo penè tremendo ſono;

eaque remedia velut Θεῶν χεῖρας, è cœlo demiſſa, aut ſaltem in eorum gratiam laborioſè à Medicis excogitata, lubentiùs & majori fiducia ſuſcipiant, tantum abeſt, ut quemadmodum fecit Ioannes Saiſberienſis, querelam hanc inſtituant *verba proferunt inaudita, ad omnia ſuos loquuntur aphoriſmos & mentes humanas velut afflatus tonitruis ita percellunt nominibus inauditis.*

Quas medicinas θεῶν χεῖρας vocent?

Metalogici libr. 1. cap. 5.

VEiùm ut fæx ipſa populi facillimè in hunc errorem impingit, ita profectò Sapientiſſimi etiam homines in alium perſæpè incurrunt, qui non minus equidē quàm lixarum & calonum deliria, Medicorum ſtratagemmatis indigere videntur. Neſcio enim quomodò vitio imbecillitatis humanæ, plerumque contingit, ut horum nonnulli ſimul, atque ægrotant timidi, ſuſpicioſique evadant, nec ſolum verba & ſermones, ſed geſtus, nutuſq; Medicorum accuratius obſervent, à cūctis ſibi metuentes quæ ſine

Sicut ob ignorantiam ægroti aliqui, ſic ob nimiam aliqui ſcientiam, quā ſe putant habere, male judicant.

Nihilo metuenda magis
Quā pueri in tenebris pavitant, finguntq; futura.

Lucretius.

Quam ob rem prudentis eſt Medici omnia quæ ægris metum allatura putarit, ſimulatione tegere, ſimptomata gravia, criſes infauſtas, lethalia ſigna, recidivæ metum, aut infelicem morbi exitum prudenter diſſimulare, iſtudque ſibi Virgilii dictum putare

An infirmi non ſolùm verba, ſed & nutus & geſtus Medicorum obſervent?

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

An vultu mentiri quis poſſit?

Vt conſilio Damaſceni, non modo pleraq; reticeat, ſed cuncta etiam fingat, & polliceatur, quæ vel ſalutem jacentis, vel ſpem convaleſcentis confirmare poſſunt, & in meliorem ſtatum reducere. Complexio enim animi corporis affectui ſemper inhæret, ac propterea ut monrbat Celſus *Ægros ſecuros agere convenit, ut ſi corpore, non etiam animo laborent*, & Seneca dicebat, *quod multis cauſa moriendi fuit morbum ſuum noſſe.* Contra verò ſi rebelles illos, aut contumaces, nec ſibi vel alijs obſequētes, nactus ſit, majora quam ſint, omnia fingere debet, morborumque metaſtaſim epigenes & malorum iliadem minitari, quo certæ & exquiſitæ rationi, imperatiſque auxilijs facilius aſſueſcant, ſi non ſponte & ductu ſuo at ſaltem majoris mali formidine coacti.

Aphoriſm. 40

libr. 3. cap. 5.

An morbi ſtatus poſſit ægrō aperiri?

De brevit. vitæ cap. 17.

An, & quando mina ſint utiles in Medicina?

FIeri quoque nonnunquam ſolet, ut Medicus, in ægros quoſdam ἀπεγνωσμένους ſeù quod diceret Arnobius *recuſantes ſanitatem pati* incidat, ut exempli gratia

ἀπεγνωσμένοι.

Quando melancholicis ratio fuſcata tenebris
Ecclipſim patitur, erratque Logiſtica virtus.

Libr. 1. Ægidii Corbolienſ.

Atque etiam

Dum phreneſis fervet cerebri dum furit in arce.
Fellea materia dum parturit ira coloris
Verbaque dum nulla mentis ſignata moneta
Luctibus, & variis jactantur plena querelis.

libr. 1. de virtutib. compoſit. medic.

Quos omnes niſi dolis, & ſtratagemmate quodam ſibi proponat curandos, ut malorum pulpa cum infixis radicibus hellebori cocta, aut eodem in libo ex ovis in Sartagine frictis abſcondito, graniſque ſcammonii in electuario ſero lactis, prunis, paſſulis præparatis, aut pane dulciario exhibitis, oleum certè, atque operam omnem perdet, nec minus forſan quàm æger ipſe delirus reputabitur.

Sunt interdum taliter affecti ægroti, ut niſi decipiatur, nullam medicinam admittant.

VErum enim verò ut in hac fraude Medica modis omnibus, qui fidem preſtare poſſunt, aſſerenda, nihil amplius fraudis reliquum eſſe poſſit, tot jam allatis rationibus, quæ per ſe quidem ſolæ ſatis eſſe poſſent, authoritates Illuſtrium Medicinæ Scriptorum, & eorumdem exempla, velut copias auxiliares, ſuccenturiatoſque milites en ecce in campum explico. Et quidem quantum ad authoritates attinet, non faciam hic quod cæteri, qui Platonis mentem ad Medicos corporis detorquent, cùm longè magis rationi conſentaneum ſit ex iis, quę poſtea apud eumdem ſubdit Socrates, & Ficini commentario, eum publicis tantùm medicis animorum quales ſunt Civitatum Rectores, Duceſque populorum mendacii veniam conceſſiſſe; ſed ad Hippocratem omnium in Medicina bonorum Authorem, & parentem me converto, qui ſexto de popu-lari-

Progreditur Naudæus & ſuam ſententiā Authorum teſtimoniis perſuadere conatur.

3. de Republ.

An à Politicis Medicis (Populorum Rectoribus) poſſint argumenta deſumi?

Sect. 5. part. 23

latibus morbis docet optimum eſſe in Otalgia, ſeu aurium dolore ægrum decipere, quamquam modum iſtius deceptionis per lanam imbutam unguento calido, & clam in vola manus repoſitam βραχυλογίᾳ, jam obſcura, & ænigmatodei explicet, ut nondum inter ſe conſentiant Va-

De vera Hippocratici Aphoriſmi lectione & interpretatione.

leriola, Fuchſius, Sylvaticus, & alii de recta ipſius loci interpretatione. Sed quãtumvis de illa inter ſe digladientur, omnes tamen cum antiquis interpretibus conveniunt, quos Galenus aſſerit ejus opinionis fuiſſe, ut decipiendi ægroti cauſa, ad hoc agendum acceſſiſſe Hipocratem dicant: *interdum enim de iis rebus ſolatium capere Ægrotantes, & arbitrari diligentiorem de ipſis curam Medicos habere*. Vnde ipſemet Galenus licet expungendam particulam illam ἀπάτη ex fine ipſius aphoriſmi cenſeat, Commentario tamen in Hippocratis librum de Officiis; Medici fraudes ejuſmodi majorem in modum extollit, modumque docet, quo fieri debeãt in iis, quibus ſpectare non poſſunt, aut chirurgorum apparatum ſuſtinere, dum velut Gallentes

An redundet vox ἀπάτη? An ſit prorſus delenda?

Galenus Medicas fraudes laudat.

Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem,

Tertullianus.

quin ſtatim animo linquantur; *hic enim dicendum erit, cras nos de chirurgia eſſe conſideraturos, impræſentiarum ſatis eſſe ſi lotus, aut foveatur ſpongiis, aut aqua perluatur, atque ad emplaſtrum, aut medicamentum recipiendum præparetur, interim verò ſectio homini ex improviſo adhibenda eſt*: idemque hoc à ſe aliquando factum teſtatur in libris methodi, in quibus hiſtoriam refert illuſtris cujuſdam fœminæ, quæ dum herpete circà malleolum laboraret, qui etiam ſerpendo ad bubones adſcenderat, nec medicamenti ſolventis præter ſerum ullum genus admitteret, ſcamonium in illud clam injecit, ſicque licet invitam ſanavit, cujus poſteà imitatione Trallianus mulierem aliam arguiè fefellit, etenim cum illa ſe inter edulia ſerpentem devoraſſe arbitraretur, vomitum ſtatim emeticis convenientibus commovit, atque immiſſa clanculum in illud, quod rejectum fuerat lacerta ex iis, quæ propius ad hanc accedebant, quam læſa ægrotantis imaginario reſciebat in corpus ſuum ſubiſſe, finxit poſtea maxima cum ſui, & aſſiſtentium admiratione, illam vomitu quoque fuiſſe redditam, & nihil propterea amplius eſſe, quod illa ab ejuſmodi animacolo ſibi timeret. Ità etiam Philotimum Medicum non mediocriter extollit Aetius, quod excogitato, & impoſito ſuprà caput melancholici cujuſdam, qui ſe ἀκέφαλον eſſe, & capite diminutum

An, & qua fraude ad ſectionem veniendum ſit?

libr. 14.

Galenus decipiendo curabat.

libr. 1. cap. 17.

Trallianus etiam.

De fœmina quæ ſerpentem ſe bibiſſe putabat.

De quodam ægroto, qui ſe ἀκέφαλον eſſe dicebat; quomodo à Philotimo fuerit curatus?

reputabat pileo plumbeo, ipſum eo tandẽ adduxit, ut præ continua moleſtia, quam ex ejus duritie, & nimio pondere perſentiebat, caput ſe recuperaſſe fateretur. Quã curandi methodum, licet fallacem, & ſubdolam, Damaſcenus poſteà confirmavit, horum præſertim, & Cornelii etiam Celſi ductus exemplo, ut nulla jam de antiquorum Medicorum in hac quæſtione ſententia poſſit eſſe difficultas, quemadmodum certè, nec de eorum, qui à Damaſceni tempore floruerũt, poſtquam Bernardus Gordonius, & Gabriel Zerbus Medici ambo clariſſimi, & reliquorum ſuæ tempeſtatis facilè Princeps diverſos ediderunt tractatus de cautelis quibuſdam, & medicinæ fraudibus, quæ non ſecus illius artem profeſsis familiares eſſe debent, quàm fortiſsimis ducibus ſtratagemmata, aut ſimulationes, & mendacia Iuriſconſultis, ut à reo, vel actore veritatem rei apud ipſos dubiæ extorqueant, quandoquidem non adeò inter ſe diſtant Iuris, medicinæve periti, quin multa habeant inter ſe communia:

Aphoriſm. 14.

libr. 3. cap. 5.

Quinam de fraudibus, quæ adhiberi in Medicina ſolent doctè ſcripſerint?

An & illis utantur Iudices, & Veritatem à Reo diſcant?

Iudex eſt Medicus, reus eſt ægrotus, amici
Actores adſunt plures ex ordine teſtes
Morbus, cauſa, locus, ſimptoma, innata facultas,
Conſimiles ægri, mos, metio, pharmaca, geſtus.

Struth. lib. 5 Artis Sphygm.

Iudex & Reus cum Medico & Ægroto comparantur.

Sed quò nihil omninò fictæ iſtius, & doloſæ curationis nomine Medicis imputari poſſet, ſatis jam cautum eſt à Plinio, Petrarcha, Baptiſta Mantuano, Petro Aponenſi, aliiſque ob corporis imbalnitiem, morumque ruſticitatem laceſſitis, nonnulli ex ipſis, haud inter ſe orgiis mendaciorum confœderati, quod de Origeniſtis pronuntiabat D. Hieronymus, ſed quibus egregium ſemper viſum eſt

Origeniſtæ liberè mentiebantur, tenebant enim malitia, Mendacium Officioſum carere, & omnia, quæ utilia, Officioſa vocabant.

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa,

rem omnem ad æquitatis carcerem reducere, & nunquid in Medicina facienda dolis ejuſmodi licitum foret, præclaris hac de re quæſtionibus inſtitutis explicare voluerunt, ut Franciſcus Valeriola in enarrationibus, Rodericus à Caſtro in Medico Politico, & Corteſius in miſcellaneis, qui quidem omnes una cum Silvatico, Augerio, Ferretio, Mercuriali, Foreſto, Brudo Luſitano, Epifanio Ferdinando, Maſſaria, Sennerto; & quid attinet alios numerare, qui proponendum infiniti ſunt; Omnes inquam iſti cenſent, cum ex D. Auguſt. *Quantum in Medico ſit, veniat ſanare ægrotum*, & quod inquit Antiphonis filia apud Plautum ad illos etiam pertineat: *Semper noſtrum officium nos facere æquum eſt*: omnia ex uſu eſſe, quæ ſanitatem in ægris præ-

Tract. 10. Ioan.

Summis argumentum à fæcibus & ſordibus, nam & hæ adhibentur in Medicina. Ergo & mendacia, ſordes & faces ſunt, ubi utilia ſaluti à prudenti Medico poterunt adhiberi.

præſentem conſervant, nutantem firmant deperditam reſtituunt, ac propterea quemadmodum non reſpuunt fœces, non abjiciunt fœtida, non abhorrent venena ſic nihil omninò rationis eſſe, propter quod damnent potius technas, fraudes, & mendacia, cùm præſertim non minus, quàm illa ægrorum ſaluti conferant, & ex fine, atque intentione, quibus actiones in moralibus æſtimantur, non poſſunt non cenſeri valde ſalutaria, & maximè convenientia Medicinæ præſidia, quæ propterea nec Theologorum ſanctiſſimis, doctiſſimiſque diſplicuere, non equidem D. Chryſoſt.

Libr. de Sacerdotio.

qui *talem fraudem, non fraudem nominandam eſſe*, concludit ſed potius οἰκονομίαν *quandam ſapientiam, & artem, qua poſſit è mediis rerum deſperatarum anguſtiis evadere*, non Pereiro aſſerenti, quod *non rarò prudentes Medici graviter ægrotantibus, ſalubreſque curationes recuſantibus, utili ſimulatione deceptis, quæ volunt, præbent medicamenta, & Sanitatem reſtituunt*; non denique Molano obſcurum illorum judicium damnanti, *qui inſidias Militares, Medicorum, & Iudicum diſſimulationes à mendaciis diſcernere nequeunt*.

Οἰκονομία, *debet diſtingui à fraude.*

Pererius in c. 27. Geneſ. diſp. 1. §. 26.

An ſimulatio in Medicina locū habeat?

Ex quibus cum luce Meridiana à *mendaciis* clarius appareat non tantummodo licitum eſſe,

Quinam ſint in Republica, qui fruantur privilegio mentiendi?

Mentiri Aſtrologis, Pictoribus, atque Poetis;

quod vulgari fertur adagio, ſeù Medicis inſuper, licet iſtud faciendi licentiam non ut Autolicus, à Mercurio, ſed ab omni ſapientum, & optimorum potiori conſilio acceperint.

Hiſtoria nonnulla recenſentur.

RElíquum nunc eſt, ut priuſquam eorum objectiones diluamus, qui contrarium cenſent, aliud inſuper exemplis confirmemus, quod tot rationum, & authoritatum momentis, firmiſſimè videtur eſſe ſtabilitum, atque præter cætera, quæ jam attulimus, & illa quæ leguntur apud Marcellum Donatum, hoc unum in primis illuſtre mihi videtur, quod de quodam melancholico referunt nonnulli, qui ſeptem ſe in capite paſſerculos, velut in cauea incluſos geſtare continuò arbitrabatur, accerſitus ſiquidem ad ipſum vafer quidam, & prudens Medicus, cum vitium imaginationis læſæ primo ſtatim obtutu depræhendiſſet; Euge, inquit, vir bone, qui me talibus morbis aſſuetum pertractandis, & curandis, bona tua ſorte vocaveris; Et ſi enim me non Menecratem eſſe profitear, qui ἀθανασίαν ſeù mavis inſ neſcentiam hominibus promittebat, non Aſclepiadem, aut talem, qui fractum crus poſſim obligare, Vulcani, Martiſque

Libr. 2. de medic. hiſt. mirab. cap. 1.

Quando eſt læſa phantaſia, fruſtra corpori medicina adhibentur, niſi illa ſanitati reddatur.

Menecrates ἀθανασίαν *immortalitatē hominibus pollicebatur.*

vulneribus medicinam facere, iſtud tamen ſanctæ, & abſque ullius adulationis ſuſpicione dejerare poſſum, neminem hodie Medicorum eſſe, cui ſæpius aut fælicius ſimiles affectus obtigerint percurandi, nam dum Iuvenis adhuc, & novitius Compluti medicinæ ſacris initiarer, obtulit ſe mihi Hiſpanus quidam ſæviſſimo capitis dolore, eoſque deſperationis adductus ut ſibi violentas manus inferre tentaret, ſed cum ab Amicis reſciviſſem illum frequenter dum ſanus eſſet, ocymum jucundi odoris cauſa olfeciſſe, conjeci ſtatim experientia Hollerii ductus, ſcorpiones indè in ejus cerebro enatos, quos cum aliter non poſſem prægrandi folle naribus ejus indito, & violentia quanta fieri potuit maxima deducto una cum oſſis Ethmoidis portiuncula attraxi. Poſteà verò cum Ægyptum peragrarem, quindecim hirudines unico impuræ, & lutulentæ aquæ hauſtu in bubulci cujuſdam ventriculum illapſas ſolo vomitu ex muria propinato, depuli. Ranas etiam, girinos, bufones, & nonnunquam Crocodilos, non aliter certè quàm vermes medicamentis convenientibus eduxi, ut nihil hic attideat de Serpentibus loqui, nihil de tænia, licet ſuprà triginta cubitos longam auxilio meo redditam viderim. Sed audi, quid nudius tertius conſilii ceperim in illo Trapezita tuo vicino, qui ſibi caput omne curculionibus hinc inde perreptantibus oppletum eſſe non falsò perſuaſerat, frumentum ex ariſtis recenter decuſſum in prunas conjeci; fumumque ut per infundibulum in nares reciperet, imperavi, quod poſtquam per horæ quadrantem facere ſuſtinuit, tandem legio integra curculionum, arcem capitis, quam prius obſidebat, deſeruit, quoad uſtulati frumenti gratum nidorem, reliquiaſque ſe conferret, ut jure Virgilianum iſtud uſurpari potuerit,

De quodam, qui habere ſe caput paſſeribus plenum dicebat.

Procreantur ſcorpiones ex ocymo.

De hirudinibus in potu hauſtis.

De aliis beſtiis

De capite pleno curculionibus.

——— *It nigrum campis agmen.*

His igitur experientiis confirmatus, quid nunc tua cauſa mihi faciendum ſit, ſatis, ſuperque intelligo, & quidem licet de paſſerculis tecum non conveniam, quos ſub ingreſſum domus tuæ, cùm adeo ſuaviter, & delicatè fringultientes, minurientesque perceperim carduele s, aut luſcinias eſſe exiſtimo, tamen qualeſcumque ſint illæ aviculæ ſpero me potentiore quodam pharmaco craſtina die illas educturum, modo te mihi obſequentem præbeas, & ad omnia, quæ juſſero promptiſ, facilemq; exequenda. Sequenti igitur die pulveribus nigellæ, pyrethri, euphorbii, hellebori, ſimilibuſque ſternutatoriis inſtructus, redit ad ægrotum confidentia, quàm illi tam audaci pollicitatione fecerat, pene jam

Oportet, ut apud Ægrotum Medicus opinionem habeat Viri docti & felicis.

Qua arte in ſimilibus occaſionibus ægroti juventur?

ſana-

ſanatum, caput faſcia nonnihil etiam in oculos dependente fortiter ſtringit, pulveres in nares exſufflat, concitataque crebra, & vehementi ſternutatione, aviculas quaſdam, quà deplumes, quà vivas, quà ſemitruncas, & mortuas ex manica ſupra lectum projicit, mox verò ægrotum bono animo ſit, hortatur, juberque num paſſerculos, aut carduelès potius in capite habuerit viſu dijudicet, quod ipſe ſtatim fecit amoto ſipario, ſeque optimi iſtius viri conſilio ab immani cruciatu tàm facilè liberatum fuiſſe, multùm gaviſus eſt, & in poſterum rectè valuit. Hæmorragiam autem ex naribus (*) adeo rebellem, & contumacem, ut nullis amplius remediis locum eſſe communis foret opinio, contrario planè modo ſanavit Cardanus, nam ad ægrum vocatus, non quemadmodum alii Medici, revulſionem imperavit per venæ ſectionem, cucurbitulas, frictiones, ligaturas, multoque minus laudavit medicamenta refrigerantia, aſtringentia, glutinantia, cauſtica, vel quę à Medicorū vulgo ἴσχαιμα dicitur ſed hiſtoriā totius morbi blandè primùm ſciſcitatus, & curioſè frontem ſtatim contraxit, & ad matrem converſus, ipſam hunc in modum allocutus eſt. Quid in te, oro, obteſtorque, commiſi Domina, quam ob rem me potiùs ad mortuum, quàm ad ægrotum vocares, filium hunc tuum ad inſitas redactum vides, & adhuc de Medico potior eſt Tibi cura, quàm de Sacerdote? olim igitur me talem habes, qui mortuos poſſim ad vitam revocare! Profectò miror, quò tua abierit antiqua ſolertia: cernis ſuprà viginti libras ſanguinis in hoc tridui ſpatio, quo primum ſimptoma iſtud tam dirum, & lethale incepit, fuiſſe rejectas, cùm nihilo minus Aviceona ſeptendecim tantùm citrà mortis periculum evacuari poſſe contendat, cernis etiam animi deliquia, perfrigerationem extremorum, ſudores exiguos ſenſim gliſcentes, faciem omninò decolorem, & dubitas adhuc num de Iuvene iſto conclamatum ſit! Scias igitur nihil eum ampliùs opus habere auxilio meo ſed ne quidem illius Dei,

**) Eſt autem* ἁιμοῤῥαγία *immoderatus fluxus ſanguinis. Hiſp. Camaras de ſangre. Et fit teſte Galeno lib. de ſymptom. diff. tribus modis: videlicet vel ex vaſorū ruptura, vel ex eorumdem corroſione, vel ex nimia apertione orificiorum in venis. Addunt Iuniores modum quartum: nempe ſanguinis nimiam tenuitatem: addunt quintum, nimirùm magnam ſanguinis copiam.*

Hic morbus eſt pertinax, & tum maxime cùm ægroti animus inexſpectato aliquo timore percellitur (Hiſp. quando le dan un ſuſto) recuratur.

Quot libra ſanguinis citra mortis periculum ex humano corpore poſſint deffluere?

Reduces, qui tradere vitas
Noſcit, & in Cælum manes revocare ſepultos,
Qui colit Ægeas, qui Pergama, quique Epidaurum.

An mortuos vita poſſit Medicina reſtituere?

Et ſi me audis, Sacerdotem quantocyus accerſiri jube, qui hunc ſacro viatico, & ſupremis unctionibus muniat è vita proximè diſceſſurum; aut enim ſcientia Medicinæ nulla eſt, & mea me fallit quinquaginta annorum experientia, aut ante veſperam fatis concedet, & vera, atque meliori vita perfruetur. Hac enim ſententia ab eo, qui totius Civitatis oraculum habebatur, tam ſeverè audacterque pronunciata, mater, quæ nihil quidquam de ſtratagemmate reſciverat, domum ſtatim univerſam luctibus complevit, æger verò primum quidem

N. B. In ſimilibus morbis habet locum Axioma illud Militare, Una ſalus miſeris nullam ſperare ſalutē.

Palluit, ut nudis preſſit qui calcibus anguem,

mox cùm ſe tam brevi moriturum crederet, timorem inde talem concepit, ut calore cum ſanguine, & ſpiritu confeſtim ad præcordia recurrente totum corpus frigidum remanſerit, & ſanguis qui per venarum Siphunculos in ejus habitum diffundebatur, ad ulteriorem motum ineptus hæſerit. Quod anteà quidem ab aliis Medicis, fruſtra medicamentorum ope fuerat tentatum, ſed narrant præterea doctiſſimum Hollerium melancholicum, qui, ſe vaſtiſſimæ magnitudinis naſum habere quærebatur, &

Morbi aliqui ſubitaneo terrore (Hiſpan. con un ſobreſalto) curantur.

De illo, qui vaſtiſſima moles naſum ſe habere delirabat.

Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,

hac arte liberum ab inani illa perſuaſione feciſſe, aſſeruit ſiquidem naſum ejus longè majorem eſſe quàm ſibi videretur, ſed tamen remedio locum fore ſi ad officinam periti cujuſdam Chirurgi, & in hac præſertim operatione, qua naſi longiores decurtantur, verſatiſſimi ſe conferre vellet, quod poſtquam æger annuit, pręmiſſis ſtatim qui Chirurgum de Hollerii mente admonerent, & aliis etiam, qui tranſeuntis naſum partim mirarentur, partim irriderent, ad ædes Chirurgi una tandem deveniunt, ubi ſervos obviam habent, valvas, feneſtraſque recludentes, & omnia impedimenta amolientes, in quæ naſus ille potuiſſet impingere, tum verò oculis ægri velatis operi ſe accingit Chirurgus, abſcinditque extremam naſi cuticulam, & oſtſeno poſtea, quem in iſtud negotii paraverat, tamquam è recenti vulnere amaxabone ſanguinolento, partem naſi reſciſſam eſſe perſuaſit, ſicque maxima cum Hollerii exiſtimatione æger ille convaluit & ad meliorem de naſo ſuo opinionem cooverſus eſt.

Qua arte fuerit curatus?

Illis, qui habent laſam phantaſiam, ſi contradicat Medicus, nil omninò proficiet. Ergo debet adnuere; hoc eſt, debe ſeguirles el humor, ut ait Hiſpanus.

VErùm quid opus eſt aliunde exempla quærere, quàm ex communi Chirurgoium induſtria, qui ſe venæ ſectioni imperatæ accingentes ægrorum quorumdam, muliebrem animum, quaſi nondum parati, aut aliud agentes, tamdiù fallunt, & detinent ſecurum, donec inciſa ſubtiliter; & ex improviſo vena,

Cruor emicat altè
Non aliter quàm cum vitiato fiſtula plumbo,
Scinditur, et tenui ſtridēte foramine lōgas

Quomodo venæ ſectio fiet?

Eja-

Ejaculatur aquas, atque ictibus aera rumpit.

Quomodo applicetur cauterium?

Aut ex eo tandem quod in uſu receptum habet nobiliſſimus eques, & doctiſſimus Antenoræi lycæi Profeſſor Anatomicus Ioannes Weslingius, qui cauterium illud actuale, quod nemo etiam fortiſſimus non reformidat ope pixidi cujuſdam ex ligno (*) tornatili affabrè, eleganterque paratæ, ex qua ferrum candens, velut ex inſidiis proſumpit, tàm cautè, ſubtiliterque parti inurendæ admovet, ut maxima ægrotorum voluptate hanc operationem ſatis per ſe difficilem moleſtam abſque illo fermè doloris ſenſu abſolvat.

*) Lignum non eſt apta materia, ut ferrum candens occultet. Ergo Naudæi pace ex ære fuiſſe inſtrumentum, quo Veſlingius utebatur, dicamus.

SEd video tandem quid in re tenui, nimis circumſcripti homines, & in aperto veritatis ſole malitia neſcio, an imbecillitate cæcutientes adverſus tot, exēpla rationeſque moliantur, *Mendacium*, inquiunt, ex Ariſtotele, *improbum eſt, ac vituperatione dignum*, & ex primo elenchorum; *Sapientis eſt non mentiri de quibus novit*. Vnde Pythagoras hæc præclara homines à Diis accepiſſe fatebatur, *Vera nempe dicere*, & *Beneficia in alios conferre*, quæ duo ſi in aliquo maximè in illo reperiri debent, qui non modò peritia medendi, ſed morum integritate, & vitæ honeſtate ſibi imitandum proponere debet Hippocratem, quem Ariſtoteles, & Galenus *Veritatis obſervantiſſimum* vocant, & Macrobius talem fuiſſe contendit, ut nunquam falli, aut fallere potuerit; non ſecus profectò, ac Atticum narrant mendacium nec dicere ſolitum, nec pati potuiſſe; hoc verò tanto diligentiùs Medici præſtare tenentur, quod remedia, quæ præ manibus habent, ſi ab improbis uſurpentur, venenis ipſis nocentiora evadunt, unde ſi quicquam in ipſorum adminiſtratione dolo, vel malitia peccant, ſi fallant ægrotos, aut confictis mendaciis, auctoritatem arti ſuæ quærant, quemadmodum malus ille ſutor apud Phœdrum, qui cùm inopia deperditus

Veracitatis ſtudioſiſſimi cultores, qui?

Quænam ſint præcipua Attributa Divina hominibus communicata?

De ſōno Scip. cap. 4.

Quàm fuerint veraces Hippocrates & Atticus?

Phœdrus lib. 1, fabul. 14.

Medicinam ignoto facere cæpiſſet loco,
Et vendicaret falſo antidotum nomine
Verboſis acquiſivit ſibi famam ſtrophis.

Certè quantum à recto æquitatis tramite aberrent vel ex eo facile conjicere poſſunt, quod D. Auguſt. ne quidem iſtud cum evidenti alterius commodo facere permittat; *nam quoties*, inquit, *aliquis utilitatis proximi cauſa mentitur, ſi non erat peccator antequam mentiretur, mentiendo efficitur id quod vitarat*. Imo verò tractationem hanc de mendacio idem alibi ad medicinam referens. *Si conceſſerimus*, inquit *pr[o] ſalute alicujus ægri de vita Filii ejus Crites*.

Auguſtinus libr. de verb. Apoſt.

Idem libr. contra mendac. c. 18.

fuiſſe mentiendum, ità paulatim, minutatimque creſcet hoc malum, & brevibus acceſſibus ad tantum acervum mendaciorum, ſceleratorum ſenſim ſubintrando perducetur, ut nunquam poſſit penitus inveniri, ubi tanta peſtis per minima additamenta in immenſum convaleſcenti poſſit obſiſti. Sed enim auctoritates ipſas validiſſima ratione confirmant; ſiquidem quod ſecundum ſe, & ex genere malum eſt, id nullo modo bonum fieri poteſt, quandoquidem bonum ut loquuntur Theologi non conſtituitur niſi omnium perfectione, malum verò ex ſingulis defectibus conſurgat; mendacium autem malum eſt per ſe, & ex genere actus videlicet inordinatus, cùm Deus & natura voces homini dederint, ut eſſent ſigna eorum, quæ in mente habet, unde etiam ſequitur, nulla ipſum additione, vel reſtrictione legitimum reddi poſſe, maximè cū antiquiſſima lege ſancitum ſit, *Mala non eſſe perpetranda, ut ex ipſa velut radice venenata boni alicujus fructus ſalubres in noſtram, aut alterius utilitatem efflореſcant.*

Ne quidem pro vita ſalvanda, eſt mentiendum

An Mendaciū intrinſecè & ex ſe malum ſit?

An bonum ſit ex integra cauſa; & malum ex quocumque defectu?

D. Paulus ad Roman.

VErum optimè tandem ſentio, quid iſtis ſeverioribus Ariſtarchis bilem in naſum conciverit, verba nempè legis explorant, non legiſlatoris animum, & quæ ſunt æquivoca ſemper in deteriori ſignificatione accipiunt contra profectò quàm facere deberent, ſi rationem ſequi, aut Sariſberienſem imitari vellent, qui de medicis ita aggreditur ad dicendum in Policratio: *Abſit de his quicquam per verſum loquar, In manibus enim eorum exigentibus peccatis meis frequenter incido, non ſunt exaſperandi verbis ſed potiùs obſequio demulcendi*: Dolus igitur, quod neſcio an ipſi rectè animadverterint, non ſemper malus eſt, ſed aliquando etiam ſumitur pro ſolertia quadam, ſeu cautione, & prudentia, qua vel adverſus hoſtem, vel latronem, vel etiam ægrum optimis medicorū conſiliis reluctantem utimur; unde cum Vlpianus, Labeo, Tullius dolum machinationem eſſe dicunt ad alterum decipiendum adhibitam, non ſatis habuere *dolum* ſimpliciter dicere, ſed *malum* addiderunt, quem propterea idem Cicero cum fraude & calumnia conjungit: *ne qua calumnia neque fraus, neque dolus adhibeatur*: Et eodem ſenſu D. Thomas oſtendit *fallere* intelligi poſſe dupliciter, nimirum ſignificando abſolutè falſitatem, quod plerumq; faciunt Agyrtæ, Ciniflones, Magomedicaſtri, circumforanei, nebulones, & fœcundū illud in fraudes hominum genus, aut ſimpliciter occultando veritatē, quod optimis Medicis ob ægrorum commodà videtur legitimè conceſſum; *iſtud enim*, inquit

An lex de Mendacio ſit æquivoca?

An ad benigniorem partem ſit revocanda?

Sariſberienſis Cap. 9.

An dolus ſemper malus ſit?

Qui dolum malum *damnant*, dolum bonum *commendare videntur*.

Cicero pro domo.

Ex D. Thoma, aliud eſt aſſertivè & poſitivè fallere, & aliud occultare Veritatem.

 op-

3. de Divinat.

optimè Cicero. *Ne homines quidem probi faciant, aut amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi ullo modo effugere poſſint.* Verùm quoniam de Mendacio longè omnium gravior ſolet eſſe difficultas, advertendum in primis hujus, quod dicitur eſſe falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, octo differentias à D. Thoma conſtitui, quarum priores quatuor pertinent ad Mendacium Perniciosum, quinta ad Iocoſum, reliquæ verò tres ad Officioſũ in quo intenditur, quod eſt alteri utile; Ac propterea cum Medicorum technæ, & ſtratagemmata, nec ad dolum malum referri poſſint, nec ad Mendacium Perniciosum, ſed ad Officioſum potiùs ſpectent, quod nihil aliud pro fine intendit, quàm malorum tyrannide oppreſſos convenientibus remediis ſublevare; equidẽ non quid tandẽ rei ſit, cur ab iſtis Catonibus, & Stertiniis, cane pejus, & angue cenſeatur eſſe declinandum; neque enim profectò ita viſum Origeni dum ſententiam Platonis approbat ex 3. de Republica, ubi aſſerit. *Deo quidem indecens, & inutile eſſe mendacium, hominibus verò quandoq; utile & neceſſariũ, ut eo tamquam medicamento utantur*; non Abbati Ioſepho perſuadenti apud Caſſianum *mendacio utendum tamquam Helleboro, quod ſumitur in extrema rerum conſternatione*; non Pereiro, qui in Commentariis ſuis in Geneſim fatetur: *ſententiam eſſe perveterem & celebrem, licere* (*) *ſine peccato mentiri*; nec denique Marco Marullo Spalatenſi, *qui ob Reipublicæ bonũ, vel majorem Dei gloriam mentiri fore ſummæ pietatis ingentiſque prudentiæ contendit.* Vt propterea non perperam Leſſius exiſtimet D. Auguſtinum ſibi minus in libris de mendacio ſatisfeciſſe, quod ἁπλῶς, & nulla adhibita diſtinctione, miſericors etiam, & officioſum condemnarit; contra quam reliquorum Patrum auctoritatibus probari poteſt; & infinitis etiam exemplis eorum, quæ in Sacris Codicibus narrantur confirmari, ut nihil aliud difficultatis ſuperſit, niſi ab Ariſtotele & Pythagora, quos tamen reſpondere poſſum de eo tantùm Mendacio intelligendos eſſe, quod abſque ſumma & evidenti utilitate profertur, aut etiam cum alterius noxa: & adjuncta ratio optimè concludit, Mendacium quidem ſemper eſſe malum, non tamen in caſu neceſſitatis deceptionem officioſam, quæ nullius damno in multorum utilitatem cedere poteſt, poſtponendam eſſe nocivo pudori; *Neque enim*, inquit Cicero, *de pactione verborum, quibus juſjurandum aut mendacium comprehenditur, ſed de perfidia, atque malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, Dii immortales iraſci, ac ſuccenſere conſueverunt.* Quæ profectò cum ita ſint, huic certè neceſſum eſt,

D. Thomas 2. 2. quæſt. 105. art. 2.

Quid, & quotuplex mendacium ſit?

Origenis & Abbatis Ioſephi errorem Naudæus approbat.

Caſſianus collat. 17. cap. 8.

(*) Pererius hanc refert Veterum doctrinã, ſed improbat.

in cap. 27. Geneſ. diſp. 1.

lib. 4. memor. cap. 4.

N. B. Non diſplicet Leſſio & Recentioribus Auguſtinus, qui Mendacia Officioſa damnavit, ſed quod non ſatis clarè Mendacium à Diſſimulatione, quæ debet admitti, diſtinxit.

Pro Roſcio.

An verba in Iuramento, an mens jurantis debeat conſiderari?

Claudicet ingeniũ, deliret linguaq; menſque,

qui technicè iſtius prudentiæ, aut potiùs artificioſæ indicationis artem, licet velut aurum Bruti officioſæ fraudis ſambuco obtectum, vellet iterum ex Medicinæ fundo divellere, & ſi quis hoc impoſterum attentare audeat, Terentianum iſtud ſibi dictum putet:

Si illam objurges vita qui auxilium tulit

Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?

In Andr.

SECTIO V.

Orthodoxa Veritas proponitur, & ſtabilitur.

CErta & indubitata Concluſio, de qua nullum movetur inter Chriſtianos dubium, eſt. *Omne mendacium (non ſolum Nocivum; ſed & Iocoſum, immo & Officioſũ) eſt peccatum.* Tam ſeverè id inhibet Deus nolit illud ex ulla neceſſitate, quamtumvis magna (etiam ob vitæ defenſionem) licere. Ita S. Auguſtinus *libr. de mendacio*, & *libr. contra mendacium.* Magiſter *in 3. diſt.* 38. S. Bonaventura *ibid. qu.* 2. D. Thomas 2. 2. *qu.* 110 *ar.* 3 quibus univerſi Recentiores ſubſcribunt. Vnde Theologi, quando quærunt, An Abraham, Iacob &c. peccaverint? tunc, an in eorum verbis verum mendaciũ inventum ſit, interrogant; quoniam ex ſuppoſitione, quod mentiti ſint, eos rem malam feciſſe & niſi aliqua inſuperabilis ignorantia eos à culpa ſubducat, peccaviſſe, certum eſſe aſſeverant.

Certa & indubitata omnium Theologorum Concluſio.

An-ne hæc ipſa concluſio, quam ſupra omnem Controverſiæ aleam ſitam eſſe, aſſeraimus, rationibus perſuaderi poterit? Vt ſcias, quid petitur, notare oportet inter *ſuadere* & *perſuadere* hanc eſſe differentiam, ut Suaſio à probabilibus poſſit fundamentis procedere, Perſuaſio autem, quoniam eſt firma adhæſio ſecura & indubitata requirat, Ergo præmiſſa hac nominum expoſitione, quæritur, *An omne mendacium interdici, poſſit realiter, moraliter-ve demonſtrari?* Eſſe Morales aliquas Demonſtrationes pono & ſuppono; & eas eſſe dico, in quibus ex Antecedenti certo in legitima forma conſequentia deducitur. Et addo pleroſque omnes Authores, qui extra S. Bernardi & Scoti ſcripſerunt Scholam, non potuiſſe hanc Concluſionem evidenter probare. Et tametſi adducere centenos poſſem, producam tres tantummodò, Pererium, Malletum, & Acaciũ, nam cæteri adhærere videntur.

Inter Perſuadere & Suadere diſcrimen.

An admittendæ ſint Demonſtrationes Morales?

An illa in libris Iuniorum reperiantur?

Be-

P. Benedicti Pererii Reſolutio.

BEnedictus Pererius, quem pro opinatione ſua iterum, iterumque producebat Naudæus, *Omne Mendacium, etiam Officioſum eſſe peccatum*, aſſerit: & addit id evidenti perſuaderi ratione. Concluſionem ejus ut certam & indubitatam admitto: illam autem aſſero non ſuaderi ab illo evidenti ratione. Audiatur ergo, quoniam in copioſo & erudito Commentario, quo Librum Geneſis dilucidavit, *ad cap.27. verſ.18. num.36. pag.53. a. Tom.4.* ſic inquit.

An bene ab eo probetur?

[Concluditur evidenti ratione & probatur *Mendacium per ſe, atque hoc ipſo quod Mendacium eſt, & malum, & fugiendum eſſe, nec peccato carere poſſe.*]

Conſidera illud *evidenti ratione* & videbis, elumbem & inefficacem prorſus eſſe, quam Vir, aliàs doctus & aliis præoccupatus fundamentis *evidentem* putabat.

An Mendaciū ex ſe & intrinſecè peccatum ſit?

Porrò ratio quam evidentem dicit, hæc eſt. [Quod eſt ſecundum ſe malum ex genere, id nullo modo poteſt fieri bonum & licitum: quod enim aliquid bonū ſit, requiritur ut ad id omnia rectè incurrant. *Bonum enim ex integra cauſa, malum verò ex ſingulis defectibus*, ut Dionyſius dicit *cap.4. de Divinis Nominibus*. Mendacium autem eſt malum ex genere; quia eſt actus per ſe inordinatus, & perverſus, & ordini naturæ, Deique contrarius: cum enim voces naturaliter ſint ſigna eorum, quæ ſunt in intellectu, contra naturæ ordinem eſt, ut aliquis voce ſignificet id, quod non habet in mente, immò cujus contrarium habet in animo. Vnde & Ariſtoteles *in 4. Ethic.* ait, *Omne Mendacium eſſe per ſe pravum & fugiendum*. Omne igitur mendacium eſt peccatum, ſicut etiam Auguſtinus aſſerit *in libro contra Mendacium*. Mendacium itaque ſecundum intrinſecam rationem continet naturalem quandam obliquitatē, & deformitatem, & pervertit ordinem naturæ ac Dei. Verba enim data ſunt homini, & in eum finem inſtituta, ut per ea quod ipſe incluſum & occultum habet in animo, aperiat & declaret aliis: non enim alia eſt via, qua poſſit animus & voluntas unius hominis, niſi per verba notificari aliis hominibus; ſine quibus unus homo non eſt aliis hominibus intelligibilis. In mendacio autem verba ſignificant contrarium ejus, quod eſt in animo. Si magnam habet deformitatem diſcrepantia, & ut ita loquar incongruentia membrorum humani corporis inter ſe vel cum toto corpore: quanto inſignior deformitas exiſtimari debet cum lingua; principale ac maximè neceſſarium hominis membrorum diſcrepat ab animo & oratio contraria eſt rationi?] Sic ille.

An univerſim admittendum ſit illud Axioma, Bonum eſt ex integra cauſa, & malum ex quocunque defectu.

Cur inventæ ſint voces?

An naturalem ordinem Mendacia invertant?

Crites.

Sed concluſionem aliàs veram & indubitatam, inquam ego, non bene Pererius perſuadet. Vide, quæ inferiùs dicentur.

D. Caroli Malleti Reſolutio.

VEram etiam ſententiam amplectitur D. Carolus Malletus, Ciſtercio-Fulienſis Religioſus, in libro, quem *Aurum Moralis Theologiæ* inſcribi voluit, quoniam *tom.2. in dilucidatione octavi præcepti Decalogi, malleat.71. bract.a. pag.457.b.* ſic ſcribit.

In quo ſita ſit malitia Mendacii?

[Reſpondetur, mentiri per ſe & intrinſecè eſſe malum, ita ut nullo caſu, ſeu nulla neceſſitate cohoneſtari ſeu licitum fieri poſſit. &c. *Primò*, Sciendum malitiam hujus peccati intrinſecam conſiſtere in abuſu ſignorum, quod illis utamur contra naturalem inſtitutionem & finem. Cum enim ſigna non ſint data, niſi ad exprimendum judicium mentis, utimur illis contra judicium mentis, ita ut ſit contradictio inter mentem & linguam, quod enim lingua affirmat, mens negat & quod mens negat, lingua affirmat; ideò per ſe turpe eſſet & vituperabile, ut in uno, eodemque homine inter interiora & exteriora ſit contradictio, cum exteriora debeant interioribus conformari. Itaque omne mendacium malum eſt, quia in eo eſt voluntas falſi, & contradictionis, qua contradicit quis ſuæ conſcientiæ. *Secundò*, quia regulariter in eo eſt voluntas deceptionis proximi. *Tertiò*, quia in eo eſt falſitas & repugnantia cum propria conſcientia. *Quartò*, quia eſt deceptivum proximi & violativum amicitiæ. &c.]

An interiori homini debeat exterior conformari?

An velit, qui mentitur decipere?

Sed neque hic Author radicem tangit Difficultatis: nam hæ quatuor rationes nihil prorſus evincunt, ut poſteà dicemus.

Illuſtriſſimi D. Acacii Reſolutio.

SVbſcribit præcedenti doctrinæ Illuſtriſs. D. Acacius Marchius de Velaſco *tom.1. reſol.323. nu.8. pag.636.a.* inquit enim. *De ninguna manera es licito mentir aunque ſea por algun fin honeſto, como por alcanzar un gran bien, o por evitar un gran mal proprio o ageno, o por conſervar la vida o hazienda: porque, como ſe dize en el Derecho*, Non ſunt facienda mala, ut eveniant bona, *y la mentira intrinſecamente es mala.*

cap. ſupereſt. de uſuris.

Mendacium *ibi* in Pernicioſum, Officioſum, & Iocoſum dividit cum communi ſententia.

Mendacii diviſio.

Dicit de Pernicioſo. *Pernicioſa es la* (mentira) *que ſe dize en daño del proximo. Eſta de ſuyo es peccado mortal, ſi es en materia grave, porque gravemente ſe oppone a la Charidad.* Et ut hujus peccati gravitatem clariùs nobis oſtenderet, *reſol.317. num.1. pag.623.a.* ſcripſerat. *S. Iſidoro* lib.

Quid Pernicioſi Mendacii nomine intelligatur?

Digitized by Google

3. de Summ. Bon. *dixo, que eſpecialmente offendia el Falſo Teſtimonio a tres; a Dios, al Proximo, y al Iuez: y S. Augaſtin* in Pſal. 26. verſ. 12. *añadio al quarto, que es al miſmo que le dize. A Dios, porque es uno de los mas graves peccados, y que mas aborrece de los que ſe cometten contra ſu Divina Mageſtad. Al Proximo, por el daño que ſe haze. Al Iuez porque tuerze la Iuſticia, haziendole condenar al innocente. Y aſſi miſmo, la uno por la macula que pone en ſu alma, y la pena eterna a que la condena: lo otro por la infamia, en que incorre, y los trabajos que lluevẽ ſobre ſu cabeza; porque como dize el Santo, de ordinario ordena Dios las coſas de manera, que tarde o temprano ſe deſcubra la verdad, y paguen los Falſarios la pena del talion, quedando infames para con los hombres, y condenados y caſtigados en el cuerpo, y mucho mas en el Alma por la Iuſticia de Dios.*

Contra quot, & quos illud fiat?

Veritas tandem aliquando innoteſcit.

De Officioſo *pag.* 636 *a.* hæc habet. *Officioſa es la* (mentira) *que ſe dize en favor y provecho proprio, o ageno, ſin daño de tercero.* &c. Nota hæc ultima verba: quod enim tibi aut alii prodeſt, ſi alicui noceat, perniciuſum, & non officioſum peccatum eſt.

Quid Mendacium Officioſũ, & quid Iocoſũ ſit?

Et de Iocoſo. *Iocoſa es la* (mentira) *que ſe dize ſin daño de nadie, por entretenimiẽto y guſto.* Et conſultò poſuit illud *ſin daño de nadie*: enim joci interdum moleſti & graves, quos ideò Hiſpanus *Burlas peſſadas* vocat, & eò promoventur, ut ſint qui dicant, *Por un buen dicho perder un amigo*, nimirum, ob dicterium opportuno tempore ingenioſè prolatum tantam eruditionis gloriam apud doctos adquiri, ut jacturæ præponderet, quæ ex unius amici offenſione reſultet.

Quid Burlas peſſadas apud Hiſpanos ſint?

Et agens de Officioſo & merè Iocoſo ſubjungit. *Eſtas* (mentiras) *de ſuyo no exceden de venial, porque no ſe opponen gravemente a la Charidad.* An ſibi contradicit paragrapho ſequenti ſeribens, *Hemos dicho, que la mentira incluye animo de engañar: pero no por eſſo lo ſon. &c. las que ſe dizen por gracia o donayre, por divertimiento y para mover a riſa: y aſsi es muy differente dezir una coſa como falſa, o como mentira.* An-ne à peccati labe Mendacium Officioſum excuſat?

An ſit ſemper peccatum?

An ſibi Acaerus contradecat?

Non eſt cur plures Doctores producamus, omnes enim, qui extra Bernardi & Scoti Scholam ſcribunt citatos ſequuntur, & eodem prorſus modo philoſophantur.

Proponuntur Concluſiones nonnullæ.

HIS Præmiſſis juxta doctrinam noſtrã quam D. Bernardus & tota Scoti Schola tuetur, aliqua Aſſerta proponamus. Sit

Primum. *Malitia eſt duplex: Philoſophica, & Theologica.* Illa eſt deordinatio rerum intrinſeca, hæc extrinſeca legis violatio. Ergo ab omni lege Divina præſcindendo datur malitia Philoſophica. At quoniam Malitia Theologica, eſt inobedientia, ſi Deus nihil juſſiſset, nulla inobedientia committeretur; ergo nihil eſset malum Theologicè. Porrò peccatum S. Ambroſius apud S. Thomam 1. 2. *q.* 109. *ar.* 4. in inobedientia conſtituit; ſcribit enim *Peccatum eſt prævaricatio legis Divinæ, & Cæleſtium inobedientia præceptorum.* Et apud eumdum S. Thomam 1. 2. *qu.* 71. *art.* 6. & *qu.* 76. *art.* 1. Mediolanenſi conſonat Hipponenſis Epiſcopus, inquit enim. *Peccatum eſt factum, dictum, aut concupitum contra legem æternam.* Vnde S. Bernardus *libell. de præcept. & diſpenſ.* pronunciat, *Peccatum leve, eſse quamdam levem inobedientiã.* His poſitis hunc formo brevem Analogiſmum. [*Peccatum eſt Divinæ Legis prævaricatio*, ut dicebat Ambroſius. Et Apoſtolus *cap.* 4. 15. ad Romanos, ſcribit. ȣ̓ γὰρ ȣ̓κ ἔςι νόμος, ȣ̓δὲ παράβασις, *Vbi non eſt lex, nec eſt prævaricatio.* Ergo, ſi nulla eſſet lex, nullum eſſet peccatum.] Ergo vera eſt illa Theſis, quæ ſub P. Antonio ab Oudenhoven Lovanii ann. 1643. in Generalibus Patrum Franciſcanorum Comitiis propugnabatur: videlicet, *Etſi verò implices hominem cum uſu liberi arbitrii creari, quin etiam præfixam ſibi habeat legem Naturalem, ſi tamen per impoſsibile Deus non præcepiſſet ea, quæ ſunt Legis Naturalis, nullum committeretur peccatum in materia talis Legis, licèt ſciret quis* (& nota id bene) *ſe agere contra Naturalem Honeſtatem.* Vide Theologiam noſtram Fundamentalẽ *fund.* 12. & lege attentè P. Ludovici Cannei Cenſuram, quam in fine ejuſdem fund. reperies.

De Malitia Philoſophica & Theologica.

Peccatum Theologicum eſt inobedientia.

Si Deus nihil præcepiſſet, Theologica peccata non eſſent: at eſſent Philoſophica.

Secundum. *Omnes leges ſecundæ Tabulæ latæ ſunt liberè.* Oſtenditur: quia potuit illas Deus non ferre, & poteſt in eis diſpenſare. Immo in aliquibus de facto diſpenſavit: Licet enim argumenta, quæ ex Abrahami parricidio & furto commiſſo in exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro &c. formantur, probabiliter ab Adverſariis diſſolvantur: illud, quod in Oſeæ fornicatione fundatur, ſolutionem opportunam non habet: & D. Io. Chryſoſtomus ſicut jam vidimus in Mendacio Deum cum Iacobo diſpenſaſſe aſſeverat.

An in Decalogo poſſit Deus diſpenſare?

An & aliquando diſpenſaverit?

Tertium. *Si poſteriorem Tabulam non tuliſſet Deus, Mendacia eſſent mala philoſophicè ut nunc, nulla autem malitia Theologica macularentur.* Conſtat ex præcedentibus.

Quæſtiones facti raro poſſunt à ratione decidi.

Quar-

Digitized by Google

Quartum. *An Deus inhibuerit aut non inhibuerit Mendacia, eſt Quaſtio facti: non ergo rationibus poteſt, ſed debet teſtimoniis probari.* Oſtenditur: nam, quæ pendent à libera voluntate Operantis, rationibus probari non ſolent.

Conſtat ex Sacra Scriptura clariſſimè omne fuiſſe interdictum mendaciū,

Quintum. *Ex Sacra Scriptura certiſſimè & clariſſimè conſtat Deum omne inhibuiſſe Mendacium.* Ergo locos nonnullos proponamus. Levit. 19. *Non mentiemini, nec decipiat unuſquiſque proximum ſuum.* Et Domious noſter Ieſus-Chriſtus Ioann. 8. agens de Diabolo ait, *Mendax eſt, & pater Mendacii*; quo reſpiciens primæ Epiſt. ſecundo ſcribit, *Omne mendacium non eſt ex veritate*, hoc eſt, *ex Deo*. Et in ipſomet Decalogo, qui Divinas leges Exod. 20. in Monte Sinai promulgatas complectitur, *Num.* 8. dicitur, *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Et hanc ob rem commendatur & ſumma diligentia obſervatur à Viris Sanctis & modeſtis Veracitas.

Mendacium diſplicere Deo ex Iobo,

Nam Iob, quooiam Vir ſimplex & rectus erat, omnia Mendacia exſecrabatur; & ita quidem ut c. 26. dixerit, *Donec ſuperfuerit halitus in me & ſpiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.* Et cap. 24. *Quis me poteſt arguere eſſe mentitum, & ponere ante Deum verba mea?* Iobi ſinceritatem imitatus fuit David: dicebat enim, pſal. 118. *Non auferas de ore meo verbum Veritatis uſquequaque.* Et pſalm. 5. *Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Et Salomon proverb. 30. *Verbum mendacii longe fac à me.* Et dixerat proverb. 12. *Abominatio eſt Domino labia mendacia.* Et in epiſt. ſuæ cap. 3 S. Iacobus, *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir*, Vnde in cap. 14. Apocalypſeos, inter alias laudes, quibus illa centum quadraginta quatuor millia Virginum condecorantur, hæc in ſpecie recenſentur, *Virgines enim ſunt & in ore eorum non eſt inventum mendacium, ſine macula enim ſunt ante thronum Dei.* Ergo mendacium maculat, nam id importat illud *enim*. Et ideò ad Epheſ. 4. S. Paulus ſcribit. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo.*

Propheta Rege,

Salomone,

S. Iacobo,

S. Ioanne,

Paulo, & aliis demonſtratur.

Et ab Innocentio III. Pontifice Maximo aſſeritur.

Hos locos bene perpendens & conſiderans Innocentius III. *tit. de Vſuris c.* 4. lumine Divino perfuſus ait. *Cum uſurarum crimen utriuſque Teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper eo diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus. Etenim cum Scriptura Sacra prohibeat etiam pro alterius vita mentiri, multò magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captivi uſurarum crimine involvatur.*

De Xenocrate,

Trajano,

& Abbate Theone.

Multi fuerunt in mundo ob Virtutem Veracitatis celebres. Nam Xenocrati, diſcipulo Platonis, ſic decreto publico ſtatuente Republica injurato Athenis credebatur. Trajanum etiam ita à Veracitate commendant, ut non deſint Theologi, qui cum illum ex inferno fuiſſe extractum affirmant, hanc Virtutem velut occaſionem conſiderent. Et in Veterum Patrum memoriis Theonem Abbatem reperimus, qui nunquam mentitus fuiſſe dicitur, etſi plurimos Monachos regeret. Habet igitur Chriſtiana Politica Canones, qui modum docent, quo ſine Mendacii ullius admiſſione ſuperior, ut omnes lucraretur Deo, ſe ſingulorum ingenio poſſit attemperare.

Concluſionum Concluſio.

Ergo colligendo omnia, ſit nobis Concluſionum Concluſio. *Omne Mendacium eſt peccatum.* Et ſit hujus Concluſionis clara, facilis & brevis Demonſtratio. *Facere, quod Deus inhibuit eſt peccatum. Sed omne inhibet mendacium Deus. Ergo omne mendacium eſt peccatum.*

SVpereſt, ut Pererio, Malleto, & Acacio, quos noſtram, & veram concluſionem malè probare diximus, reſpondeamus.

Reſponſurus itaque ad rationem à Pererio propoſitam, relegam ejus verba, & aliquas Poſitiones examinabo.

Theologica Mendacii malitia, non poteſt ratione pura à ſcriptura præſcindendo, probari.

Ait ille *Concluditur evidenti ratione.* Et ego nego dari evidentiam, in re, quæ præſcindendo ab Orthodoxa Fide à doctiſſimis Viris negatur: Mendacium enim eſſe peccatum & fugiendum certum eſt: at hoc evidenti ratione probari, falſum eſt; conſtat enim ex Sacra Scriptura, nam conſiſtit, ut dicebamus, in Quæſtione de facto.

Datur Bonum adæquatum, & inadæquatum.

Illa Aſſertio, *Quod eſt ſecundum ſe malū ex genere, id nullo modo poteſt eſſe bonū & licitum.* Indiget diſtinctione. Agamus igitur priùs de bono, & poſtea de licito agemus. Dico igitur Primò, illud, quod ſecundum ſe & extrinſecè eſt malum philoſophicè, non poſſe fieri bonum philoſophicè: quam ob rem ignorantia, quæ intrinſecè malitia philoſophica inficitur, nunquam poterit intrinſecam habere bonitatem; poterit autem adquirere extrinſecam, nam multa ignorantur utiliter, ſæpè enim ignorantia ad bonos fines ordinatur. Dico ſecundò, in peccatis à Tabula ſecunda interdictis malitiam Theologicam non eſſe intrinſecam, nam ex Divinæ Legis violatione reſultat. Dico Tertiò, quæ Philoſophicam malitiam habent, ſi divinitùs non interdicantur, erunt theologicè indifferentia: mala, ſi interdicantur: bona, ſi per impoſſibile imperentur.

Voces Græcæ, quibus Dionyſius utitur, exponuntur.

Illa autem *Bonum ex integra cauſa, malum autem ex ſingulis defectibus*, ut ut inconſideratè admittatur, ita debet intelligi, ut æquivaleat huic. *Bonum totale ex integra cauſa & malum partiale ex quocumque defectu*, dari enim bona partialia certum eſt. Et ideò *epiſt.* 8. Plato nomen Πανάγαθος invenit, quo *Virum omninò bonum* exprimeret, & ab ἀγαθῷ, *quomodocumq; ſancto* diſtingueret; ſimile eſt huic nomen Παναγὴς, *omninò & totaliter ſanctus*, quo fuit uſus Heſychius. Et quia Dionyſium perducebat Pererius, oſtendam illum malè citari, quoniam Eloquentiſſimus Areopagita Πανάγαθον, *totaliter bonum* cognoſcit *cap.*3. *de Divin. nominib.* §. 1. Et Παναγιώτατον, *totaliter ſantiſſimum habet cap.*4. *de Eccleſ. Hierarch.* P.4. §. 11. Et Πανεύφημον, *omni laude dignum* reperio *de Cæleſis Hierarch. cap.*7. §.4. Quando ergo Sanctus Pater præter aliorum morem componit hujuſcemodi nomina, ſatis clarè fatetur, eſſe aliquos, ex parte bonos, ex parte ſanctos & ex parte laudabiles, ſuo Magiſtro Gentium Concionatori conſonans, non enim ſi Corinthii totaliter boni & ſancti & laudabiles eſſent, dixiſſet, *Laudo vos, in hoc non laudo*.

Ἀγαθός. Πανάγαθος Παναγὴς

Παναγιώτατος. Πανεύφημις.

1. Corinth. 11. 22.

An Pererius probet malitiã, adhuc Philoſophicam, in Mẽdacio eſſe intrinſecam?

Deſtruit potiùs, quàm probat intrinſecam ineſſe Mendacio malitiam Pererius, quando ait, *Verba data ſunt homini, & in eum finem inſtituta, ut per ea quod ipſe inclusum & occultum habet in animo, aperiat & declaret aliis*, nam ex illis ſic inquã. Ergo, qui mentitur, ideò peccat, quia ſe opponit inventioni & inſtitutioni verborum inventio. At hæc verborum inventio, & inſtitutio eſt iis extrinſeca. Ergo mendacii malitia etiam philoſophica eſt extrinſeca.

An ſit peccatũ uti rebus contra finem, ob quem ſunt inſtituta?

Præterea. *Petrus utitur verbis contra finem ob quem ſunt inſtituta. Ergo peccat Theologicè*; non eſt bona conſequentia. Nam calcei inventi & inſtituti ſunt, ut tegantur pedes, chirothecæ ut manus, pileus ut caput: & tamen Titius ſi indueeret in calceos manus, & in chirothecas pedes; & ſi plicato pileo muniret ſtomachum, nõ peccaret in Deum. Et hanc ob rem loco Propoſitionis præmiſſæ à Pererio, ſubſtituo hanc, *Verba inſtituta ſunt ut internos mentis & voluntatis actus homo ſignificaret; & illi juſſit Deus, ne mentiretur*; nulla enim in Mendacio poteſt Theologica malitia inveniri, ſi a Præcepto Divino præſcindam

An adhuc diſtinguenda ſit Humana à Divina Inſtitutio?

Denique, ſi condonemus eſſe malum uti rebus contra finem ad quem ſunt inſtitutæ, adhuc nihil perſuadebit Pererius, quoniam inſtitutio eſt duplex, videlicet Divina & Humana. Ergo, ſi ſit malum & peccatum Theologicum uti rebus contra inſtitutionem Divinam erit malum & peccatum Politicum uti illis contra inſtitutionem Humanam. At verborum inſtitutio Humana eſt, non Divina. Ergo illis abuti contra inſtitutionem, Politicum & non Theologicum, erit peccatum. Quod autem voces humanitùs ſint inſtitutæ, eſt manifeſtum; quoniam ad placitum (hoc eſt non divinitùs, nec naturaliter, ſed humanitùs) illas ſignificare certum eſt.

Vocum Inſtitutio eſt humana.

TRanſeo ad Malletum, & quia quo ſenſu Mendacium ſit intrinſecè malum, & quo extrinſecè jam expoſui, non eſt cur de hoc iterum diſſeramus.

An naturalis ſit inſtitutio verborum?

Verba illa, *contra naturalem inſtitutionem & finem*, non intelligo: non enim verborum inſtitutio & ſignificatio eſt naturalis, ſed arbitraria & ab hominum voluntate dependens.

Quatuor rationibus utitur, quæ præter Philoſophicam malitiam nihil probant.

Cur Mendaciũ peccatum ſit?

Prima erat. [Quia in eo eſt voluntas falſi & contradictionis, qua contradicit quis ſuæ conſcientiæ. Ergo Mendacium eſt peccatum.] Reſpondeo concedendo Antecedens, & Conſequens; & negando Conſequentiam. Quoniam illa Propoſitio, quæ infertur, eſt vera, non autem ejus veritas ab illo antecedenti derivatur, ſed ab interdictione Divina. Nam, ſi Deus in octavo Decalogi Præcepto diſpenſaret, maneret verum Antecedens, & Conſequens Veritate careret.

Si adverbium regulariter ponatur in Antecedente, jubet Dialectica, ut loco ipſius non ponatur ſemper in Concluſione.

Secunda erat. [In Mendacio eſt regulariter voluntas decipiendi proximum. At ubi talis invenitur voluntas, ſemper reperitur peccatum. Ergo in Mendacio reperitur peccatum.] Ego autem ad eam reſpondeo Primò, illud *regulariter*, quod in Majori ponebatur, debere exprimi in Concluſione, ita ut illa ſit, [Ergo regulariter loquendo in Mendacio reperitur peccatum.] Ex qua liceat inſerre, [Ergo in Mendacio aliquando non reperitur peccatum] quæ eſt hæretica. Non ergo ille bene ratiocinatur. Reſpondeo ſecundò, illud *regulariter* eſse delendum, nam in omni mendacio voluntas decipiendi invenitur, ut alibi contra Poncium oſtendo. Reſpondeo tertiò, voluntatem decipiendi proximum, ſi divinitùs interdicta non eſset, non eſse malam Theologicè, neque peccaminoſam.

Non cauſa pro Cauſa.

Erat Tertia. [Mendacium eſt peccatũ, quia eſt falſitas & repugnantia cum propria conſcientia.] Et reſpondeo, ſemper Malletum pro cauſa ponere, quod non eſt cauſa.

Erat Quarta. [Mendacium eſt peccatum, quia eſt deceptivum proximi, & violativum

ami-

Deſpero proximum ſemper eſſe malum philoſophicè, at non eſſe malum Theologicè, ſi divinitùs non interdiceretur.

amicitiæ.) Et reſpondeo eodem hanc rationem morbo, quo præcedentes laborare; nam veniendo ad rationem, ob quam Mendacium eſt Theologicè malum, hoc breve formatur argumentum.

Ratio vera, ob quam Mendacium eſt peccatum.

Eſt malum theologicè & peccatum quidquid fit contra legem Divinam.

At Mendacium eſt lege Divina interdictum & contra illum committitur.

Ergo Mendacium eſt malum theologicè, & peccatum.

RECognoſcamus etiam Illuſtriſsimi D. Acacii Marchii, Optimi Domini & Amici mei, verba; nam Pererio & Malleto Vir doctiſſimus conſonat.

An, & cur illicitum Mendacium ſit?

Dicebat, *De ninguna manera es licito mentir.* &c. Et poſita interdictione Divina, ſunt hæc verba veriſſima, falſa autem ab interdictione Divina præſcindendo; quam ob rem, ſi per impoſſibile Deus, aut octavam Decalogi legem non ſanxiſſet, aut in ea diſpenſaret, Mendacium ſuam philoſophicam retineret malitiam, careret autem Theologica labe peccati.

An Mendacium ſit intrinſecè malum?

Illa Propoſitio, *La mentira es intrinſecamente mala.* Eſt vera, ſi agatur de Philoſophica malitia, juxta ea quæ diximus ſuperiùs; ſi autem de Theologica, eſt falſa; hæc enim extrinſeca & variabilis eſt.

Mendacii diviſio.

Diviſio illa Mendacii in Pernicioſum, Officioſum & Iocoſum, quam adducit, eſt communis & vera; & à nobis ſuperiùs dilucidata.

An, qui in judicio peccat, tria peccata committat?

Vera illa ſunt, quæ ex Iſidoro de Mendacio Pernitioſo nos docet, Ejus verba, quæ Hiſpanicè reddidit Acacius, in Originali ſunt hæc. *Teſtis falſidicus tribus eſt perſonis obnoxius; primò Deo, quem pejerando contemnit; conſequenter Iudici, quem mentiendo fallit; poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit.* Et videtur legiſſe Senecam qui *in Proverb*, ſic ſcribit. *Teſtimonium, qui ferre non vult, in Iudicium trahatur. Si fert teſtimonium, ferat. Si noluerit & neſcire dicat, tres Deos, Iovem, Apollinem, & Themidem jurat ſe neſcire, & ſic de Iudicio diſcedat.* Iſidorus profectò cohæret Senecæ, & tota differentia in eo eſt, quod Chriſtianè reſcripſerit, quod ille præſcripſerat Ethnicè. In Iovem peccat, inquit Seneca, qui falſum teſtimonium perhibet. Deum loco Iovis Iſidorus ſubſtituit; nam Gentilibus erat Iupiter Supremus Deus, unde apud Virgilium Iovem affatur Venus, aitque

An Seneca, Iſidorus conſentiant? An, quæ ille dixerat Ethnicè, hic reponat Chriſtianè?

Iupiter apud Gentiles ſummus Deus.

O Pater, o hominum Divumq; æterna Poteſtas.

In Apollinem peccat teſtis improbus, ut inquit Seneca; in Iudicem, ut Iſidoro placet; nam ſub Apollinis præſidio Iuriſprudentia, & Senatores in Republica manutenebantur, unde Satyr. 1. Iuvenalis,

Sportula, deinde forum, Iuriſq; peritus Apollo.

Apollo Deus Iuriſprudentiæ.

Et quia in Tribunalia tenduot, ut Veritas inveſtigetur, Apollo Tribunalium Præſes *Veridicus* nominabatur. Seneca *Tenetque Regem famula Veridici Dei*, Peccat denique in innocentem iniquus teſtis; in Themidem dicebat Seneca; nam hoc nomine innocentia olim ſignificabatur. Θέμις Græcè *Fas* dicitur; Dea putabatur, quæ cuſtodiret innocentes; eos, qui faciebant, quod fas; & non niſi licitum & fas à Diis peterent.

Themis Dea innocentiæ.

An in ſeipſum, qui mentitur, delinquat?

Præter hos tres (Deum, Iudicè & Innocentem) etiam teſte Auguſtino in ſe ipſum ψευδόμαρτυρ delinquit, ut bene dicit, & exponit Acacius.

Quæ dicit de Officioſo Mendacio vera ſunt, nec majori indigent expoſitione.

Mendacia jocoſa ſemper peccata ſunt; at non ſemper verum mendacium invenitur in jocis.

Etiam admitto, quæ de Iocoſo ſubjicit, An ſemper eſt illud peccatum? Verba jocoſa, etſi nemini noceant, ſi mendacium contineant, ſemper peccata ſunt: at non ſemper illud continent; unde quia Acacius non exactè ſe expoſuit, verba illius altero tantiſper, & ſic inquam, *Hemos dicho, que la mentira incluye animo de engañar. Y aſſi por eſſo no lo ſon las palabras, que ſe dicen por gracia y donayre, por divertimiento y para mover a riſa (ſin animo de engañar a nadie) porque es muy differente dezir una coſa falſa como falſa, o decirla como verdadera; porque en eſte caſo, y no en el otro, ſe dize la mentira.* Et hanc ob rem Fabulæ Æſopi non ſunt mendacia: ſunt enim narrationes falſæ, quæ non recenſentur ut veræ: nec enim Æſopo unquam fuit animus perſuadere lectoribus colloqui animantes inter ſe; ſed his colloquiis uti voluit, ut hypotheſibus, ex quibus multa & pulchra Moralia Monita deducerentur. Ergo à fortiori Mendacii labe immunes ſunt Parabolæ, Comœdiæ, & Novellæ, quæ ſolent à Chriſtianis componi.

An Æſopi fabulæ, & aliorum Parabolæ, aut Novellæ, quas vocant, ſint Mendacia?

SECTIO. VI.

Diſcutiuntur Veterum Rationes & Authoritates, quæ Sect. III. ponebantur.

De Veterum Philoſophorum Ethica.

NON ſolum Parthi & Perſæ, ſed etiā Ægypti, Græci, Scythæ, & Romani ante Chriſtum Ethices Orthodoxæ vix ullam cognitionem habebant. Sub illud .n. tempus tota Moralis Theologia claudebatur hoc Diſticho,

Iuſtum, quod volumus; ſtat morum Regula luxrum.

Pro

Pro Ratione homines dirigit Vtilitas.

Quiſnam primus diſputavit de Moribus.

Primus, qui publicè & ad præſcriptos Canones de Moribus diſſeruit, fuit Socrates: cujus poſtea Diſcipuli, diluſi affectibus, Ethicam obtorſere ad Politicam; honeſtum confundentes cum utili. Perennat etiamnum in multis Regum Aulis ipſa, apud quos armorum & expeditionum Iuſtitiam Vtilitas ſola metitur. Ipſa etiam (quod mirabile dictu) irrepſit in aliqua Religioſorum Aſceteria, aut ſaltem in aliquos illorum Monachos; quos D. Benedictus *in Sanctæ Regulæ cap.* 1. his coloribus pingit.

Moralis Aulicorum Theologia.

Tertium verò Monachorum teterrimum genus, eſt Sarabaitarum, qui nulla Regula approbati, aut experientia Magiſtri ſicut aurum fornatis, ſed in plumbi naturam molliti adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini aut terni, aut certè ſinguli, ſine Paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ovilibus, pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, cum quidque putaverint aut elegerint, hoc dicunt ſanctum & quod noluerint, putant non licere. Hi ſunt, qui verbo & exemplo concionantur in triviis exclamantq;

Se inſinuat in Monachorum Clauſtra.

O Cives! Cives quærenda pecunia primū eſt:
Virtus poſt nummos.

Et etiam communicatur Civibus.

nam congerere multos, ſummā, aut etiam unicam eſſe virtutem aſſeverant: Deoſque aſſerunt ob lucrum ab avaritia fictos: quod ſi negare audeas, in te ſtatim conſiliunt & ingeminant,

Tolle lucrum, nec erunt aræ, nec Iuppiter ullus.

Et hæc erat Moralis Theologia, quam à Perſiæ Regibus, avis ſuis, Darius (*) in pueritia didicerat, & ad poſteros ſuos tranſmittebat.

*) *Darius* habet penultimā longam, & circumflexam, quoniam Græce eſt Δαρεῖος.

Moralis ergo Bonitas ſeu Honeſtas, ad Darii mentem, eſt Vtilitas; & Malitia inutilitas: & Humani omnes actus ab utilitate & Inutilitate præciſi, ſunt indifferentes. Erit igitur Veracitas mala, ſi noceat; & bona Mendacia, ſi proſint.

Darii Ethica, qualis?

Hanc doctrinam, ut ait Dominus Vera, amplectuntur Politici, qui non tolerabile tantum, ſed & laudabile mendacium aſſerunt, ſi adhibeatur ut medium ad fines glorioſos conſequendos. Et id diverſis rationibus conabantur oſtendere, quarum hæc eſt præcipua.

An admittatur à politicis?

Politicorum Argumentum.

Non eſt dicendus Deus (ſeu Suprema Natura) in neceſſariis defeciſſe, aliàs enim, vel eſſet ignorans, aut impotens. Ignorans, ſi neſciret, quibus unaquæque res indigeret, ut conſervaretur: vel eſſet impotens, ſi de rebus, quas eſſe neceſſarias cognoſceret, creaturis ſuis providere non poſſet.

Natura (Deus) nec deficit in neceſſariis, nec abundat in ſuperfluis.

Ergo ſicut Homini Reali conceſſit cibos Deus, quorum uſu conſervaretur: etiā (*) Morali Homini (Perſiæ Regno videlicet) ut ſoſpes incolumis conſervaretur, media neceſſaria conceſſit.

*) Sicut de Corpore Reali, ſic de Myſtico philoſophandum eſt.

At ſoſpes & incolumis conſervari non poterit, niſi ejuſdem Rectoribus (Principi, & Proceribus, qui vel in Senatu manent, aut ad cæteros Reges leguntur) mentiri liceat.

An Reſpublica poſſit ſine mendaciis conſervari?

Principibus ergo (Regibus, Conſiliariis, Legatis &c.) ut licitè mentiantur, Deus indulſit.

Probatur minor. Nam, cum univerſi provinciarum adjacentium Reguli ſint verſipelles, & ſuorum Principatuum negotia ſimulatione, & diſſimulatione promoveant, ſi Darius velit eſſe ſincerus, & ſine fuco & dolo Veritatem proferre, Perſiæ ſecreta innoteſcerent hoſtibus, & inæqualibus armis ad aciem & arenam deſcenderet.

Quales pleriq; Reguli ſint?

Ergo Principi, cui præcipitur agere cum ſinceris ſincerè, ut technas technis, artes artibus, fallacias fallaciis, & mendaciis alia mendacia opponat, proculdubio conceditur.

An Sinceritas nociva ſit?

Assero nihilominus, argumentum pro Dario conformatum, nihil prorſus evincere. Nam Bonum in Honeſtum, Vtile, & Delectabile ab univerſis diſtribuitur, adeoque diminutè procedunt, ſiqui præter Vtilitatem aliā Bonitatem in actibus humanis non cognoſcunt. Et veniens ad Rationem in forma, illud Antecedens, *Non eſt dicendus Deus*, &c. & illud Conſequens, *Ergo, ſicut homini.* &c. abſolutè concedo. Nego autem Minorem ſubſumptam: videlicet, *At ſoſpes & incolumis.* &c. Ad ejus probationem fateor Principes & Legatos ſæpe cum improbis & verſipellibus agere, nego tamen indigere mendaciis; nam Simulatio & Diſſimulatio ſufficiunt: illa enim quamdiu intra Primæ Mentis Operationis terminos & cancellos ſe continet, à mendacio eſt immunis; & hæc in ſilentio conſiſtit, aliud enim eſt veritatem tacere, & aliud falſitatem dicere.

Reſpondetur præcedenti Argumento.

Quomodo poſſit cum improbis Vir probus agere, quin Sinceritati deficiat?

Pergo vlterivs, & Platonis Opinionem conſidero: eſt enim latum inter Darium & Platonem diſcrimen. Ille enim docet Veritatem & Falſitatem eſſe res ancipites & indifferentes, & ab Vtilitate Moralitatem (Bonitatem & Honeſtatem) indipiſci. Hic autem mendacium malum eſſe fatetur, illud autem Axioma, quod certum eſt, videlicet, *E duobus malis minus eſt eligendum*, malè intelligens, aſſeruit poſſe rem minùs malam hominem facere, ut rem magis malam impediat: Et à paritate hanc opinionem promovens, poſſe rem malam facere ut magnum aliquod bonum obtineat. Il-

An Darii Ethica à Platonica differat?

De illo Axiomate, E duobus malis minus eſt eligendum. *An in ſenſu activo ſit verum?*

An ſaltem in ſenſu paſſivo?

Illud profectò Axioma, *E duobus malis minus eſt eligendum*, biſariam intelligi poteſt: nimirùm activè, & paſſivè. Hæreticum eſt, ſi activè ſumatur; paſſivè autem ſumptum, ſi de neceſſitatis caſu intelligatur, eſt Catholicum. Pono exemplum, quod exhibeat ob oculos activè ſumpti Axiomatis iniquitatem. Iubet Tyrannus tibi ut occidas aut vulneres ſaltem Aurelium. Non potes ſic diſcurrere, è duobus malis minus eſt eligendum. At minus peccatum eſt vulnerare, quàm occidere. Aurelium igitur vulnerabo. At reſpondere debere, non eſse legitimum Dilemma: nam inter vulnerare & occidere datur medium: hoc eſt neutrum facere. Et hoc debes eligere: adeoque illum nec vulnerare, nec occidere. Addo aliud exemplum, ut conſtet eſse Orthodoxum Axioma illud, ſi paſſivè ſumatur. Invadit Latro in Hiſpania Sēphronium & ait, *La bolſa o la vida.* Aut conſigna pecunias, aut te occidam. Ergo in caſu Semphronio eſt neceſſarium ſpoliari aut occidi. Et quia medium non datur, eligit pati minus malum, ne majus pati debeat.

Peccat in Dialectica leges Dilemma, ſi habuerit medium.

Ad Euſebii authoritatem aſſero, illum temerè adhæſiſſe Platoni; nihil enim in tota Scriptura invenitur, quod faveat errori Platonico. Verba enim, quæ producit, abſunt longè à mendacio. Et, ut id manifeſtè videas, adnotato, Sacræ Paginæ verba, trifariam poſſe accipi & dilucidari: videlicet, Grammaticè, Theologicè, & Ethicè. Nam in illis Grammaticus crudam verborum ſignificationem perpendit; Theologus conſiderat externos Divinæ Voluntatis effectus, & quia ab illis ut à ſignis ad ejuſdem cognitionem perducitur, eamdem ab effectibus denominatam appellat *Voluntatem ſigni.* Et quia Virtualitates & Moralitates Ethicus meditator, pro ſuæ Scientiæ Fundamento conſtituit, *Ens virtuale eſt, quod realiter non eſt, quale dicitur, ex prudentum tamen hypotheſi, & conſideratione ita ſe habet, ac ſi quale dicitur eſſet.* Vnde Pater adoptivus, qui eſt Pater virtualis, ac civilis, non eſt realiter loquendo qualis dicitur, non enim realiter filium, quem adoptavit, genuit; ex prudentum tamen Legislatorum hypotheſi & conſideratione ita ſe habet, ac ſi qualis dicitur eſſet. Poſitis his Sacræ Scripturæ ſenſibus dicendum eſt, nullam reperiri in Teſtamento utroque lineam, quæ non ſit vera; nam eæ Propoſitiones, *Deum pœnituit*, *Deus dormit, Deus iraſcitur.* &c. (quidquid de illis Ethnici & Mahometani, quibus Deus eſt materialis, delirent) non ſunt dictæ in ſenſu Grammatico: in Theologico autem & Virtuali ſunt veræ: tametſi enim Deus pœnitentiæ, ſomni & iræ ſit incapax, ita interdum operatur ad extra, ac operaretur ſi pœnitentiæ, ſomni, aut iræ paſſionibus afficeretur.

An eum Platone erret Euſebius?

Triplex Modus interpretandi Sacram Paginā

In Deo, Voluntas ſigni, quæ?

Ethica Fundamentum.

Deum eſſe corporeum Saraceni & Gentiles delirant.

Respondeo ad authoritatem Origenis, me in Clariſſimo Viro ingenium & eruditionem ſuſpicere; non autem omnes doctrinas poſse amplecti; habuit enim paucos, Authores Catholicos, quos ſequeretur, & ideò, dum nimium Platoni confidit, in errores prolabitur.

Cur non ſit admittendus Origenes?

Ad Abbatis Ioſephi teſtimonium pronuncio eum cum Origene erraſse; & nego mendacium cum Helleboro bene componi: nec enim pro totius mundi ſalute vel minimum eſt committendum. Et, quia, ut Opinationem ſuam perſuadeat, ad Patriarchas recurrit, duas Aſsertiones, quas ſupponit, repono, perpendo & examino. Prima eſt, *Patriarchæ fuerunt aliquando mentiti.* Et ſecunda, *Patriarchæ aliquando ſumpſere patrocinium mendacii.* Et primam dico, non eſse neceſsariò admittendam, nam eorum verba ſi Grammaticè nequeant, illæſa veritate poterunt accipi Theologicè aut Ethicè; &, ſi in abſoluto ſenſu exorbitent, in reſtricto poterunt verificari: ut inferiùs fusè, & manifeſtè demonſtrabo. Addo eamdem non eſſe neceſſariò negandam, nam Patriarchæ Sanctiſſimi aliqua venialia commiſerunt; & nullum levius officioſo mendacio. Interim, quia Mendacium habet adnexum dedecus, ut Patriarchas, quos Sacræ honorant literæ, veneremur, eos fuiſſe aliquando mentitos, ne dicamus. Secundam autem Aſſertionem falſam eſſe pronuncio, nullibi enim Patriarchæ dicunt mendacium non eſſe peccatum.

An Mendaciū ſit helleboro ſimile?

An Patriarchæ fuerint aliquādo mentiti?

An docuerint eſſe honeſtum Mendacium?

Ad Cassiani ſententiam, quæ ſtatuebat, humanorum actuum bonitatem malitiamque à ſolo fine deſumi, reſpondeo, eſſe rem ſcitam inter Theologos præter finem, ipſum etiam objectum & alias circūſtantias, moralitates in actus humanos influere; quam ob rem Doctores, antequam aliquam Moralem Controverſiam decidant, has circumſtantias,

Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando?

meditantur. Iacobi autem hiſtoriam, ex qua ille argumentum deducit, alibi propono, & expendo.

Non à ſolo fine, ſed ab aliis etiā circumſtantiis Moralitates ſumuntur.

Ad D. Chrysostomi authoritatem reſpondeo, totum hunc librum agere de ſinceritate (hoc enim ipſum nomen *Haplotes* præ ſe fert) & hanc ob rem, me nolle Sancti Chryſoſtomi, aliàs Viri doctiſſimi, patrocinium adſumere contra dictamen. Nulla Pictura, ſi umbris careret, eſſet pulchra; & in Patrum Scriptis, ſiqui nœvi occurrant, præſtant, ut cætera eluceſcant magis.

An præſtet fateri hunc vel illum Patrem in aliqua materia erraviſſe, quàm ejus verba obtorquere, & invitum ad noſtram ſententiam pertrahere?

Digitized by Google

Nō ergo verba hic obtorquebn Chryſoſtomi,ut ſuadeam,illum veram propugnaſſe ſententiam;nam ſæpè emaculat Officioſum Mendacium. Negabo autem rotundè, ejus doctrinam eſſe veram. Fortè ſub illud tempus tolerabilis erat ſententia,quę Officioſum Mendacium à peccato excuſabat.

De Parricidio, & Homicidio. Quid illa ſint? Et quid importent,ſi judicialiter; & quid ſi ſumantur Grammaticè?

Ad illa ejuſdem Sancti verba, *Vide,ne & Abraham parricidam, & Phinees homicidam fuiſſe judices*; reſpondeo nomina *parricidium & homicidium* ſumi Grammaticè & Judicialiter: & addo parricidiū Grammaticè ſumptum eſſe occiſionem à patre, vel in patrem admiſſam: & homicidium etiam ſumptum Grammaticè eſſe cujuſcumque hominis occiſionem, & affirmo non carnifices ſolum, ſed & lupos eſſe verè homicidas. Subjungo, has eaſdem voces Iudicialiter ſumptas dicere formaliter criminoſitatem, non enim de hominis actibus, qui non ſunt criminoſi, in tribunali judicatur. Parricidium igitur Iudicialiter ſumptum (hoc eſt,criminoſum) non commiſiſſet Abrahamus, ſi Deo jubente filium ſacrificaſſet:nec criminoſum homicidium Phinees commiſit; nec Carnifices in Civitate, nec in campo lupi, ſi de criminoſo agatur,homicidium committunt.

An mentitus ſit Iacob? An mentiendo peccaverit?

Illa verba, *Conſidera,quod mendacia fuerint, quę dicebantur à Iacob*, ſatis ſunt clara, & expoſitione non indigent. Ergo-ne peccavit mendacia proferendo Iacob? Negat Diuus Chryſoſtomus. Sed cur? Reſpondet ille. *Volens Deus prædictionem impleri, omnia ut ſic fierent, diſpenſavit.* Et duo infers; alterum poſſe in Mendacio diſpenſare Deum: alterum Mendacium eſſe malum, aliàs enim non indigeret ulla diſpenſatione. Aſſero tamen, diſtingui debere ad mentem Sancti Patris hoc ſecundum: Nam in Officioſo Mendacio in ſententia Chryſoſtomi nemo indiget diſpenſatione; indiget in nocivo; & illud de quo diſſeris, nocivum erat, unde dixerat, *Quid criminoſius dolo atque mendacio, etiā in extraneum ne dicam in germanum fratrem commiſſo?*

An cum ille diſpenſaverit Deus in Octavo Præcepto Decalogi?

An poſſit in tota ſecunda Legis Tabula diſpenſare?

Præterea ex diſpenſatione in Mendacio, quam admittit Chryſoſtomus, infero in aliis Secundæ Tabulæ Præceptis Deus diſpenſare poſſe,quoniam magis neceſsariam in Mendacio malitiam, quàm in Homicidio reperimus: ſiquidem dantur circumſtantiæ, ſub quibus licitè quis poſſit occidere, cum tamen nulla detur, ſub qua ſciens & volens aliquis licitè mentiri poſſit.

Cur Diis Plato mentiendi nō concedat licentiam?

QVAESTIO denique illa, quæ ſecundo loco ponitur, *An Dii mentiri poſſint?* à Platone & ejus Aſseclis non fuit bene explorata. Eorum enim Schola,ut ex deciſione & ratione decid ndi colligitur, in Vtilitate ſupponit Moralem Bonitatem conſiſtere: Vnde infert, Deos non poſſe mentiri, nam illis ſunt inutilia mendacia:& diceret Deos mentiri poſſe, ſi illis ipſa aliquando prodeſſent. Vnde cum apud homines ſint ſæpè officioſa & utilia, illa inter homines (ſaltem Publicos qui Civitates regunt) tollerat, & collaudat.

An conceſſam Principibus, privatis hominibus bene negaverit?

Præterea, non ſervat conſequentiam Plato, cum homines in Publicos & Privatos diſtinguit: illiſque (Reipublicæ adminiſtratoribus) ſive agant cum exteris, ſive cum ſubditis,mentiendi facultatem indulget; non autem his, ſive cum æqualibus, ſive cum Superioribus agant. Si enim Bonitas in Vtilitate conſiſtit, quis negare audeat privatum interdum hominem concivi, interdum etiam Principi cum utilitate mentiri? Sanè Mechanici vix lucrarentur panem, niſi apertis ſe juvarent mendaciis.

De Architectis.

An eis mentiri liceat?

Quis enim domus vellet jacere fundamenta,ſi expenſarum magnitudinem veraciter Architectus prædiceret? & tranſeundo ad Liberales Artes, & doctrinam generalem ponendo,exponat nobis,quæſo,Plato,quiſnam vir prudens vellet in manus Tabellā Abecedariam (Hiſpanicè *la Cartilla* dicitur) ſumere, ſi quantos ſit labores exantlaturus, antequam ad Lauream perveniat, Magiſter religiosè explicaret?

An aliquis addiſcere literas vellet,ſi labores quos importans hac ſtudia, præſciret?

Plato igitur, ſi amabat Logicam,mentiendi facultatem, quam indulſit Principibus, debuit hominibus privatis concedere;aut,quam negabat his,illis etiam negare. Et quia his bene ipſam negabat, & illis malè concedebat, ſi rem maturius perpendiſſet, eamdem utriſque facultatem negaſſet.

Corrigitur Platonis opinatio.

An Pietas in Regum Aulis inveniatur?

VENIO tandem ad verſus illos, qui ex Lucano adducuntur; Scelerati & ſcandaloſi ſunt, & adulterinam quamdam Ethicen in Animos Mortalium inſtillant. Boni ab improbis vexantur, inquiunt, oportet igitur cum eis mentiri,ſœvire,& exorbitare. At hæc in Palatiis evenire reſpondeo: & ut morbo exitiali remedium tempeſtivum adhibeam, non ſolum illud Monitum,

—— Exeat Aula
Qui volet eſſe pius.

quod in eis lego,Palatinis inculco; ſed illis,qui nondum ad Officia promoti, in aurem muſso,

Qui velit eſſe pius, Procerum non intret in Aulas.

An præſtet in illas non ingredi?

eſt enim facilius ſub initium non ingredi, quàm poſteà exire, & ideò cum hanc Veritatem, paucis notam recogito, notos Virgilii numeros ad parœdiam reduco, & in me ſeductus ſic exclamo,

——Facilis progreſſus ad Aulam;

Sed

Sed revocare gradum, humataque tradere ab eſca.
Hoc opus, hic labor eſt: pauci quos æquus amavit
Iuppiter, aut ardens evexit ad ſydera Virtus
Diis geniti potuere Viri. &c.

Et conſultò in me ipſum ſeductus hæc ſcribo: nam ſpecialis ſubeſt ratio, ob quam mihi commendatiſſima ſit hæc doctrina; illam enim Summi Numinis providentia in meo ipſo reperio nomine: quoniam hujus

Curioſū Anagramma.

IOANNES CARAMVEL
10.4.12.11.1.2.5. 7.6.9.15.3.13.8.14.

Literæ, ſi juxta Arithmeticorum Characterum digeſtionem & diſpoſitionem ordinentur, hanc præbebunt Sententiam,

NEMO SACER IN AVLA,

quam qui bene perpendat, citus, ab aula excedens,

Beatus ille, qui procul negotiis,

cum Horatio exclamabit.

Cur Chryſippus non voluerit præeſſe?

Noverat profundè hanc doctrinam Chryſippus, nunquam enim voluit admoveri regimini dicebat enim. *Si gubernabo malè, incurram Dei indignationem: ſi bene, homines contra me concitabo. Ut ergo in Dei & hominum permaneam gratia, aliis Publicam Rem gubernandam relinquam.*

SECTIO VII.

Naudæi Sententia quæ Sect. IV. poſita, examinatur; &, An, & quomodo Medico liceat decipere ægrotum? *deciditur*.

Quinam ſint Viri docti?

INter Virum Doctum, Eruditum, & ſcium magnam ego differentiam reperio. Purè docti illi ſunt, quibus Deus bonos Magiſtros dedit, & illa ſciunt, quæ ab illis didicerunt, non alia. Et talem Petrum Lombardum Magiſtrum Sententiarum fuiſſe Petrus Abailardus teſtatur,

Qui eruditi?

Purè eruditi illi dicuntur qui bona memoria à Deo donati, naturam labore perficiunt; & perlegentes multos libros, ex illis flores colligunt, qui ſibi poſſint, vel aliis Viris doctis ſervire. Et tales ſunt, qui Polyantheas colligunt, & locis communes concinnant.

Qui ſcii?

Sunt tandem purè ſcii, qui Divino favore, ingenio acuto & ſubtili ſunt præditi; qui nec Magiſtro, nec libris indigent, ſed clauſis oculis de omni ente oculatiſſimè philoſophantur.

De Petri Lombardi & Renati Carteſii ingenio & doctrina Cenſura.

Se Renatus Carteſius talem credidit: nam omni præjudicio, ut exiſtimabat, expeditus, incepit feliciter philoſophari. Incepit inquam, quoniam primam illius Meditationem poſteriores dexteritate non exæquant. Qui omnia ſimul componunt (qui videlicet, quæ didicerunt à ſuis Magiſtris retinent: quæ legerunt in Mentis potiùs tabulis, quàm in adverſariis, adnotarunt; qui ſecurè navigant per Dialecticæ procelloſum Oceanum: &, ut verbo omnia colligam, qui docti, eruditi, & ſcii ſunt ſimul)

Quinam Græcè Σοφοὶ, & Latinè appellentur Sapientes?

Σόφοι à Græcis, & *Sapientes* à Latinis vocantur: & qui aura ſecunda ad Sapientiam velut ad portum navigant, novo ſub illud tempus nomine Φιλόσοφοι à Pythagora vocati ſunt.

Et qui tandem Philoſophi?

Sed quorſum hæc ediſſero? Ut legitimum Naudæo locum in Orbe Literario deſignem. Non ſcribo hæc feſtinus, nec à feſtino velim legi, ſeveram argumentandi methodum obſervo in Phyſicis & Metaphyſicis; & in hac Haplotete honeſtæ recreationis gratia per florida tempe digredior: & Quæſtiones examino, quæ inſtituendos delectent.

De Naudæo. Qualis ſit?

Sanè Naudæus Vir doctus eſt, habet calamum caſtigatiſſimum; eloquenter perorat, & libenter à Doctoribus legitur. Eſt & eruditiſſimus; nam legit libros plurimos, è quorum floribus format pulchros faſciculos (dicam meliùs Hiſpanicè, *Ha leido muchos libros, cuyas ſentencias fuè recogiendo como flores, para hazer los ramilletes* (*) *con que ſe adornan ſus Eſcritos.*) Et hanc ob rem in Medicina, quæ experientia veriùs, quàm diſcurſu fundatur, tantus eſt, ut eum cum Iacobo Damaſceno (quem ob egregia Artis peritiam, & in mitigandis ægrotorum doloribus felicitatem, σωτῆρα cognominabat Populus, ut inquit Suidas) poſſis, ſi volueris, componere. Illum præterea commendat converſationis Innocentia, Elegantia, & Suavitas,

(*) Ramillete eſt Hiſpanicū nomen, cui æquivalēs Idioma Latinum non habet.

Cur Σωτῆρα populus Iacobum Damaſcenum vocaret?

—— *condit Honeſtas* (*)
Ornat Religio, depingit Gratia morum,
Qui Phyſica leges, Veterum qui ſcripta Parentum
Pectore clauſa tenens, humili ſermone modeſtus
Et verbo reſonas, mentis non verbere linguæ;
Quem non exaltat fatuæ præſumptio mentis
Interpres, nec laudis inops jactantia tollit.

(*) His Naudæus verſibus Thadæum Colicolain Pontificium Medicū celebrat: illoſque ex Ægidii Corbolii, Authoris manuſcripti libr. 3. deſumpſit.

An Naudæus congerat teſtimonia, & non digerat?

At non ſemper Doctrinam & Eruditionem ſcientia concomitatur: & hanc ob rem Naudæum, quem inter Doctos & Eruditos eminere inſpicio, non audebo inter ſcios numerare; nam, ut in hoc ſuo ſcripto perſpicitur, multa eloquitur, & nihil concludit. Ab initio ad finem Mendacium cum ſimulatione & Diſſimulatione confundit: illud emaculat, condemnat-

que; ut congeſſiſſe Scriptorum authoritates veriùs, quàm digeſſiſſe videatur. Conſidera Notas ſequentes. Sit

An tollandus Officioſa Mendacia?

PRIMA. *Mendacium Officioſum non eſſe peccatum, ſed actum Virtutis laude dignum Naudæus aſſerit.* Id perſuadeo clariſſimè ejus verba adducendo. §. Graviter. *Cùm hic non agatur de fraude peculatùs, &c. ſed de pretioſa illa, & in humana ſalutis commada prudenter excogitata, quam nullis temerata conſcientia vinculis involutam eſſe teſtaretur Theologus ægrotans, & Iuriſperitus ſanitate caſſus vehementer optaret in ſuum caput experiri.* Ecce, quanto illo niſu fraudem collaudat & commendat.] §. *Amabo.* producit, & ſua facit hæc Ciceronis verba. *Hæc, ſi tamen recta via* (*) *conſequi non potero, decipere vos cogar.* &c. §. *Quam ob rem,* ſcribit. *Qui ſpectatam jam habuere hujus licentia officioſique mendacii utilitatem. &c. artem fraudis reliquis Medicinæ partibus ſubnectere conſentaneum duxerunt.* Datur ergo Ars officioſè mentiendi, & hæc pars Medicinæ cenſenda eſt & habent homines hac utendi licentiam.) Et toto §. *Sed aliud* teſtimonia adglomerat Scriptorum permittentium & laudantium Officioſum Mendacium.) Deinde §. *Enim verò* eò ſe præcipitat, ut non ſolùm commendet officioſum Mendacium, ſed ejus omiſſionem condemnet.] Poſtea §. *Fieri quoque,* hæc habet. *Quem ad modum non reſpuunt faces, non objiciunt fœtida, non abhorrent venena, ſic nihil omninò rationis eſſe propter quod damnent potiùs technas, fraudes, & mendacia, cùm præſertim non minùs quàm illa ægrotorum ſaluti conferãt.*] Pergit, & §. *Ex quibus* luce meridiana eſſe clarius affirmat, eſſe licitum mentiri Medicis.] Et tandem §. *Verùm, quoniam* omni labe & malitia carere mendacia utilia perſuadere conatur.

*) Cuidam Vaſſallo diviti exprobrabat coram me Môtiſramenſis Abbas, quod depoſuiſſet apud Iudices evidētia mendacia; Non negavit hoc ille; ſed viam, hic apertam à Cicerone, ingrediens dixit. *Quando à grandi Moloſſo canis parvus invaditur ſi ſtans non ſe poteſt defendere, invertit corpus, pedeſque elevat, ut mordeat adverſarium liberius. Et quia Ego, reſpectu tui ſũ canis parvus, me verto in omnes formas ut indemnis evadam, & quando cauſam meã tueri ſtante Veritate nequeo, à mendaciis copias auxiliares obtineo.* Riſi tunc (erat annus 1628.) hominis ingenioſam nequitiam & nunc margini adſcribo, ut verba Ciceronis dilucidem.

SECVNDA. *Mendacium eſſe peccatum etiam Naudæus affirmat.* Coroll. *Ergo eſt ſibi contrarius.* Perſuadetur Aſſertio; quoniam §. *Fieri quoque,* proponit & commendat Molani damnantis illorum obſcurum judicium, *qui inſidias militares Medicorum, & ludicum diſſimulationes nequeunt à mendaciis diſcernere.* Sentit ergo medicorum inſidias non maculari circumſtantia mendacii. Et tamen præcedentibus & ſequentibus immediatè periodis contrarium aſſerit.] Præthereà §. *Sed video.* duo adducit graviſſima & fortiſſima teſtimonia Auguſtini, univerſa mendacia incriminantis. Et ſtatim §. *Verùm* cum D. Thoma fallaciam in poſitivam & negativam diſtinguit: aliud eſt enim dicere falſitatem ſeu mentiri, & aliud occultare veritatem, aut ad rem non loqui, ſeu tacere: & illud ab Agyrtis, Ciniflonibus, Magomedicaſtris, & circumforaneis nebulonibus uſurpari ait: & id tantùm optimis Medicis ob commoda ægrotorum concedit.

His præmiſſis proderit nunc per ſingulos Paragraphos diſcurrere, & ſiqua occurrant digna relectione notare.

Ad §. *Graviter.*

Artem alienam nemo debet tractare.

QVod præbet conſilium, recipere debuiſſet Naudæus, & ſic tractaret Medica, & quæ mores & conſcientiam concernunt, relinqueret Theologis ediſſerenda. Qui olim, ut ipſe teſtatur, dixerat, *Quod Medicorum eſt, promittant Medici, tractent fabrilia Fabri,* hodie, ſi ſe legeret, diceret,

S. Hieronymus in quadam Ep.

De morbi cauſis, medicinisque Optime Lector,
Diſcurrant Medici, ſculpenda de arbore Fabri
Heroum effigies ex marmore Latomus edat,
Et tandem prudens morum Cenſura perito
Tantùm à Theologo, ſi ſit quærenda, petatur.

Solùm Theologi & non alii, de moribus poſſunt diſſerere.

Sunt enim ſubtilia, quæ tractantur in Ethicis, & in illis errores, quos indocti committunt, ſolent in Orcum animas præcipitare.

Ad §. *Amabo.*

An hæc poſſit Quæſtio Ethnicorum teſtimoniis decidi?

COnatur oſtendere licitum & laudabile eſſe ægrotum decipere. Verùm ad id perſuadendum Galenus, Seneca, Cicero Lucretius, Themiſtius & centeni alii ſimiles non ſufficiunt Authores, ſunt enim Ethnici, & Chriſtianæ ſinceritatis perfectionem non penetrant. Interim Lucretius qui ſubtiliùs diſcurrit, rem ediſſerit, & docet, quo ſenſu cæteros debeamus exponere. Attende.

De Scandalo Dato & Recepto.

Scita eſt Scandali in activum & paſſivum (hoc eſt, in datum & receptum) diviſio; aliud enim eſt ſcandalizare, & aliud præbere occaſionem, ut aliquis ſua culpa ſcandalum, ſi voluerit, recipiat. Ergo ſic dividatur Deceptio: ſit Activa & Paſſiva, Data & Recepta. Aliud enim eſt hominem poſitivè decipere, & aliud occaſionem nihil affirmando præbere, ut æger in materia, quæ non tangit conſcientiam, decipiatur. Hanc poſteriorem (hoc eſt, paſſivam & receptam) deceptionem, non autem alteram, Lucretius approbat, Medici enim, ut ait,

De Scandalo Activo & Paſſivo.

Datur etiam Activa & Paſſiva Deceptio.

—— priùs oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,

Vt

Digitized by Google

Vi puerorum ætas improvida ludificetur.

vera ſit licita?

Ergo, ſi cæteros Authores amamus, illos de deceptione paſſiva explicare debemus.

Ad §. *Quam ob rem.*

Medicinæ partes enumerantur.

Medicinæ quatuor partes conſtituit: Amuleta, Characteres, Verba, & Technas, quo nomine fallacias officioſas intelligit. Et omnes impoſſibiles ſunt.

An Verba habeant virtutem medicam?

Nam verba (ut hinc exordium ſumam) ſi vim aliquam habent, illam profectò habebunt, vel ſecundum materialem ſuam pronunciationem, vel ſecundum ſignificationem formalem. Neutrum poteſt dici. Ergo. Probatur Minor; quia nunquam à pronunciatione effectus, qui promittuntur provenire videmus, & ſignificatio non eſt realis aliqua qualitas, vi cujus pronunciatio operetur.

An Litera ſeu Characteres?

Minùs ſunt probabilia, quæ de Characteribus circumferuntur: nec realem, nec intentionalem vitam habent, & ideo operari non poſſunt.

Quænam ſint Amuleta?

Superſunt Amuleta. Sed quid hoc nomine ſignificatur? Conſtat ex Plinio, cujus verba ſunt hæc. *Infantibus adligatur ſuccinum amuleti ratione, formam vaſculi habens.* Ergo Amuleti ratio, ut rideas, in figura conſiſtit. Græci illa *ἀποτρόπαια* vocant, nomenque *ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν*, quod eſt *ſubmovere* deducunt, quod ipſa veneficas fraudes ſubmoveant. Ego autem hoc illis nomen imponi dixero, quod amuleta amoveri ab ægris omnia debeant, quoniam videntur infici ſuperſtitione.

ἀποτρόπαια.

An permittenda?

De Medicina Technica. An ſit licita?

Ergo, quia *concolores aves ſimul volitant*, quarta pars Medicinæ, quam vocat *Technicam*, & fraudes, officioſaque mendacia ægrotis applicat, erit cæteris ſimilis, adeoque omni cenſebitur fundamento deſtitui. Sed hic obiter nota, nos non condemnare Artem Medicam, adeoque nec Medicinam Technicam, ſeu Methodicam, quæ realia contra morbos remedia conficit & præſcribit; ſed illam tantùm, quam *Technicam* Naudæus appellitat, & mendaciis & fraudibus armata conatur morbos invadentes retundere.

Ad §. *Non ſecus.*

An morbi ſint hoſtes?

Eſſe hoſtes vitæ morbos aſſerit: & contra illos, ut contra inimicos procedendum. Aſſentior. Ergo virtute aut dolo? Si agatur de bono, permitto: non enim omnem dolum, ſed malum condemnant Theologi: & illum malum vocant, qui fuerit cum mendacio conjunctus.

An omnis dolus malus ſit?

Et, quia mendacio carent, licent ſtratagemata: ſunt enim ſigna, quæ ad primam Mentis Operationem ſpectant, ut alibi demonſtratur.

De ſtratagematis. An liceant?

Ad §. *Sed aliud.*

De Authoribus qui à Naudæo pro Mendacii innocentia adducuntur.

Repono, quæ §. *Amabo* jam dixi. Nam Authores quos citat, aut Ethnici ſunt, aut Chriſtiani. Si primi, authoritatem in re tam ſublimi non habent. Si ſecùndi; aut ſunt obſcuri nominis & antiqui, quibus non fuit tam comperta iſta Veritas, aut Claſſici, quales ſunt Eccleſiæ Doctores. At illos non moror, & hi non producuntur.

Ad §. *Enim verò.*

An unus & idem actus ſimul bonus & malus eſſe poſſit?

Nimia profectò ſunt, quæ in hoc paragrapho; ſufficeret enim diei malitia ſua. Satis intolerabile erat Mendacium emaculare, quin macularet omiſſionem Mendacii. Tu interim cum omnibus Orthodoxis ſtatue, nullum eſſe aut cogitari poſſe caſum, in quo aut mentiri liceat, aut omittere mendacium non liceat. Ago de ipſius mendacii objecto & actu, admitto enim moralitates à circumſtantiis provenientes, ex quo provenit Officioſum Mendacium eſſe actum bonum & malum ſimul; habet enim ab objecto malitiam, quoniam proximum decipit: & indipiſcitur bonitatem à fine, nam ideò vocatur Officioſum, quia ad proximi obſequium & utilitatem ordinatur. Ergo mendacii Omiſſio, ratione objecti ſemper erit bona, (& velis, nolis Naudæus) nunquam mala: at poterit infici à circumſtantiis, ut ſiquis non Veracitatis amore, ſed ut Titio noceat, à mendacio officioſo, quo poſſet eum ſubducere à periculo, abſtineat.

In Mendacio & ejus Omiſſione debet finis ab objecto diſtingui.

Ad §. *Sicque ex ſententia.*

An Simulatio, & Diſſimulatio ſint licita?

Omnia, quæ hic proponuntur, ſine mendacii labe fieri potuerunt olim & hodie poſſunt, non enim diſſimulatio aut ſimulatio, ſi à mendacio abſint, divinitùs interdicuntur. Sed de utraque inferiùs fusè & accuratè diſputabo.

Ad §. *His rationibus.*

Habent termines proprios ſingulæ Facultates.

Singulæ artes utuntur propriis terminis, & ſæpe in gymnaſiis aliarum Facultatum ignotis. *γραμματικῶ*, ob rem nemo incuſare poterit Medicos, quòd morbis, & illorum remediis ſibi ignota impoſuerint vocabula. Ars Medica promota fuit à Græcis, & ideò Græcæ in ipſa

voces

voces ad laudem relinquuntur venerabilis antiquitatis: nam extra Medicinæ Gymnaſia hæc Greca nnmina Σχολὴ, ἀκαδημία, ἐνάργεια, δόξα, dabo, ut alios prætercam unum tantùm, ob cujus ignorationem Grammatici paſſim oberrant. Et erit nomen *Fictio*. Aliter illud in Sacramentorum materia à Theologis, & aliter in aliis paſſim ſolet uſurpari à Grammaticis. Porrò, qui abluitur cum fictione Theologica (cum actuali peccato) validè baptizatur: qui cum Grammatica (fingens ſe velle baptizari) invalidè. Hanc ergo ἀριθμητική, γεωμετρία. Μουσικὴ συμφονία, λύρα κιθάρα πανδοῦρα ψαλτήριον σαμβύκη, χορδέ, κρέμβαλον. Διαλεκτική, κατεγορία, συλλογισμός παράδειγμα, & centena alia noſtræ Scholæ admiſerunt.

Quid ſignificet Fictio?

Cur nominibus Græcis Latinæ Facultates utantur?

Ad §. *Verum, ut fax.*

Vultu poſſumus loqui.

VVltum ad lætitiam componere, ut vitæ ſpem ægri concipiant, poteſt Medicus; non autem ei mentiri dicendo, jam eum eſſe ſubductum à periculo.

Et hic obiter conſiderare debet Medicus, agi in morbo de ſalute corporis & animæ recuperanda: quam ob rem mortis horrore perturbatum ægrotum, non debere recipere cum periculo Vitæ æternæ ſolamen. Quoniam mendacium Medici, propter quod omittit æger neceſſaria ad conſcientiæ expiationem, non officioſum, ſed pernitioſum eſt. Et hinc obtem ut *ex cap cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* colligitur, Summi Pontifices, qui ſunt Medici Animarum ſupremi, voluerunt, ut doceantur ægroti morbi ſtatum, ne fortè imprævisa mors ſit etiam illis improviſa: & in ſpecie Pius V. in Bulla *Super gregem.* præcipit, ne ultra diem tertium Medici ægrum viſitent, ſi ipſe non confiteatur, jubetque ut in promotione ad Doctoralem Lauream, à Medicis juramentum ſervandi hanc conſtitutionem exigatur.

An mendacium pernitioſum verius, quàm officioſum ſit, ægrotum ita decipere, ut neceſſaria ad Animæ ſalutem omittat?

Ad §. *Fieri quoque.*

Quinam illi ſint, quos Græcus appellat ἀπεγνωσμένους?

MVltos eſſe ægrotos ἀπεγνωσμένους, qui mente potiùs, quàm corpore laborant, certum eſt. Non agit hic Naudæus de illis, in quorum capite omnes ſpecies elocantur, hi enim ſunt abſolutè deliri: ſed de illis, quorum mens circa objectum aliquod obtenebratur, & poſteà ſervata conſequentia diſcurrit. Aliquas hiſtorias proponit hic Naudæus, at occurrunt tam multæ, ut librum poſſem juſtæ magnitudinis facere, ſi vellem univerſas ſcribere. Quid enim dicere poſſemus Licentiato illi Vitreo, cujus morbum ita riſit Cervantes (*) ut de illo ſcripſerit ſpecialem Novellam. Quid tricipiti Parocho, mihi in Bohemia ſubdito, qui ſe trium capitum gravari onere apud Chirurgos & Medicos conquerebatur. Quid illuſtriſſimæ Dominæ N. quæ Madriti ſe eſſe jam mortuam affirmabat? Quid etiam Dominæ N. perilluſtri Viragini, quæ cùm Antuerpiæ deambularet in horto, & ex rivulo biberet, & poſteà caſu ibidem ova ranatum inveniret, in talem phreneſim dilapſa eſt, ut ſe talia ova bibiſſe priùs crederet; & poſteà ranas ex illis genitas in ſuo capite concinentes audire? Et quid, ut cæteros prætercam, Dominis A, & B, quorum ille ſe eſſe Gandavenſem Conſulem, hic autem ſe eſſe putabat Cardinalem Romanum?

*) Novella hæc inſcribitur *El Licenciado Vidriera.*

Poſſem, ſi vacaret de ſingulis his Caſibus folia integra ſcribere; ſed illos inſinuaſſe ſufficiat.

Reſpondeo in verbis, quæ ſeriò dicuntur, & non in aliis, inveniri mendacium. Cùm autem nemo ſeriò agat cum infante aut phrenetico, cum eis jocari poſſumus, at illis mentiri non poſſumus.

An infantibus & phreneticis mentiri poſſimus?

Ad §. *Ex quibus.*

CVm Aſtrologis, Pictoribus, atque Poëtis componit Medicos & iis omnibus mentiendi facultatem indulget. At Horatius *in arte* cujus abutitur verbis, hæc non dicit: verba enim illius ſunt

—— Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtat.

audendi non autem *mentiendi*, inquit ille, & de Medicis ibi non loquitur.

Præterea, orationes figuratæ ſunt, quæ Poetarum nominantur mendacia: &, ſi Aſtrologi, & Medici figuratè loquantur, nullus eos Theologus de mendacio accuſabit.

Figuratæ orationes à mendacio excuſantur.

Quarto Academicorum inquit Cicero, *Multa vident Pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus.* Ego igitur, qui pictoria arte recreor, plura, quàm cæteri percipiam in illis Poetæ citati verbis, quibus Poetarum & Pictorum privilegium obumbrat. Vt judico, verba debent cum pigmentis componi: ſicut enim Poeta fabulas verbis pingit; ſic Pictor ſuas tabulis pigmentis ποιεῖ. Ergo, ſi adhuc illis addamus Medicum, ſic poterimus ratiocinari. Mendacia Rhetorica licent Virgilio, Pictoria Apelli, ergo & Galeno Medica. Prima in verbis conſiſtunt, altera in coloribus, hæc verò in pharmacis. Sicut Poetica, habet Pictoria ſuas Ironias, ſuas Hyperboles, ſuas Metaphoras: &c. Carbone enim, aut colore alio nigro, ex pri-

An ſicut Poetæ, ſic & Pictores & Medici habeant ſpecialem Rhetoricam, & in ipſa ſpeciales Figuras?

mi

mii Galateæ v. gr. candidiſſimam faciem: ſupra naturæ morem Regis format Coloſſos aut Giganteas ſtatuas; & veſtes transfert, poteſt enim Venerem cataphracta veſtire, & peplo Martem. At hæc Mendacia, non ore & lingua, ſed manu & penicillo conformantur. Ergo, ſi voluerit Naudæus Poeticæ & Pictoriæ κατατύπωσιν (*) in Medicina aut inveniat aut faciat. Admittat Ironias in pharmacis, Hyperboles in medicinis, in remediis metaphoras. Hæc non concernunt verba, nec Theologicis poſſunt accenſere Mendaciis. Et profectò, ſi in his exorbitet Medicorum inſinuata Rhetorica, poterunt illi peccare contra quintum Præceptum, in octavo verò cenſebuntur innocui.

*] Eſt autem κατατύπωσις actio illa qua delineatur Ectypus Hiſp. el aſto, con que ſe ſaca una copia.

tium enim ex Ariſtotele procedit contra defenſores Mendacii: & ut bene ſe procedere oſtendat, adducit clariſſima teſtimonia Auguſtini, quæ mendacia univerſa condemnant. Pergit, & ſequenti paragrapho, eos, qui contra Mendacium ſtant, ſeveriores Ariſtarchos appellat, illoſque accuſat, quod ſecundum verborum corticem leges, & non ſecundum Legiſlatoris animum interpretantur. Et potuiſſet cum Bonifacio VIII. Reg. LXXXVIII. dicere, *Certum eſt, quod in committit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem*. Et tandem mutata ſententia D. Thomæ & Theologis omnibus aſſentitur & ait, non licere dicere falſitatem, ſed occultare veritatem univerſis concedi.

Ad §. *Reliquum*.

De hiſtoriis à Naudæo recenſitis.

Recenſet aliquas imaginationis læſæ hiſtorias, ex Marcello Donato, Cardano & aliis, earum ſimiles, quas ad §. *Fieri quoque*. inſinuavi: in quibus examinandũ non eſt, An Medici fuerint mentiti? cum, quia non loquebantur ſeriò: tum, quia nihil obſtat, quin illos dicamus aliquando officioſè mentitos, & peccaviſſe venialiter.

Qualis fuerit Cardanus?

Præterea, in hoc argumento, *Cardanus & Donatus fecerunt: Ergo & alii tuta conſcientia poſſunt facere*; rationem inferendi non video: quidquid enim de Donato ſit, de cujus moribus non habeo ſufficientem notitiam, Cardanum omnes virum mirabilem fuiſſe teſtantur.

Ad §. *Sed video*; & §. *Verum optimè*.

Naudæus ex una ſententia in oppoſitam tranſit; & nihil omninò concludit?

NON videntur cohærere, quæ in paragraphis his ſcribuntur. Sub ini-

Ad §. *Verum quoniam*.

Quid dicendũ de Authoribus ſit, quos adducit Naudæus?

Hinc iterum (quoniam ex extremo in extremum tripudiat) ad priorem revertitur opinationem. Platonem, Ciceronem, Spalatenſem, Caſſianum, Abbatem Ioſephum, & alios quos Sect. VI. impugnavi, non moror; illos enim erraviſſe perſuaſi. Nec eſt, cur aliquis Pererium aut Leſſium Naudæo favere exiſtimet: neuter enim dicit eſſe mentiri licitum: ille enim, id ſcripſiſſe olim multos antiquos aſſerit; quod negari non poteſt: hic autem deſideraret, ut ait, Sanctum Auguſtinum à Simulatione & Diſſimulatione clarè diſtinxiſſe mendaciũ, ut nulla erroris remaneret occaſio. At hoc non eſt defendere, aut favere mendacio.

ARTICVLVS XXII.

De Iudice, & Advocato. *Quomodo alteruter ſe debeat gerere, ubi Iura & probationes ſe continent intra terminos Probabilitatis?*

IPſe hujus Libri Titulus poſtulare videtur, ut nihil relinquamus indeciſum, quod in ſententia ferenda poſſit inſtruere Iudices, vel juvare Advocatos. Contingit enim aliquando, quod ex parte facti probationes ſint obſcuræ, & incertæ; & quod ex parte Iuris Leges patiantur diverſas interpretationes, in quibus Iudex & Advocatus caſibus hærere procul dubio debeant, niſi nova luce, ut progredi poſſint, ſuffundantur. Hanc ergo ob rem hunc Nos Articulum in duas

Se-

Sectiones dividemus, in quarum prima de Iudice; in ſecunda autem de Patrono, ſeu Advocato diſputabimus.

SECTIO I.

De Iudice. *Quo debeat procedere modo ubi vel ex parte Iuris, vel ex parte facti ſit tantùm ſemiplena probatio?*

An in Iure ſint Opiniones probabiles?

MVltæ ſunt Probabiles ſententiæ in Iure: ſi enim omnes ſunt certæ & conſtantes, non indigeremus hoc Articulo, in quo de Iudice ſpecialiter diſputaturus ſum. Sanè Iuriſperiti ſæpe ratione victi, ſæpè Doctorum authoritate vecti de rebus graviſſimis aliter & aliter diſputant. Hinc opiniones communes contra communes, aut etiam contra communiores ſunt natæ. Illas collegerunt & digeſſerunt in Claſſes Viri Docti. Vtor modò volumine ann. 1571. Venetiis edito, in quo probabiles Iuriſperitorum ſententias adduxerunt ediſſeruntq;

Authores, qui illas collegerũt & digeſſerunt.

Franciſcus Farzanus ab Incita,
Baptiſta de Villalobos Toletanus,
Franciſcus Vivius ab Aquila,
Matthæus Iuriſ-conſultus,
Iulius Clarus Alexandrinus,
Ioannes Fichardus Francofurtenſis,
Ioannes Bellonus Toloſas,
Iodocus Damhauderius Brugenſis,
Emanoel Soarezius à Ribeira. &c.

Maneat igitur certum, & indubitatum eſſe probabiles Doctorum Opiniones in Iure.

Quomodo libertas eligendi probabilem ſententiam reſtringatur?

Paulò ante diximus, libertatem eligendi quamcumque Opinionem Probabilem, poſſe & ſolere præcepto, voto & juramento limitari. Diſpiciamus igitur impræſentiarum, an Iudici liberum ſit, cuicumque Probabili Opinioni adhærere, an verò dentur præcepta & leges, quæ hanc ipſam libertatem limitent, & prædeterminent ad unam partem?

An Iudex poſſit minùs probabili opinioni adhærere?

Prima ſententia aſſerit poſſe Iudicem ſequi opinionem etiam minùs probabilem. Ita S. Antoninus 1. *p. tit. 3. cap.* 10. *reg. 6. in fi.* & iterum *reg.* 7. ubi univerſim docet licitũ eſſe ſequi opinionem probabilem in omnibus actionibus moralibus. Conſonat Armilla *verb. Opinio.* dicens. [Sicut non tenetur ſemper agere homo, quod meliùs eſt, ſed ſufficit agere quod bonum eſt, ita non tenetur Iudex, vel alius privatus ſequi ſemper opinionem meliorem & probabiliorem ſed ſufficit quod ſequatur probabilem, quam aliqui Doctores periti judicant veram.] Eamdem tuentur ſententiam Petrus Aragonius *in 2. 2. qu. 63. ar. 4. ſub ultim.* Salonius *in 2. 2. qu. 63. art. 4. controverſ.* 1. qui affirmat hanc ſententiam Salmanticæ Petrum à Soto, Mancium & alios viros magnos docuiſſe, adhæret Gregorius de Valencia *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 4. dub. 3.* Bartholomæus Medina *in* 1. 2. *qu. 19. art. 6. dub. penult.* Gregorius Sayrus *in Clavi Regia lib. 1. cap. 11. num. 4.* ſic inquit. [Quando Iudex videt utramque opinionem eſse ex æquo probabilem, ex parte Iuris & ipſe quoque ita judicat, poteſt licitè propter amicum judicare ſecundum illam, quæ amico magis favet. Immò ſecluſo ſcandalo poteſt propter amicum, modò ſecundum unam, modò ſecundùm alteram opinionem judicare. Sic Sotus *ubi ſupra art. 4. ad 4. prop. 2.* Aragonius *ubi ſup. art. 4 ante dub. ult. in fin.* Salonius, & Gregorius de Valentia *locis allatis concl.* 1. & Medina *ubi ſupr. dub. antep.* &c.] & *num.* 8. ſubjungit. [Quando ſunt duæ opiniones probabiles ex parte juris, altera tamen probabilior, poteſt Iudex in judicando, ſicut quivis alius fidelis in ſuis privatis actionibus dimiſsa probabiliori ſequi probabilem, quam judicat eſse(*) veram, nec neceſſe eſt, ut judicet illam veriorem.]

N. B. Non ſemper eſt melius eligere probabiliorem.

An Iudex ita poſſit uti probabilitate ſententiarum, ut ſecundùm unam in tali cauſa judicet, & ſecundùm aliam in altera?

*] Non bene exploratum habebat author hic ingenium Probabilitatis; repugnat enim, quòd eſſe verũ aliquis judicet id quod ſcit eſſe mere probabile. Confundit author hic ſupponere cum judicare; qui enim eligit probabilem aliquam ſententiam, non judicat illam eſſe veram ſed ſupponit eſſe veram in praxi.

Secunda ſententia præcipit, ut Iudex ſequatur opinionem probabiliorem. Ita Sylveſter *verb. opinio.* §. 2. Cajetanus *verb. eod.* Conradus *lib. de contract. qu. ult.* Vaſquez *in* 1. 2. *diſp. 64. cap. 2.* Sotus *libr. 3. de Iuſt. qu. 6. art. 5. ad* 4.

An Iudex probabiliorem ſententiam ſequi debeat?

Tertio loco eorum ponam opinationem (nec enim unquam patiar opinionem vocari) quæ docet Iudicem inire debere viam certam, nec poſſe juxta probabilem ſentẽtiam judicare.

An eligere certum Sententiã debeat?

Ante Reſolutionem ſententiam hanc ultimam explodi jubeo; involvit enim repugnantia tam in civilibus, quàm in criminalibus; nam ſi cauſa vertatur de domo A. an adjudicanda ſit Petro vel Paulo & rationes utrimq; ſint probabiles; nõ erit certum illam adjudicare Petro, fortè enim illa Pauli eſt, non erit certum adjudicare Paulo, fortè enim Petri eſt; non erit certum adjudicare utrique, fortè enim tota alterius eſt, forte etiam neutrius eſt. Quid ergo Iudex faciet? Hærebit-ne? Non hærere tenetur: debet Ius dicere. Ergo, aut omnia Tribunalia claudi debent, aut dicendum hanc opinionem eſſe intollerabilẽ & inpracticabilem. Similia abſurda occurrerent paſſim in Criminalibus. Nam, ſi Cajus dicatur pernitioſus Reipublicæ, & motiva maneant intra terminos Probabilitatis; quid faciet Iudex? erit crudelis Reo, ſi condemnet; nam fortè innocens eſt: erit crudelis Patriæ, ſi abſolvat, fortè enim pernitioſus eſt, & illum dimittendo non proſpicit Reipublicæ periclitan-

Opinio, quæ aſſerit, eſt impoſſibilis tam in civilibus, quàm in criminalibus.

tanti. Ergo ſæpe impoſſibile eſt, ut Index ſecuram ſententiam ſequatur.

Rejecta igitur tertia ſententia ſupereſt ut de duabus prioribus judicium feramus. Conſidera reſolutiones ſubſequentes.

Quid dicendũ ſit ſtandonudo Iuri Naturæ?

Prima. *Si non decernat Reſpublica, quam in opinionum concurſu Iudices ſequi debeant, poterunt hi, juxta multorum Doctorum reſolutionem alterutri adhærere opinioni.* Et in hoc caſu ſtandum eſt primæ ſententiæ, quã ex Sayro dilucidavimus. Et ratio ſatis fortis eſt; nam, ſi in aliis operationibus moralibus, poſſimus uti quacumque opinione probabili, cur nõ poterimus in judiciis?

Dicit *loc. cit. num. 6.* Sayrus [Cavendum eſt, ne Iudex propter munera aut propter affectus particulares judicet opinionem illam (eſſe) probabilem, quæ revera non eſt probabilis. Vnde inferunt Authores præfati, Iudicem, qui habet propoſitum, cæteris paribus ſemper ferendi ſententiam pro amicis, regulariter loquendo (*a*) eſſe in periculo peccandi mortaliter, ſicut Epiſcopus, qui haberet animum conferendi ſemper beneficia, cæteris paribus, ſuis conſanguineis; quia habens hunc animum & affectum, ſæpè merita imparia ob talem affectum (qui facile judicium perturbat) paria judicabit. Quod ſi habeat animum favendi ſemper cauſæ magis juſtæ: amicis verò, quando certò conſtiterit paria jura illos habere, non eſt in tali periculo, quia tale propoſitum purgat affectum & favere licet amicis pro libito, quando merita cauſæ ſunt paria] Cæterùm, quia juſtitia in æquitate & veritate conſiſtit, dicendum abſolutè eſt, non poſſe Iudicem certum Ius per ſententiam tribuere alicui parti, cui Iura ſecundum allegata & probata incertum jus (quoniam omnia probabilia ſunt incerta) adſignare perſpexerit. Ergo quidquid dicant, qui diviſionem *Decretum ruſticorum* appellant, ſors debet in tali caſu dividi. Conſentio vel ex parte P. Andræ Mendo, qui inter Probabilitatem, quę ſe tenet ex parte interpretationis & intellectionis legum & illam, quæ ſe tenet ex parte facti, ita diſtinguit, ut in priori caſu, non autem in ſecundo arbitrandi Iudici libertatem concedat. Ipſe enim in Epitomes Diſcurſu prælegendo num. 18. ſic inquit. [Poteſt etiam ſequi ſententiam, quam maluerit, in captu legis ac ejus intelligentia, ex qua litis deciſio dependet, ſupponendo dari varias opiniones circa intelligentiam: nam ea intelligentia non ſe habet ex parte facti, ſed ad directionem Iudicis; rectè autem dirigitur, dum opinionem probabilem ſequitur, & juxta eam judicium prudens efformat, ac juxta illud jus ſuum unicuique tribuit: ſicut Confeſſarius ad ferendam ſententiam poteſt circa intelligentiam præceptorum quamvis ſequi opinionem certò probabilem. At cum res facti eſt una probabilior quàm alia, nequit Iudex ferre ſententiam pro ſecunda, cum tunc non detur probabilitas ex parte Iudicis, & debeat ſecundum allegata & probata judicare. Quod ſi æquæ ſint probationes, debet rem dividere inter litigantes, nam ſi uni eam applicaret, idem eſſet ac judicare totum jus eſſe penes illum ſecundum allegata & probata.] Hæc ille. Interim Ego hanc differentiam, quam adſignat, non bene percipio, ſicut enim, ut certa Friderico poſſeſſio adjudicetur, facti certitudo requiritur; ſic etiam juris certitudo poſtulatur. Ergo ſi teſte P. Mendo, ubi datur incertitudo facti, non poteſt certa poſſeſſio adjudicari litiganti, conſequens eſt, ut eodem prorſus modo de Iuris incertitudine judicetur. Ergo ſi ad diviſionem in priori caſu; ad diviſionem etiam in altero recurrendum eſt.

a] Sed hoc periculum æquè militat in contraria ſententia, quoniã ſicut eſt in periculo judicandi probabilem eſſe ſententiã, quæ improbabilis eſt, ille Iudex, qui muneribus aut amore seducitur; ita idem Iudex erit in periculo judicandi eſſe probabiliorem, quæ min᷑ probabilis eſt.

Probatio & ſententia debent correſpondere: neque ex probatione incerta prodire poteſt ſententia certa & determinata.

An inter probabilitatem Iuris & probabilitatem facti diſtinguendum ſit?

Proponitur P. Mendo ſententia.

Sotus. Sayrus. Thomas Sanchez. Medina. Baldellus. Monteſinos. Caſpenſis. Valentia. Sales & alii apud me ubi nuper.

Vide quæ dicentur inferiùs §. *Si res.*

Sayrus. Suarez. Caſtro Palao. Th. Sanchez.

Oppoſita nobis videtur probabilior.

At præcedens concluſio hodie non habet locum, nam ſunt leges, quæ determinant, quid in ſimilibus caſibus Iudices teneantur facere, ut ſtatim videbimus.

An judicandi libertas legibus reſtringatur?

Secunda. *Reipublica intereſt leges habere, quæ non permittant, ut Iudex poſſit pro amico judicare.* Ante probationem, ut ſciat Lector quales ſententiæ ſint, quæ *pro amico* dicuntur, volo paucas lineas ex Franciſco de Petris *Feſtivarum Lection. lib. 2. cap. 1. num. 57.* exſcribere: ibi enim lego. *Eas verò Quæſtiones, non pro* amico, *ſed magis* pro Diabolo *appellandas, quàm rectiſſimè ſcribit Antonius Teſſaurus* deciſ. Pedemont. 89. *Antonius Coraſius* de commun. opinion. lib. 2. in fin. *Cum potiùs eo caſu res ſit dividenda. Afflictus* deciſ. 13. in fin. *Boerius* deciſ. 42. in fin. *Cupyc.* deciſ. 21. in fin. *idemq; Teſſaurus* deciſ. 88. in fin."

Quæ ſit ſententia, quæ dicitur pro amico?

Noſtra ergo probatur Reſolutio: quoniam Iudices non ſunt inſtituti ut ſint rerum Domini aut arbitri: non ut amicis ſuis fundos litigioſos accenſeant; non ut habeant mortis & vitæ poteſtatem, & condemnent quos volunt; & quia volunt; ſed quia in judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda [*Ex Reg. XII. in 6.* cui conſonat §. 1. §. *è converſo*, & §. *Primum Authentic. Inſjurandum quod præſtatur ab his* §. *Deinde propter Authent. ut Iudices ſine quoque ſuffragio*] ut Iudices ſint legum cuſtodes, jus dicant & quod ſuum eſt unicuique concedant. Ergo ſicut eſt barbara & malè gubernata Reſpublica, quæ legibus caret; ſic etiam illa, quæ jura oppoſita non determinat: idem enim eſt habere oppoſitas, quàm nullas leges.

Cur tribunalia & judices ſint inſtituta?

An Iuſtinianus omnia dubia, quæ in Iure verſabantur abſtulerit?

Tertia. *Libertas judicandi pro amico ſpecialibus legibus in omni Republica, quantum fieri poteſt, ſublata eſt.* Prudentia ſumma Iuſtinianus perpendens, Ius antiquum, quod per leges & veterum placita confuſa incertitudine vagabatur, ad capita certa reduxit, omnem ſe ambiguitatem abſtuliſſe ſupponens. At licet plurimùm mundo profuerit, multa in dubio reliquit, quæ ab aliis fuerunt determinata. Pono exemplū. Nepotes ex fratribus ſuccedunt patruo ab inteſtato. Sed quomodo? Succedere in ſtirpes jubet Gloſſa *in authent. ceſſante §. in ſtirpes, C. de legit. hæred. §. item jure noviſſimo.* tenet, quod ſuccedant in capita, & non in ſtirpes. Acurſio & Azone anteſignanis dividebantur Doctores: ab Acurſio erant quinquaginta tres, ab Azone, etiam multi, ue obſervavit Theſſaurus *dec.* 162. Erat igitue utraque ſententia probabilis, & habebant Iudices *punctum pro Amico* ut multi Iuniores loquuntur. Perinde erat Imperatori Carolo V. unam aut alteram approbare ſententiam, neutra enim eſt nociva Reipublicæ; cui ſolum obeſt, jus eſſe ambiguum & à Iudicum voluntate pendere. Ergone Iudices manerent hæreditatum arbitri & perſonarum acceptione perturbarent hæredes, decrevit alteram opinionē authoritate approbare Cæſarea, & alteram à Iudiciis proſcribere. Sed quam tandem elegit? ſi me conſuluiſſet Auguſtus, ſuaſiſſem, ab Acurſio ſtaret, nam aliam opinionem æquitati reſpondere non video. Conſidera hanc genealogiam,

An ſic provisiſſam reipublicæ interpretationes legum pendere à Iudicum libera voluntate?

Ioannes { Petrus; Franciſcus { *Carolus*; Antonius { *Bartholomæus*, *Fridericus*, *Eduardus*

Mortuo Ioanne, remanent tres filii (Petrus, Franciſcus, & Antonius) poſtea moritur Petrus inteſtatus & 1200. aureos reliquit. Habebit Franciſcus 600 & Antonius 600 Sed quid, ſi ante Petrum Franciſcus & Antonius obierint? Habebit Carolus, inquit Acurſius, 600. aureos qui Franciſco deberentur, ſi viveret. Et Bartholomæus, Fridericus & Eduardus etiam 600. Aureos, qui pertinerent ad Antonium, adeoque 200. aureos ſinguli. At Azo dicit, non ſunt conſiderandæ lineæ ſeu ſtirpes. Mortuo Petro quatuor nepotes Carolus, Bartholomæus, Fridericus, & Eduardus, ſuccedunt, ſunt in eodem gradu. Hæreditas eſt 1200 aureorum. Ergo habebunt 300. aureos ſinguli. Vnde immatura parentum mors prioris conditionis Carolum, meliores Bartholomæum Fridericum & Eduardum reddiderit. Hanc Azonis ſententiam non intelligo. Interim Carolus V. illam elegit; quia tametſi minùs probabilis, in praxi erat commodior & facilior. Ita ex Valent. Forſter nos docet Theſſaurus *d. deciſ.* 162. *n.* 7. qui etiam aliam ſimilem conſtitutionem emanaſſe in Sabaudiæ Ducatu teſtatur.

In hac materia Carolus V. Imperator in praxi obſervari ſententiam juſſit quæ à rationes videretur minus eſſe probabilis.

Sicut in hoc caſu Carolus V. Imperator opinionem & judiciorum varietatem, ſic etiam in aliis multis abſtulit & in omnibus voluit; ſed non habuit idoneos adminiſtros, ut poſſet. Ferdinandus II. & III. Viros Conſultiſſimos impenderunt, ut Ius Cæſareum ad viam ſimplicem, & opinionibus minimè obnoxiam reducerent: at poſt annos viginti nihil fuit præſtitum, quod exſpectationi publicæ ſatisfaceret. Et ideò intermitti debuit iſte labor.

Ferdinandus II & Ferdinandus III. fruſtra in corrigendo Iure adlaborarunt.

Alii ſupponentes ſe non poſſe opinionū omninò varietatem auferre, illam ut minimum diminuere curarunt. Vnde ne Iudices, ut velint pronuncient, Luſitania ſtatuit, ut Acurſii interpretatio cæteris præferatur. [Cum ergo Acurſius, ut vidimus, ſtatuerit ſucceſſionem debere fieri ſecundū ſtirpes & non ſecundum capita, hæc reſolutio, & non oppoſita à Iudicibus in Luſitania obſervari debebit.] In reliqua Hiſpania & Mediolani aſſerente Neviz. *lib.* 5. *nu.* 63. *verſ. amplia ſexto.* apud Menochium *de præſumptionib. lib.* 2. *præſ.* 71. *nu.* 10. præferendus eſt Bartholus. Aliæ provinciæ ſuos elegerunt interpretes, ut vel hac via abeſſet incertitudo, quæ ex opinionum multitudine naſcitur. Aliàs juxta communiorem, & probabiliorem ſententiam judicabitur, ut ſtatuit Regula XLV. in 6. dicens. *Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimiliùs, vel quod plerumq; fieri conſuevit.* ubi illud *vel* appoſitivè ſumitur, ut idem ſit, ac *id eſt*, ut ſenſus ſit, *Cenſeri ab hominibus veriſimilius, illud, quod plerumq; fieri conſuevit*, Cui conſonant *lex ſemper in ſtipulationibus* 35. *D. de Reg. Iuris, Lex Athletas de his, qui not. inf. & cap. fin. diſt.* 10. Et quid ſi utraque ſententia ſit æquè communis: aut, ut loquuntur Theologi æquè probabilis? Vide, quæ §. *Si res*, paulò inferiùs.

An, & ubi Acurſius, An & ubi Bartholus ſit præferendus?

Quid ſit veriſimilius?

2. Martii 1679. Innocentius XI, condemnavit iſtam propoſitionem; *Probabiliter exiſtimo, Iudicem poſſe judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.*

Præterea ille lapis fundamentalis *Beatus qui poſſidet*, judicia omnia ſuccollat; nam in cauſis Civilibus, ſi Iura ambigua ſint, non eſt liberum Iudici domum, fundum, pecunias, &c. accenſere, cui velit. Sed debet manuteneri bonæ fidei poſſeſſor, quouſque per ſua Iura certa & indubitata expellatur.

In omni dubio ac controverſia ſtandum eſt pro poſſeſſione.

Eadem Maxima obtinet in Criminalibus, Petrus eſt in ſuæ innocentiæ poſſeſſione

Et hæc doctrina æquè admittenda eſt in Civilibus ac in Criminalibus.

An hæc doctrina in omnium virtutum materia veniat neceſſariò admittenda?

ſione, ergo cenſendus eſt innocens, quamdiu criminis non convincatur, Civilia & Criminalia pertineat ad Iuſtitiam, & certiſſimè hoc illa omnia Axiomate, *Beatus qui poſſidet*, gubernantur: interim, quia caſus frequenter in aliarum virtutum materia ſuccurrunt, meritò inquiris, *An etiam in ipſis hoc Axioma vim habeat?*

Scio negaſſe Vaſquez *in 1.2.diſp. 65.c. 3. & diſp.66.cap.1.* Azorium *tom.1.lib.2. c. 18.quæſt.4.& libr.11.cap.15.quæſt.2.* Ludovicum de Torres, *Opuſ. Theolog. de Conſc. dub.diſp.1. dub.1. & ſeqq.* Sayrum *in Clavi Reg.lib.1.cap.13.num.9. & 36.* & alios multos: Cæterùm hoc ipſum Axioma in omni virtutum materia, & actu prudentiæ locum habet, ut ſcitè docet & probat Sanchez *lib.2.de matrim. diſp.41.nu.32.* & *in Summ.toto 1.lib.cap.10.num. 11.* Suarez tom.5.de Cenſuris diſp.40.ſect.5.num.18. & *tom.2.de Religione lib.4.de voto cap.5.n. 7.* Henriquez *lib.8.cap.3. in gloſſ. ad liter.* P. Malderus *in 1.2.quæſt.19.art.5.diſp.87.* Villalobos *in ſumm.tom.1.tract.1.diffic.21. num.1.* quos citat & ſequitur Diana *part. 4.tract.3.reſol.2.* quorum dicta & rationes perpendens Ioannes de S. Thoma *in 1. 2. diſp.12.art.4.num.8.* Sic inquit. *Hæc ſententia verior videtur; quod non ſolùm in injuſtitia ſtrictè dicta, & in Iure ſtrictè ſupto, ſed etiam in Religione & obſervantia & Fortitudine & Temperantia aliiſque virtutibus, locum habere poteſt prædicta Regula.* Ipſam adfirmant multa Iura. Et præcipuè Regula XI. in 6. videlicet, *Cùm ſunt partium Iura obſcura, reo favendum eſt potiùs quàm Actori.* Cui conſonat lex *Favorabiliores.172. D. de Regul.Iur.* adde *leg. Arrianus D. de act. & oblig. leg. cùm te. C. de cond.ob turp. cauſ.* Et quidem favendum eſt reo, quia eſſe in poſſeſſione ſuæ innocentiæ ſupponitur, à qua ante plenam probationem expelli non poteſt. Huc etiam pertinet Reg.XV. in 6. *Odia reſtringi, favores convenit ampliari* cui *lex cum quidam 19.de lib.& poſth. lex legatis D. de adimendis legatis.* & aliæ ſimiles concordant. Et cur? nam odioſum eſt, re poſſeſſa privari. Et ideò. *In obſcuris minimum eſt ſequendum*; ut habet Reg. XXX. in 6. cui correſpondent *Lex ſi ita relictum. 44. D. de legat.2.* & *Lex nummis 73. D. de legat.3.* Et quid ſi reus convictus ſit, & eſſe puniendū ſit certum, & de pœnæ genere aut qualitate diſceptetur? *In pœnis benignior interpretatio facienda eſt*, ut Regula IL. in 6. ſtatuit, quàm *lex. ſi Præſes 32.in fin. & Lex interpretatione 42. D. de pœnis* & ſimiles aliæ dilucidant.

Quam veriorē ille vocat, Tu cum communi veram, certam, & indubitatam appella.

In noſtra Dialeai ſub initiū clarè & manifeſtè demonſtratur pleraſque omnes Iuris Pontificii Regulas, quæ in Sexto ponuntur, illo Protheoremate ſuccullari, quod impræſentiarùm dilucidamus: videlicet *Beatus, qui poſſidet.*

Si agamus de rebus, quæ nondum poſſidentur puta de dignitate, aut beneficio, & ſunt multi qui adſpirant, ſtando Iuri naturæ, poteſt conferri minùs digno: hanc autem ipſam libertatem contrahi & limitari video multis modis, nam vel in ipſa fundatione ſtatuitur, ut conferatur digniori, aut electores juramento, aut præcepto obſtringuntur, ne illi conferant, quo alium digniorem judicaverint. Hinc puto non poſſe Proreges & Conſiliarios Regi minùs dignum proponere: ſive enim Epiſcopatus, aut alia vacet dignitas, quiſnam ſit dignior à Rege rogantur, & huic interrogationi reſpondere tenentur.

An beneficia conferri poſſint minùs digno?

De Conſiliariis.
An poſſint proponere minùs dignos?

Si res, quæ non poſſidetur, realiter aut virtualiter diviſibilis ſit, ſtandum eſt Reſolutioni Menochii *loc.cit.num. 30.* dicentis [Quando opiniones ſunt adeò dubiæ, ut diſcerni nequeat Veritas; Iure ſuo poterit Iudex rem controverſam dividere æqualiter inter contendentes, ſicut obſervavit Imperator *in leg.& hoc Tiberius D. de hæred. inſtit.* Qua de re ſcripſi *in Commentariis de retinenda poſſeſſione in tertio remedio num.755.* ubi multorum authoritate comprobavi.] Hanc Menochii prudentiſſimam Reſolutionem firmat Antonius Theſſaurus in Senatus Pedemontani Deciſionibus: inquit enim deciſ.89.[Media via in ambiguis ſequenda eſt. *leg. Titius*, ubi Alex. ff. *ad Treb.* præſertim ubi ſunt opiniones Doctorum contrariæ, ut per Dec. *in l. precib.num.19.verſ. ſed iſta*, poſt Sever. Soc. & Anch. ibi relatos. Bal. *Novel. de privil. dot. part.10. col.13. verſ. 16. & ult. fall.* per text. *in l. adeo §. cùm quis ex aliena. C. de acquir. dom.* Anchar. *conſ.120.* Idem voluit Bart. *in l. ſi duo. ff. uti poſſid. & in l. 1. in fin. C. eod.* Alber. *in c.licet cauſam de probat. in fin.* & *ibidem* Dec. *col.18.* Soc. *In l. ſi quis cum totum in fin.prin. de excep. rei jud.* Fel. latè *de primogen.q.27.opin.4.num.9. & ſeq.* præſertim cùm quis judicat ex æquitate, ut dicit Burſ. poſt Bar. de Bartolinis *conſ.5.num. 39.verſ. concludit tamen.* Et ad hoc facit quod in ambiguis, quod minimum eſt ſequimur *l. ſemper in obſcuris de Reg. Iur.* Hinc inferebam in cauſa ardua, de qua latè ſcripſi ſupra deciſione proxima, dividendam eſſe hæreditatem Infantis inter filium, & matrem, & ſecundum opinionem meam ita tunc cenſuit Senatus 1563. 26. Novembris. Et in alia cauſa Aſten. ſuper ſtatuto excludente fœminas, de qua ſcripſi *deciſ.101.* ubi partes fuerunt coactæ concordare propter dubium Iuris articulum referente Domino Appiano. Et quāvis aliqui ex Dominis repugnarent dicentes hunc eſſe morem ruſticorum, & non bonorum judicum, ut ſentit Glo. *in l.Neſennius ff. de neg. geſt.* contra quem mo-

De re per ſententiam dividenda.

Vide quæ paulò ante diximus §. *Dictu loc. cit.*

Authores & Decreta pro dividenda re, ubi probationes ſunt ambigua.

An recurrere ad diviſionem ſit judicare more ruſtico?

Crites. Hh 2 rem

tem eſt tex. *in l. quæſitum* §. *ſi quis ff. de fun.inſtruc.* ubi Alber. Tamen in contrarium allegabam, quod in ambiguis boni judices debent ita facere, idque eſſe etiam juris Domini. &c.] Citat poſteà pro eadem ſententia Decium *conſ.68.& 176.&* 445.Soc. *conſ.150.lib.1.* Melchiorem Palatz *tractatu de majoratu parc.1.quæſt.3.n.* 9.& in Additione Cavalcantem *de tut. col. ſi. num.* 336. *Anth. Boer, Capic:Rot. Gennenſem*, & alios. Quibus addo Affictum *deciſ.373.*Caballum *in mille loq.*210. *&* 926. Ioſephum Ludovicum *deciſ. lucẽſ.* 18.*num.*23. & huc pertinent §.*fin. Inſt. quibus ex cauſis manum lex*, *& hoc Tiberius. lex quoties.* 201. D. *de reg. Iur.* Ergo quotieſcumque incertitudo afficit Ius, niſi poſſeſſio obſit, res debet dividi.* Quid, ſi afficiat factum? Eodem modò reſolvendum eſt: quoniam à Reo, ſeu poſſeſſore ſtandum, ut habent Doctores communiter.* Et quid, ſi actionem Interpretatio opinione aliquorom ſit ad favorem actoris *leg. ſi quis intentione de judic.* quod latè dilucidat Decius *in leg. ſemper in obſcuris. num.*10.*de reg.jur.*& ſuccinctè Teſſaurus *d.deciſ.85.num.*5. Interim ratio & æquitas poſtulat, quod ad favorem poſſeſſoris fiat interpretatio. Et quia reus tam in Civilibus quàm in Criminalibus eſt in poſſeſſione ante ſeotentiam pro reo debet fieri omnis favorabilis interpretatio. Et hic vel cæci viderint, hanc eſſe cujuſcumque Regis ſeu Legiſlatoris intentionem: nam ſi rogaretur, quid mallet? Reſponderet ſe nolle, ut Iudex, ubi ſunt omnia obſcura, controverſam rem amico adjudicet, ſed quod dividat inter contendentes, Hæc doctrina, quæ tacitè aut expreſsè ab omni Principe eſt approbata, ſic ligat manus Iudicum, ut non remaneat caſus pro amico.

An & quomodo in dubio facti, & dubiis Iuris reſolvendum ſit?

Poſſeſſio ſemper ſtat pro reo, non pro actore.

Quæ ſit Principum & Regum intentio?

Circa modum judicandi ignorare non poſſunt, qui præſident in Tribunalibus & jus populo dicunt, totam litem debere ad brevem Syllogiſmum reduci: in quo major ſit lex: minor factum: & Concluſio ſententia. Verbi gratia.

Totalis in uno ſyllogiſmo conſiſtit.

Qui homicidium commiſerint, ultima Sententia condemnantor.
Petrus homicidium commiſit.
Petrus igitur ultima ſententia damnator.

Et hic audite me, Domini Iuriſperiti, quorum intereſt de honore, de vita, de bonis hominum judicare. Conſequentia certa non poteſt prodire ab incertis præmiſſis. Ergo in hoc Syllogiſmo, ſiquidem de re certa eſt Concluſio, non poſſunt præmiſſæ vacillare: vel, ſi hæ vacillant, iniqua eſt Concluſio, adeoque illegitima & injuſta Sententia, mortaliterque Iudex illam pronunciando peccabit.

Monitum ad Iuriſperitos.

Ergo primò debebit eſſe certa minor, hoc eſt, certo conſtare; nam ſi de veritate criminis ſit, plenè debet conſtare illa veritas; ſi de gravibus indiciis, certò debet conſtare adeſſe indicia gravia: nam in hoc ſyllogiſmo, *Ille, quem gravia indicia* eſſe homicidam ſuadent, tortura condemnator. At Ioannem eſſe homicidam, gravia indicia ſuadent: Ergo tortura condemnator. Niſi minor ſit certa, ſtare non poteſt Concluſio. Sed de hoc fusè egimus in Logica noſtra morali.

Quàm certa eſſe debeant indicia?

Ergo ſecundò debebit etiam eſſe certa Major. Ergo Lex, qui loco majoris aſſumitur, ſimplicem ſenſum habere debet: nam ſi habeat duos, vel plures, non eſt certa. Ergo ex ſenſu legis incerto non poteſt Iudex certam Concluſionem, ſeu ſententiam inferre. Ergo (& hoc bene notetur) lex, quæ habeat plures ſenſus, adſumi nequit ad deciſionem cauſæ. Evetardus *in locis commun. in loco à rubro ad nigrum.lit.* D. Alexander. *conſ.* 139. *num.*8. Conſiliarius de Bottis *ad Car. in leg. in ambiguis D. de reb. dub.* Conſonat Decius *in leg. quoties idem Sermo.*67.D.*de Reg. Iur.* qui de textu habente plures ſenſus ſic loquit. *Qui protulit talem ſermonem, unum tantùm videtur habuiſſe intellectum, ut patet* ex leg. in ambiguo. *Et ideò, ſi dupliciter intelligi poteſt, videtur quòd nullus intellectus valeat.*arg. leg. duo ſunt Titii D. de teſtam. *Idem ſentit Bartolus* in d. leg. in ambiguo.num.2.*quia ejus, quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur. Baldus* in leg.ſcire leges.D.de legib.

Quid requiratur, ut aliqua lex certa ſit?

Utrùm illa, quæ plures interpretationes patiatur, poſſit vocari certa?

An legiſlator, ſi fortè æquivocè loquutus ſit, conſeri poſſit plures voluiſſe ſenſus exprimere?

Quarta. *Iudex non poteſt recipere munera pro ſententia*. Demonſtratur clariſſimè: nam qui hujuſmodi mercaturam exercet, aut juſtitiam, aut injuſtitiam vendit. Si primum hoc eſt, ſi ſententiam juſtam pronũciat, & tamen munus recipit, reſtituere tenetur: recipit enim illud ſine titulo, aut extorquet verius: & extorſio, ſi bene examinetur, furtum eſt. Si ſecundum, hoc eſt, ſi injuſtam ſententiam pronunciat, ſeverius venit judicandus. Et, ut hoc bene intelligas, caſum iſtum propono. Res controverſa valebat mille aureis. Iudex ſubornatur, & centum receptis illam adjudicavit Ferdinando, cùm Antonio deberet. Ad quid tenetur? ſuum peccatum vendidit centum aureis. An-ne peccata poſſunt vendi? Variant Authores. Alii enim de meretricibus & aliis reſolvunt ſeveriſſimè, benignius alii. Ergo ne nimis rigidi contra Iudicem dicamur reſolvere, eumdem aureos centum feciſſe ſuos, ſtando probabili opinioni dicamus: & quia Ferdinando non no-

An pro ferenda ſententia munera accipi poſſint?

N. B. Sportulæ, quæ vocantur, non ſunt Iudicum munera, ſed ſtipendia.

An, & quando ad reſtitutionẽ Iudex teneatur?

Utrùm peccata poſſint vendi? An ipſis aliqua bonitas ſit, quæ poſſit politicè pretio æſtimari?

Digitized by Google

poenit, dicamus nihil Ferdinando reſtituere debere. Et hæc benigna reſolutio tantum modò probabilis eſt. At ille Antonio nocuit, Ergo Antonium debet reddere indemnem. Ergo illi reſtituere debet mille aureos. O mercaturam felicisſimam! ut lucretur centum aureos, quos probabiliter reſtituere debeat, incurrit certam obligationem reſtituendi mille. Aperiant igitur oculos Iudices, qui ditescunt contendentium injuria, quoniam ad ultimum uſque quadrantem reddēda erit ratio coram illo ſupremo Iudice, qui cum accipiet tempus, ipſas Iuſtitias (Iudicum ſententias) judicabit.

Monitum ad corruptos Iudices.

SECTIO II.

De Advocato. *An ſuſcipere, cauſam aliquam poſſit, in qua prævideat Clientem ſuum certò eſſe condemnandum?*

De ſufficientia doctrina, quæ in omnibus officiis requiritur.

Debere habere ſufficientem ſcientiam eſt omni homini in dignitate aut officio conſtituto commune. *Erudimini qui judicatis terram*; inquit Propheta Rex *pſalm.* 2. Iudicant autem Terram Iudices terminativè, & Advocati diſpoſitivè. Vnde, qui non fit ſufficienter doctus eſt in æternæ damnationis ſtatu, ſi aut Iudicis aut Advocati conditionem admittat. Homobonus *de ſtatib. part.* 2. *cap.* 3. Georgius Polacchus *in Append. ad cap.* 11. *libr.* 1. *Sayri num.* 27. ubi etiam Cajetanum allegat.

Qualiter erga Clientem teneatur Advocatus?

Advocatus tenetur Clienti ſtatutum cauſæ ſumma ſinceritate explicare: &, ſi illum fortè decipiat, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur. Non debet, immò nec poteſt Clienti reſpondere ſecundum propriam opinionem, ſi ſingularis ea ſit: non enim Cliens interrogat, quid privatim & ſingulariter Advocatus ſentiat, aut non ſentiat; hoc enim Cliens non curat: ſed interrogat, An ſententiam favorabilem in tribunali conſequuturus ſit? Ergo ſecundum leges & conſuetudines in Tribunali illo præſcriptas Advocatus reſpondere tenetur; aliàs enim utrique parti injurius eſt; quoniam ſi Actori aut Accuſatori diceret favorabilem ſententiam in illo Tribunali obtineri non poſſe, Actor, aut Accuſator nil inciperet, & vitarentur moleſtiæ & expenſæ, quas utraque pars erit facturа. Nec contra eſt Polacchus ubi ſupra nam licet nobis opponi videatur *num.* 30. ea quæ §. *Conſultò* dixerat, temperat §. *Non propterea*. Vnde Concluſio ſit, *Advocatus, qui ſine ſpe probabili obtinendi ſententiam cauſam ſuſcipit, ſive pro reo, ſive contra reū agat, peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur.* Fallit hæc Regula, quando Reſpublica alicui præcipit, ut cauſam aliquam defendendam ſuſcipiat: quia ſicut Reipublicæ intereſt, ut puniantur crimina; ſic etiam ut nemo ideò damnari, quia caruit Advocato, dicatur. In hujuſmodi itaque caſu Advocatus ſtudere tenetur & ſine fraude omnia próponere, quæ poſſint reum aut à pœna eximere, aut ſaltem ſuadere, ut mitiùs & clementiùs puniatur. Nam & hoc anno 1665. cum ob parricidium in perſona D. Bartholomæi Griffi, Decani, & Vicarii Campanienſis commiſſum, Antonius Guarnerius Neapoli in carcere detineretur: nullus fuit Advocatus, qui vellet deſperatæ cauſæ patrocinium ſuſcipere: & tamen juſſit Tribunal Clariſſimo D. de S. Clemente, ut reum defenderet, qui in Collaterali Conſilio coram Eminentiſsimo D. Prorege peroravit doctiſſimè & tametſi Advocatus hic ab Vniverſis dilaudaretur, condemnatus fuit reus, ut per plateas publicas traheretur, & poſtea in patibulo ſuſpenderetur; ut infamis hæc mors ipſi eſſet pœna, & cæteris aliis exemplo.

An poſſit illum ſecundùm propriam ſuam, ſi ſingularis ſit, opinionem, inſtruere?

An, & quando advocatus peccet, & ad reſtitutionem teneatur?

Poteſt & ſolet Reſpublica jubere alicui Advocato, ut reum defendat, etiam in cauſa manifeſta, ne fortè ille indefenſus condemnari dicatur.

Proponitur hiſtoria, quæ doctrinam præcedentem confirmat.

AR-

ARTICVLVS XXIII.

ETIAM PRACTICVS.

An, qui ſcientiam ſufficientem non habet, in Tribunali (Sacramentali, Epiſcopali, aut Regio) poſſit jus dicere?

De Potentia & Poteſtate, quomodo inter ſe diſtinguantur?

POtentiam diſtingue à Poteſtate: illa enim reales vires, hæc morales concernit. Vt innocentem privata auctoritate occidat, Therſites ſufficit, ſi conſiderem naturalem virtutem: ut autem reum occidi ſanctè jubeant, mille non ſufficient Achilles, ſi careant publica authoritate. Titulus ergo articuli, quando inquirit, *An homo indoctus poſſit?* non agit de potentia reali, videmus enim Amicorum errore admoveri Iudiciis Viros ignorantes interdum: & quia *ab actu ad potentiam conſequentia ſubſiſtit*, non negabimus poſſe fieri, quæ fiunt. Differit autem de morali, hoc eſt de poteſtate: *An homo indoctus poſſit ſententiam ferre licitè?* Et quia varia ſunt Iudicum genera, agemus de ſingulis in particulari.

SECTIO I. Theologica.

An tuta conſcientia homo ignorans poſſit Confeſſiones excipere?

Cur à Theologis initium ſumamus?

INcipiam à Theologis, ne meus calamus acceptione perſonarum laborare dicatur: quæ enim de Theologis æquitas ſtatuerit, id ad Canoniſtas, Legiſtas, & Medicos Rationis propagabit Identitas, nam de omnibus eſt idem Iudicium. Sit igitur

An tuto ni ad audiendas Cõfeſſiones poſſit, qui ſcientiam ſufficientem nõ habeat?

Aſſertio I. *Sacerdos, qui extra caſum neceſſitatis audit Confeſſiones abſque ſufficienti ſcientia, peccat mortaliter.* Corollarium. *Ergo etiam peccat mortaliter Superior, qui illum exponit.* Demonſtratur, Quia ignorans, ſi neſciat quid debeat facere, ut ritè rectèque pœnitentem abſolvat: quam teneatur pœnitentiam injungere, multos errores in Sacramenti adminiſtratione committet, qui imputabuntur Confeſſario, qui ut cœcus de coloribus judicat: & ſuperiori, qui eum exponit. Ita Cardinalis Lugo *diſp.21.num.72. & 73.* Layman *lib.5.tr.6.cap.13.nu.1.* Hurtadus *diſp.10.diff.15.* Bonacina *diſp.3.qu.7.punct.4 §.2.num.5. & 6.* Leander de Sanctiſſimo Sacramento *tr.5.diſp.11.qu.104.pag.274.b.* & omnes apud ipſum. Et meritò omnes Doctores hujus eſſe ſententiæ Leander aſſerit; non enim oppoſita defendi poterit tuta conſcientia.

An, & quando poſſit excuſare neceſſitas?

Aſſertio II. *Ignorantem neceſſitas, ſi audiat Confeſſiones, excuſat*, ſed, in quibus caſibus poterit admitti hæc neceſſitas? In quatuor.

An in articulo mortis ignorans poſſit moribundum abſolvere?

Primus erit in Articulo mortis, quando non adeſt Confeſſarius doctior. At hæc opinio non conſtat apud omnes, nam Vaſquez *in 3.p.qu.93.art.3.dub.2.* Ochagavia *tr.2.de pænit.qu.38.num.4.* & Sancius, qui ſolet ſententias benigniores amplecti *in ſelectis diſp.49.num.8.* affirmat Sacerdotem prorſus omninò ignorantem, qui neſcit judicare de peccatis, quæ moribundus confitetur, etſi abſolutionis verba cum legitima intentione proferat, peccare mortaliter, & non conficere verum Sacramentum gratiam conferens. Interim, quia Thomas Hurtadus *tom.2.tract.12.cap.2.§.2.dub.4.num.2068.* ſtat à benigna opinione & firmis rationibus probat, illi adhærebo. Et argumentabor ſic. Si in tali imperitus Presbyter caſu invalidè aut illicitè pœnitentem abſolvit, maximè, vel quia non intelligit peccata, vel non ſcit quam ſententiam debeat proferre in genere reſtitutionis. Sed neutrum obſtat ut abſolutio validè conferatur. Ergo ignorans Presbyter in illo caſu poteſt moribundum abſolvere. *Probatur minor quoad priorem partem.* Sunt enim multi caſus, in quibus licitè & validè poteſt abſolvi pœnitens, etſi peccata à Confeſſario, licèt docto, in ſpecie non intelligantur. Aliquos ex Leandro *tr.5.diſ.5.* proponam. Dabo ejus verba. *Certiſſimum eſt poſſe moribundum, ob temporis ad confeſſionem requiſiti defectum, dicto uno aut altero peccato à Confeſſario abſolvi.* &c. *Probabilius eſt infirmum, qui in*

Proponuntur aliqui caſus, in quibus non ſit neceſſarium omnia peccata confiteri.

di-

Digitized by Google

dicendis peccatis nimis fatigatur, poſſe Confeſſionem dimidiare. &c. *Probabile eſt in duobus prædictis caſibus immediatis idem eſſe dicendum licèt unum tantum peccatum veniale fateatur infirmus*,&c. *Longè probabilius eſt poſſe dimidiari Confeſſionem ab eo qui tempore peſtis, naufragii, ſubiti prælii aut incendii oppreſſus non poteſt commodè omnia peccata fateri.* &c. Sufficiant hæc; nam ſi vellem omnes ſimiles caſus proponere, me tempus & charta deficerent. His poſitis ſic argumentor. Ad valorem Confeſſionis non requiritur quod Confeſsarius peccata mortalia audiat, ſi impediat neceſſitas, nam audito uno aut altero veniali poteſt Pœnitentem abſolvere. Ergo neque eſt neceſsarium ut mortale à veniali diſtinguat. Patet: quoniam inter ea, quæ non audivit, nec diſtinguere, nec judicare poteſt. Ergo neceſſitate urgente hæc diſcretionis ſcientia non requiritur in Confeſsario; certum eſt enim potentias requiri propter actus; ubi ergo actus non eſt neceſſarius, nec eſt neceſſaria potentia. Ergo, ſi quando eſt in mora periculum, vir doctus poteſt Pœnitentem audito uno aut altero peccato abſolvere, quin de non auditis peccatis judicet; ſcientia in caſu ineſt Confeſſario per accidens, & idem præſtare poſſet ille, etſi ſcientia careret.

Cur potentiæ in hominibus requirantur?

Probatur eadem Minor, quoad poſteriorẽ partem: nam ſic arguis contra noſtram ſententiam. Sæpè contingit Pœnitentem eſſe reſtitutioni obnoxium; & ut melius caſus intelligatur, ponamus Petrum vi contractus injuſti centum aureos extorſiſſe ab Anſelmo. Ergo illos tenetur reſtituere. Quis de hoc dubitet? Ergo ſi non reſtituat, non poteſt abſolvi, etiam in articulo mortis. Sed Confeſſarius penitùs ignorans non ſciet reſtitutionem eſſe neceſſariam: & mediocriter doctus non ſciet debere fieri talem reſtitutionem: nam materia de contractibus eſt valde ſubtilis, & frequenter melius ab ipſis Mercatoribus, quàm à Confeſſariis intelligitur. Ergo non eſt dicendum, quod vel ignorantiſſimus in articulo mortis ſufficiat, ſed ſtatuendum contra doctiſſimum Confeſsariũ requiri, nam agitur de damno irreparabili. Et hoc ultimum evidenter oſtendis. Quoniam, ſi Petrus, dum ſanus eſt, apud indoctum Confeſsarium ſuam conſcientiam expoſuit, & fuit abſolutus ſine onere reſtitutionis, damnum Anſelmo illatum adhuc eſt reparabile; nam poterit in alia confeſſione apud doctum ſuam expiare conſcientiam & legitimè inſtrui: quod in mortis articulo & ultima confeſſione non habet locum. Progrederis, & idem argumentum ex altera parte reponis. Nam, ſi contractus inter Petrum & Anſelmum initus fuerit licitus, & Petrus nihil debeat Anſelmo reſtituere & tamen Confeſſarius ſit ignorans, illumque ad reſtitutionem condemnet; extra mortis articulum patietur damnum reparabile: in morte verò irreparabile. Quoniam extra mortis articulum habebit tempus ut doctos conſulat, & verum addiſcat: cum tamen in morte, quia non habet tempus, ut rem altiùs examinet, debebit reſtituere & dando Anſelmo, quæ non debet, injuſtè filios ſuos illis centum aureis privare. Ex quo infers, non ſolum virum omninò ignorantem, ſed neque mediocriter doctum poſſe in mortis articulo confeſſionem audire.

De Contractibus. An omnes Confeſſarii illos intelligant?

An Mercatores ſæpius inter licitos illicitoſq; ſciant diſtinguere?

De damno reparabili & irreparabili. An quod infertur ſano reparabile ſit, quod autem moribũdo irreparabile?

Sed attende; hæc enim omnia, quæ à te dicta, multas Concluſiones inferunt veras, & neceſſarias: ſed nullam contra noſtram ſententiam. Inferunt primò, *Presbyterum prorſus indoctum extra articulum mortis non poſſe confeſſionẽs audire: ſed peccare, ſi audiat, & ſimiliter peccatorum Epiſcopum, qui illum approbat, & Superiorem qui hoc ipſum permittat.* Inferunt ſecundò, *idem dicendum eſſe de mortis articulo, ſi adſit alius peritior.* Inferunt tertiò, *Presbyterum mediocriter doctum, qui tantummodò ſcit caſus Morales paſſim obvios & ſubtilitates non intelligit, non eſſe capacem, ut Campſorum, Mercatorum, Advocatorum, Iudicum, Medicorum; immò nec Mechanicorum confeſſiones excipiat*: nam, ut licitè poſſit, debet neceſſariò cognoſcere, quæ in officio ſuo pœnitens tuta conſcientia poſſit facere, & quæ non poſſit; quoniam in Typographorum confeſſionibus, ut cæteros omittam, tam multos vidi errores à viris aliàs doctis committi, ut coactus fuerim de hoc argumento ſcribere ſpeciale Syntagma, quod poſt Præterintentionalem Theologiam à *pag.* 185. reperies. Cæterùm eadem nullo modo inferunt *in articulo mortis ignorantem Presbyterum, ſi doctus abſit, non poſſe confeſſionem audire.* Nam reſtitutio materialiter ſumpta, non eſt de eſſentia confeſſionis, ut videre eſt, in paupere, qui nihil habet: & ſe furatum fuiſſe dolet; & reſtitueret, ſi poſſet, & ſi ſupervivat, vult reſtituere, cùm primùm poſſit. Ergo reſtitutio debet ſumi formaliter. Ajo divitem, qui dubitat, an reſtitutioni ſit obnoxius, eſſe bene diſpoſitum, ſi dicat, *Reſtituam, ſi debuero; & quantum debuero.* Ergo in caſu tenetur inquirere, & interrogare: & ſi non habeat, quem interroget, ignorantia quæ fortè priùs erat vincibilis & voluntaria, tranſit in invincibilem: nam ille moribundus facit, quod poteſt; & Deus non jubet, ut faciat, quod non poteſt: ergo eſt bene diſpoſitus. Et in

Poteſt aliquis eſſe ſufficienter doctus, ut taliũ & talium pœnitentium Confeſſiones excipiat, & tamen non habere ſufficientem doctrinam, ut de aliorum peccatis poſſit legitimam Sententiã proferre.

An omnes Confeſſarii ſciant de peccatis Typographorum judicare?

De reſtitutione. An ſit de eſſentia, an verò de integritate confeſſionis?

dubio

dubio, quamdium verum non reſcit, ad reſtitutionem non tenetur, juxta commune omnium Theologorum Pronunciatum. *In dubiis beatus qui poſſidet*. Modo videamus, cui facit indoctus Confeſſarius injuriam, ſi Petri confeſſionem excipiat, & quia contractum non intelligit, pœnitentem non obligat ad reſtitutionem. Pono ex uno latere *non audire confeſſionem*; & ex altero *audire*. Si non audiat, Petrus, ſi gravibus peccatis ſit maculatus, & attritionem tantùm habeat, ibit ad infernum, & nulla reſtitutio fiet Anſelmo; ſi audiat, abſolvatq; Petrus ibit ad cœlum, & tamen nulla fiet Anſelmo reſtitutio. Ergo in caſu, ut non fiat reſtitutio, neceſſarium eſt: ſive enim confeſſionem audiat, ſive non audiat, reſtitutio non fiet. Et manet dubium, An Petrus debeat, aut non, in æternum perire. Ergo de duobus malis minus eſt eligendum. Ergo melius eſt, quòd alterum accidat, quàm utrumque. Ergo in mortis articulo quando eſt in mora periculum, ſi doctus non adſit, indoctus licitè & validè poterit infirmi confeſſionem audire.

An Confeſſari' indoctus, qui quando doctior non adeſt, morībundi excipit confeſſionem, & tamen illum ad reſtitutionem non obligat, injuriam creditoribus inferat, & ipſe teneatur reſtituere?

Hunc caſum uberiùs ediſſerere volui; nam ex ipſo aliorum reſolutio dependet.

Secundus erit in Infidelium provinciis, ubi rarò videntur Sacerdotes. Non ergo Hieroſolymis aut Conſtantinopoli, ubi ſunt multi Miſſionarii Apoſtolicæ Sedis, & Conventus Religioſorum numeroſi. Si aliquis itaque Sacerdos indoctus per Indiam peregrinetur, & occurrat Chriſtianus, qui nec habet alium Confeſsarium, nec ſperat eum citò habiturum, ne ſine confeſſionis beneficio moriatur, poteſt illum audire. Et hic caſus, ſi bene conſideretur, non differt multum à præcedenti, ſicut enim, qui panem non habet, eſt in extrema neceſſitate; ſic etiam qui panes habet, ſi prævideat, illis inſumptis ſe cariturum cibis, & tandem ſame periturum. Ergo, qui modo eſt ſanus, eſt in mortis articulo, ſi prævideat fore, ut quando moribundus ſit, Confeſsarium non habeat. Porrò hunc caſum poſse ſæpe accidere hiſtoria Petri de Valle ſuadet. Perſia eſt Chriſtianis pervia; à Sacerdotibus Armenis, Luſitanis & Italis frequentatur; in majoribus Civitatibus ſunt Religioſorum monaſteria, aut refugia: interim Maania, Petri de Valle uxor, in ultimi Perſiæ finibus, dum in Indiam cogitant, in morbum incidit, & qui ei adſiſteret, Sacerdotem non habuit. Vnde monendi ſunt per regiones hujuſmodi peregrinantes, ut mortem cogitent: &, ſi in mortale lapſi fuerint, omni curioſitati aut mercaturæ animæ ſecuritatem anteponant, & ad loca redeant, in quibus per Sacramentalem confeſſionem ſuas conſcientias emaculent.

An, & quando in Infidelium provinciis Sacerdos indoctus poſſit confeſſiones audire?

Tertius accidet, quando Pœnitens eſt doctus: ſi enim ipſe mortale à veniali, ſimplex à duplici, & aggravantes circumſtantias à speciem mutantibus diſtinguat; & quæ reſtituere debeat, defectum ſcientiæ ſiquam habet Confeſſarius, ſupplebit. Sed neque laudabo virum doctum, qui neglecto Confeſſario docto ad indoctum accedat: oves enim videmus à Paſtoribus duci: nam capræ tantùm ſunt, quæ ad montes præcurrunt, coguntque Paſtorem, ut ſe per avia & devia inſultantes ſequatur.

Ignorantiam Confeſſaris poteſt ſcientia pœnitentis ſupplere.

Quartus in locis miſeris & rerum egenis occurrit: quando aliquis pagus vix habet, unde Parrocho alimenta concedat. Tunc Superior, ſi virum doctum non reperiat, qui velit tenue illud beneficium admittere, tuta conſcientia poterit eò indoctum mittere: præſtat enim, ut infãtes baptizentur, & infirmis adminiſtrentur ſacramenta, quàm ut deſerantur omninò, & illi ſine baptiſmo, & hi ſine abſolutione moriantur.

An in oppidis miſeris & pauperrimis poſſint viri indocti ad audiendas confeſſiones exponi?

Sed hic obiter nota, conſiderandum eſſe, unde veniat paupertas: vel enim tantis à Principe tributis onerantur ruſtici, ut ſibi non poſſint ſufficere: vel tanta penſione illud beneficium gravatur, ut vix neceſsaria ad vitæ ſuſtentationem maneant: vel ager eſt ſterilis, & pauci incolæ, & ideò Parrochum ſuſtentare non poſsunt. Si primum ſit in cauſa, peccat Princeps; ſi ſecundum, Pontifex: nam tributa & penſiones non debent contra cauſam Dei militare: ſi tertium, oportet habere patientiam, & illos miſeros meliori modo, quo poſſimus, juvare.

Conſiderandũ eſt, unde veniat paupertas. Et, ſi ab aliquo illa homine proveniat, iſte quicunque ille ſit, tenetur adhibere remedium.

Hos quatuor caſus cum limitationibus ſuperiùs poſitis, admittunt Viri docti communiter: ita docet Petrus Hurtado *diſp.*10.*diff.*15. Thomas Hurtado *tom.*2. *tract.*12.*cap.*9 §.2.*dub.*4. *num.* 2068. Suarius *diſp.*8.*ſect.*2.*num.*6. Lugo *diſp.*21. *nu.* 73.*&* 74. Coriolanus 1.*part.ſect.*2. *art.*1.*n.* 25. & alii.

Aſſertio III. *Quátuor ſunt, quæ, antequam audias confeſſiones, debet Confeſſarius preſcire.*

Quænam ſint, quæ debeat ſcire Confeſſarius antequam ad audiendas confeſſiones accedat?

Primum, an peccata, quæ communiter perpetrari ſolent, ſint venialia, aut mortalia?

Secundum, An peccatum ſit ſimplex, aut duplex; An videlicet, conjugatus, qui alius uxorem habuit, unum, aut duo adulteria commiſerit?

Tertium, Quænam circumſtantiæ mutent ſpeciem, & quænam tantùm aggravent; ut, ſi decem aureorum furtum, à

furto

furto ducentorum diſtinguatur ſpecie.

Quartum. Quibus peccatis ſint teſtitutiones, excommunicationes, aut irregularitates adnexæ.

De rarius contingentibus culpis.

Hanc ego ſcientiam poſtulo de peccatis, quæ communiter committi ſolent nam de rarioribus, & difficilioribus ſatisfaciet, ſi dubitet, doctiores conſulat, & majori poſtea adhibito ſtudio, & conſilio ſententiam ferat. Audi Lugonem, qui *diſput.* 21. *nu.* 71. ſic ait. *Hinc infero primò non requiri, quod Confeſſarius de omnibus, quæ audit à Pœnitente, judicet, an ſint peccata gravia, vel levia: immò neque an ſint, vel non ſint peccata; ſed de communibus* (N. B.) *reliqua verò audiat, & intelligat, & poſtea abſolvat cum debita intentione.* Ita D. Thomas *in* 4. *diſt.* 17. D. Bonaventura *ibid.* Navarrus *cap.* 4. *num.* 8. *&* 9. & *diſtinct.* 6. *de pœnit. cap.* 2. §. *Caveat. num.* 21. Sylveſter *verb. Confeſſor.* 3. *num.* 13. Suarius *diſp.* 28. *ſect.* 2. Vaſquez *qu.* 93. *art.* 3. *dub.* 1. Bonacina *diſ.* 5. *qu.* 7. *punct.* 4. §. 2. *num.* 12. Reginaldus *lib.* 1. *nu.* 157. *verſ. itaque.* Ochogavia *tract.* 2. *qu.* 38. *nu.* 2. Leander *tr.* 5. *diſp.* 11. *quæſt.* 106. *&* 109. Petrus Hurtado *diſput.* 10. *diff.* 15. Thomas Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 2 § 2 *dub.* 4. *num.* 2068. & alii communiter: qui omnes, ſicut rerum, quæ communiter accidunt, claram cognitionem requirunt; ita contenti ſunt, ſi de cæteris, quæ rarius eveniunt, & ſunt difficiliora, ſciat dubitare, libros aut homines doctiores conſulere: Et hæc ipſa propoſita à Lugone doctrina ſequentem patitur difficultatem; videtur enim caſus propoſitus non eſſe poſſibilis, nam Confeſſarius debet judicare de peccatis: hæc autem talia non ſunt, quia Confeſsarius hanc vel illam opinionem habet; ſed quia pœnitens illa magna perpetratit conſcientia: ergo quidquid Authores unius argentei dicant, quidquid de eodem Confeſsarius opinetur aut non, ſi pœnitens furatus fuit unum argenteum, judicans ſe peccare mortaliter, peccatum mortale commiſit. Confeſsarius igitur, quia Iudex & Magiſter eſt, ut Iudex debet pœnitentis dictamen examinare, & juxta illud ſententiam proferre: & ſi fortè erroneum & improbabile ſit, ut Magiſter debet pœnitentem inſtruere, ne impoſterùm allucinetur.

Peccatorum gravitas non à Confeſſarii mente, ſed à pœnitentis dictamine, quod vel habuit, vel habere debuit, deſumitur.

Aſſertio IV. *Tanta ſcientia requiritur in eo, qui à ſuo juſſus Prælato audit confeſſiones, ac in illo, qui ſe obtulit.* Ita Leander *tom.* 5. *diſp.* 11. *quæſt.* 8. qui Navarrum *cap.* 4. *num.* 9. *&* 10. Suarium *diſp.* 8. *ſect.* 2. *num.* 7. Lugonem *diſp.* 21. *num.* 72. *pag.* 513. Hurtadum *diſp.* 10. *diff.* 15. & Vaſquez & Reginaldum apud ipſum, adlegat aſſeritque *Crites*. ſententiam hanc eſſe communem: tametſi oppoſitam habuerit Sylveſter *verb. confeſſ.* 3. *num.* 14. & D. Antonius, 3. *part. tit.* 17. *cap.* 16. & apud ipſum Paludanus, Durandus Ord. Minorum, Albertus, D. Thomas, &c.

De ille, qui ſua ignorantia confeſſus à Prælato ad audiendas confeſſiones exponitur.

Et eſt evidens Aſſertionis ratio: nam in Confeſſario ſcientiam jus naturale requirit, in quo nulla humana diſpenſat authoritas. Ergo in utroque Confeſſario ſcientia æqualis exigitur.

De ſcientia & pietate Confeſſaris.

Aſſertio V. *Non eſt caſus poſſibilis, in quo habeat locum illa quæſtio, quæ interrogat*, An ſi non inveniatur Confeſſarius idoneus ſcientia & conſcientia, tutius ſit confiteri habenti conſcientiam, quàm ſcientiam?

Utra præferri debeat?

Conſcientiam ſcientiæ præfert Fabius *in Scrutinio Sacerdot. part.* 2. *pag.* 495. *& in alia edit.* fol. 85. Hanc ſententiam probabilem judicat Leander *tract.* 5. *diſp.* 11. *q.* 110. nam oppoſitam, quam amplectitur, vocat probabiliorem.

Dixi caſum eſſe impoſſibilem, nam hic non agitur de caſu, ubi unicus tantùm Confeſſarius ſit: quia datur electio inter unum & alterum, ergo in præſenti caſu repugnat, quod ille, qui idonea ſcientia caret, habeat bonam conſcientiam, nam ut Aſſert. 1. oſtendimus, mortaliter, ſi audiret confeſſiones, peccaret. Ergo quæſtio, ut de re poſſibili ſit, debet ſupponere utrumque idoneum eſſe, & alterum, præter ſcientiam communiter requiſitam habere rerum Moralium profundam & claram notitiam, ſed agere vitam laſcivam v. gr. alterum verò præter ſufficientiam doctrinæ habere vitam ſanctam & exemplarem. In hoc caſu ſtabo à Leandro, quoniam ratio id poſtulat & firmat S. Thereſiæ authotitas, quæ ſuis ſuadet Monialibus, ut doctrinæ excellentiam in Confeſſario, & non ſanctitatem requirant. Vbi enim aliquis conſilio indiget, ſcientia Magiſtri indiget, non autem vitæ ſanctitate, ut conſulentem dirigat & inſtituat.

S. Thereſiæ authoritas.

SECTIO II. Iuridica.

An tata conſcientia Vir ignorans eſſe poſſit Conſiliarius, aut Iudex?

An Scientia in Iuſtitia Adminiſtris neceſſitas ex Iure Natura naſcatur?

SCientiæ neceſſitas, quæ in Confeſſario requiritur, ex Iure Naturali naſcitur, non autem ex Canonico, ut bene nos docet Leander, *tract.* 5. *diſp.* 11. *quæſt.* 8. Sed idem Ius Naturale, quod conſcientiæ providet, habet curam honoris, divitiarum & vitæ. Ergo ſimiliter ac in Confeſſariis ſic etiam in Conſiliariis, Iudicibus, (aut etiam Medicis) ſcientiam ſufficientem requirit. Ergo, poſtquam de Confeſ-

ſarii ſcientia diſſeruimus, Analogia nos manuducet, ut de aliorum ſcientia diſſeramus. Sit itaque

Virū in Neceſſitatis caſu poſſint ignorantes judicare aut conſulere?

Aſſertio I. *Qui idonea ſcientia deſtitutus extra caſum neceſſitatis, in re gravi Iudicem vel Conſultorem agit, peccat mortaliter.* Quando, dico, extra caſum neceſſitatis, volo uberioris doctrinæ gratia alterum ab altero caſu diſtinguere, non contraponere, quoniam in neceſſitate qui ignorans eſt, tacere debet, & non poteſt proximum in errorem ſeducere. Eſt evidens; quoniam Iudex ignorans, ut ut fortè aliquando juſtam ſententiam ferat, ſemper feret injuſtè: nam Andabatarum ritu aërem verberans, neſciet quid debeat aut non debeat decidere. Seneca *in Med.*

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,

Æquum licèt ſtatuerit, haud æquus eſt.

Utrùm poſſit Iudex æquam ſententiam iniquè pronunciare?

Scivit ergo Seneca dari caſum in quo quis iniquè æquum ſtatuat, puta; ſi alteram tantùm partem audierit. Ergo à fortiori qui neutra audita ad ſententiam procedat. Sed qui rem non intelligit partes virtualiter non audit: hoc eſt ita ſe habet, ac ſi illas non audiſſet: ergo etſi æquum ſtatuat, iniquus eſt. Porrò imperitus Iudex, ſi agatur de opibus, ſe exponet errandi periculo, & ignorantia ſua legitimum dominum interdum bonis exſuet, & raptorem inveſtiet. Si de crimine agatur, aut capite aut alia pœna innocentem damnabit: aut Reipublicæ hoſtem (tales ſunt, qui ſuis criminibus illam perturbāt) quem tollere de medio debuit, permittet vivere. Si de honore, virum interdum probum declarabit infamem, & ſceleratum capacem dignitatum: nam ut cum Horatio loquar, quando ignorantes ad ſubſellia adſumuntur, *Dat veniam corvis, vexat Cenſura columbas.* Vnde Auguſtinus *de Civit.* 16. exclamat. *Ignorantia Iudicis plerumque eſt calamitas innocentis.* S. Gregorius *in Eccl.* 7. *Glor.* conſonat dicens. *Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro qualitate virium curam aliorum ſuſcipere; ne dum delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis author ruinæ.*

Quàm multa mala ex Iudicis ignorantia oboriantur?

An Princeps peccet promovendo ignorantes?

Corollarium I. *Ergo Princeps (Eccleſiaſticus, aut ſæcularis ſit) mortaliter peccat, ſi ignorantem ad ſubſellia promovet, aut qualitercumque judicare præcipit, aut permittit.* Colligitur ex Aſſertione: quia eſt peccati cauſa: & quia ſubditus ignorans non judicaret, ſi à Principe non adſumeretur, Princeps erit cauſa culpæ primaria, & erroris perpetrati reus.

Corollarium II. *Ergo tam Iudex, qui injuſtè judicat, quàm Princeps, qui eum promovit, aut in officio tolerat, omnia damna quæ ex hac ignorantia proveniant, reſarcire tenebuntur.* Debebunt ergo reſtituere parti læſæ pro qualitate injuriæ illatæ, & abſolvi non poterunt, niſi reſtituant.

An ad reſtitutionem teneantur?

Ergo ſunt in magno periculo Principes, ſi togas forenſes, vel vendant, vel dēt in dotem, vel conferant Procerum filiis. Rarò enim, qui hac via promoventur ſunt docti, & cauſas poſteà dextrorſum ſiniſtrorſum decidunt. Qui togam emunt (hiſp. *la garnacha*) pecunias datas recuperare volunt: & quia eorum promotio fuit in peccato originali concepta, avaritiam inflammat: & qui ex ſtipendio vix poteſt vivere, furta & extorſiones *fructus induſtriæ* vocat, ut pecunias, quas cum publico damno Princeps fuit furatus, recuperet. Qui in dotem togam habuit, taxatam tot millibus ducatis recipit: & ideò in ipſamet promotione habet moralem quamdam prædeterminationem, ut quanti fuit in dote taxata dignitas, à clientibus impudenter extorqueat. Filii Procerum non ſunt paucis contenti; & quia multa ex jure non habent, quæ volunt, per injuriam adquirunt. Ergo debeo dicere iterum, *in magno eſſe æternæ damnationis periculo Principes, qui togas forenſes, vel vendunt pretio, vel dant in dotem, vel conferunt Procerum filiis.*

An, & cur Iudicum officia nequeant vendi?

La garnacha Hiſp. Senatoris toga.

An filii Procerum ad tribunalia promoveri debeant?

Dices etſi vendantur, aut in dotem dentur, aut Procerum filiis conferantur, ad indoctos pervenire non poſſe: nec enim togam poterit emere, aut puellam illam ducere, aut titulo nobilitatis adſpirare, qui non ſit dignus. Sunt verba: & demonſtrat experientia contrarium. Multa in hujuſmodi promotionibus ad pompā, multa ad fucum peruntur: ſed eadem, ſi deſint, à pecunia ſupplentur: & qui majorem dederit, non carebit officio. Non ſumus apud Braſſilos nati: Europæi ſumus: Hiſpaniam, Galliam, Belgium, Germaniam, Bohemiam, & Italiam luſtravimus, & ſicut veneramur multos, qui ab Vniverſitatibus adſumpti, & Iudiciis admoti, cum honore Principum, & utilitate Reipublicæ cauſas expediunt; ſic etiā ſcandalizamur videntes aliquos (& fortè multos) qui per gradus, quos impræſentiarùm reprobamus, ad Senatum ſe ſubripiunt. Sed in hoc non ſemper debet Princeps immediatè damnari, quia per miniſtros talia interdum committuntur facinora. Conſultò illud *immediatè* poſui; nam ſi miniſter & non Princeps indignos ad ſubſellia promoveat, & ideò immediatè incriminari nequeat; quia tamen miniſtro indigno & ſubornato regimen provinciæ commiſit, excuſari non poterit. Huc pertinent

An merita ubi officia venduntur, pecunia numerata ſuppleantur?

An excuſari Princeps poſſit ob miniſtrorum inſolentiam?

nent Hiſpaniæ lachrymæ, quam ſub Carolo V. Monſieur de Xeures vendendo officia exſpoliabat turbabatq; Spoliabat, inquam, tanta impudentia & inſolentia, ut Hiſpanos publicè ſuos Indos diceret, tam intolerabili aviditate, ut etiam hodie cùm nummus aureus occurrat, ſoleamus dicere,

De Monſieur de Xeures.

Doblon de dos carat
En hora buena eſtedes,
Pues no os ha viſto
Monſieur de Xeures.

Quanta ſub Carolo V. avaritia & temeritate ſpoliarit & turbarit Hiſpaniam?

quoniam ſi vidiſſet, procul dubio rapuiſſet. Perturbabat etiam tanta crudelitate, ut utraque Caſtella ſuarum obligationum oblita in dementiam acta coacta fuerit arma ſumere, ut ab iniqui miniſtri invaſione ſe poſſet quoquo modo defendere.

Addes Procerum filios non fieri Senatores ſed Præſides; & hos, modò Aſſeſſores peritos habeant, non egere doctrina. Porrò, ſi hi doctrina non indigent, nec eis Reſpublica indiget. Ergo fruſtra magno ſtipendio tolerantur, & theſauros Reipublicæ exſugunt. Hæc ergo extinguantur Officia; & illorum ſalaria in alios uſus convertantur. Præterea, *Aulas* vocamus Tribunalia, in quæ Regia Curia dividitur, & occlamare auderem, *Præſidis exemplo quævit corrumpitur Aula*. Denique Præſidis dignitas non eſt ſuperflua. Sicut Paſtor ovibus, & Abbas monachis, ſic Præſes ſenatoribus debet invigilare: nulli Aulæ determinatæ adſcribitur, quia debet ſemper imperio, & interdum præſentia, univerſis adſiſtere. Cauſarum omnium, quæ ventilantur, convenientem cognitionem habere: examinare, an debitis temporibus Patres Conſcripti interveniant? an Clientes & eorumdem Patronos domi ad audientiam admittant? An cauſarum exitum ſine cauſa morentur? & tandem, quod primo debuiſſem loco dicere, An recipiant munera, & vendant vota? Quæ omnia non poſſunt præſtare imperiti.

An Procerum filii ad Senatũ adſumi debeant?

De officio Principis vel Præſidis.

Aſſertio II. *Non eſt caſus poſſibilis, in quo neceſſitas imperitum Iuriſconſultũ (Advocatum, Aſſeſſorem, Conſultorem, Senatorem, Iudicem, &c.) excuſet.* Saltem eam non reperio: nec facilè poterit proponi ab alio. Memini Balthaſſarem Moretum, mihi oſtendiſse Scaligeri literas, in quibus erat Civile Monitum, quod plurimis prodeſſe poterit. *Abiit Lugduno Lipſius, vacat cathedra, nec allus ſe reponere eſt auſus. Obiit Lovanii Lipſius, vacat cathedra, nemo permittatur reponi: præſtat enim non habere, qui publicè ſapiat; quàm habere, qui publicè deſipiat.* Sacramentalis Abſolutio, & ſententia Forenſis, non ſunt in eodem gradu neceſſitatis: illa eſt neceſſaria, hæc ad melius: non ergo hæc, ſi ad pejus ſit, admitti debet.

Utrùm caſus neceſſitatis ſit poſſibilis, in quo vir indoctus poſſit Iudicem aut Conſiliarium agere?

Quatuor illi caſus, qui locum habuere in Confeſſario indocto, in Iudice indocto non habent, *Non primus* quoniam in articulo mortis ſive cliens, ſive Iudex ſit citò moriturus, non urget neceſſitas, ut ſententia imperitè feratur: quæ hodie non fertur ab indocto, cras poterit à docto ferri. *Non ſecundus*, nam .n. Iuriſta, qui in remotis provinciis peregrinatur, caret authoritate ut ſententiam pronunciet: qua Sacerdos in caſu, ut abſolvat pænitentem, non caret. *Non tertius*, ſcientia enim Clientis defectum ſcientiæ, quo Iudex laborat, non ſupplet: aliàs enim leges permiſiſſent, ut Viri docti ſibi privatim jus dicerent, quin publicam ſententiam expectarent. *Manet quartus*, qui fortè videretur poſſibilis. Sunt enim pagi miſeri, rerum indigi, qui Iudicem doctum alere nequeunt: ergo ſaltem illis dari indoctus poterit, qui tenui ſit ſtipendio contentus. Hoc autem ego nego, nam poſſunt inter ſe controverſias amicè per cognatos componere; aut rẽ cõtroverſam dividere; aut etiam ſorti committere. Et, ſi hæc nõlint cùm nullũ ſit in mora periculum, poterũt ad Civitatem ire, doctos conſulere, etſi convenire non poſſint, ad tribunal recurrere.

An Caſus, propter quos indocti Confeſſarii admittebantur, in Iudicibus, conſiliiſ-ve locum habere poſſint?

Iudex extra provinciam ſententiam pronũciare nõ poteſt.

Leges publica privatam juſtitiam non tolerant.

Quid debeant pauperes facere cum nõ habeãt Iudicem, ad quem poſſint recurrere?

Aſſertio III. *Advocatus, antequam patrocinetur; Conſultor, antequam conſilium præbeat, Iudex, antequam ſententiam proferat, debet ſcire, quid Iura Communia per Patria contracta determinet: & quid in facto ſit, & quid juſtè aut injuſtè petatur.* Hæc non debet in promptu habere: ſed ſufficit communia & paſſim obvia negotia perfectè & exactè cognoſcere: & in cauſis rarioribus & difficilioribus, tantam legum habere notitiam, ut ſtudendo & Scriptores Claſſicos recognoſcendo ſecurum poſſit conformare judicium.

Quid Advocatus, Iudex, & Conſiliarius, antequam loquantur, debeant facere?

Aſſertio IV. *Tanta ſcientia requiritur in Iudice, qui juſſus ſententiam pronunciat, quàm in illo, qui ultro ſe obtulit & ſolicitavit, ut ad ſubſellia adſcenderet.* Patet, quin juſtitia ex jure naturali poſtulat, ut per ſententiam judex tribuat unicuique quod ſuum eſt. Non ergo Principis juſſio injuſtitiam poterit cohoneſtare. Ergo qui neſcit, quid leges unicuique accenſeant, & ideo nec poteſt unicuique adjudicare quod ſuum eſt, à Principe promoveri non poteſt.

An inter Iudicem, qui coactus pronunciat, & illum qui ultro ſe offert, differentia quo ad ſcientiam & capacitatem reperiatur?

Aſſertio V. *Non eſt caſus poſſibilis, in quo habeat locum illa Quæſtio, quæ interrogat,* An ſi non inveniatur judex, qui ſcientiam & conſcientiam ſufficientem habeat, tutius ſit doctum improbum eligere, quàm indoctum probum?

De Scientia, & Conſcientia. An utraque in Iudice requiratur?

Iudices doctos & improbos multos cognoſco: at poſſe in mundo reperiri Iudicem, qui indoctus & pius ſit, nemo erit, Rhetorica tam efficaci præditus, ut id mihi perſuadere valeat. Si enim indoctus eſt & tamen judicandi dignitatem admittit, peccat mortaliter, & ſe eſſe impium, & improbum evidenter oſtendit.

Quando de ſcientia & conſcientia quæritur, non debent peccata confundi: nam doctus vir, etſi ebullientis ætatis non refrænet ardores, & fragiliter peccet, modò in officio ſit integer, & nec muneribus, nec minis, nec precibus corrumpi velit, ſine damno Reipublicæ poterit ad altiora promoveri. Vnde cum Præſes N. Regis juſſu deponeretur, quod haberet amaſiam: conquerebatur dicens, *Si permiſiſſem vel ſemel, ut ipſa pro aliquo negotio intercederet, laudarem Regis ſanctiſſimam reſolutionem: ſed, ſi eſt illa omnium cauſarum exſors, unde hæc depoſitio poterit juſta cenſeri?* Interim Decretum illud Regium juſtum fuit ob ſcandalum: juſtum ob periculum: nam hominum fragilitas multum amaſiis defert, &, ſi Iudex laſcivus ſit, nulla erit in judicio ſecuritas.

Aſſertio VI. *Non toleres magno ſtipendio Iudicem Rex, ut in materia probabili ſit Arbiter, & ferat ſententiam, quam velit.* Corollarium. *Ergo à fortiori non toleres, ut votum vendas, & ex probabilitate diſceptet.*

An Iudices ſententias poſſint vendere, ſi iura probabilia ſint?

CRITAE,

SEV,

IVDICIS

INDEX VERBORVM.

A

A *Præpoſitio, unde ducatur?* 114.b
Adoro *eſt* Loquor. *Eſt etiam* Precor. 174.b. *Eſt* ad ora admoveo. 175.a
An & cur animantes adorare *dicantur?* ibid.
Æquivocatio, *quid importet?* 10.a
Amphibologia & Idolatria, *cujus linguæ voces ſint?* 2.a
Amphiaolologia, quot modis poſſit accidere? 2.b
De Amphibolologia & Metaphorâ. 105.b
De Appellatione Adverbiorum. An in ipſâ habeat locum Reſtrictio? 42.a
Articulus, quæ Figura apud Rhetores ſit? Unde Oratio reſtringatur, voceſque ad proprios locos revocentur? 127.a

B

B *Et* ם *quid importent?* 114.b
Nomen Bos, *an in Dativo & Ablativo habeat* Bobus? *An expungi debeat & loco ipſius poni* tauris *vel* bubus? *In* bobus *prima longa, & cur?* 30.a.b

C

C *Quid ſignificet in Notis? Quid inuſta ſervo? Quid in Nobilium calceis?* 114.b
Catz *apud Belgas, quid? & quid ſignificet apud Hiſpanos* Cazo? 202.a

D

DO, *Græcè* Δόω, *Hiſpan.* Doy, *quas ſignificationes habeat?* 153.a. *Caſus duo proponuntur.* ibid.

E

EST *an ſignificet* comedit? *An & quando æquivocum ſit, & quando non? An illud Reus ſumere in alterâ ſignificatione?* 103.b

F

FAllo *quid ſit?* 42.b
Nomen Fides *ſumitur æquivocè.* 133.b

H

ה *Quomodo in linguâ Hebraicâ proferatur?* 184.b
Hodie *quid ſignificet?* 41.b
Horiſe, *quid ſit?* 209.a

I

INnovare *quid ſignificet?* 124.a
Interrogatio, quomodo apud Grammaticos Reſponſionem determinet? 15.a
Juro *apud Hiſpanos nomen & verbum eſt.* 3.a

L

LArgo *Hiſpanorum & Italorum vox, quomodo contrahatur?* 172.b
LEVI, *an* additus *ſeu* adſumptus *ſit?* 134.a
Litera ſalutaris, & Litera nociva, quæ? 114.b

M

MEſſias, *unde dicatur?* 26.a
Μετάνοια, *quid ſit?* 112.b
Metaſemaſia, quid ſit? 20.a
Vox mortuus *virtualiter ſumpta, quid ſignificet?* 55.b

N

NIhil ſignificare, *quid ſit?* 142.a
Nihil & Nihilum, *an ſignificent aliquid? Vox* Nihil *poteſt ſumi in vario ſenſu.* ibid.
Niſus *quid ſit?* 4.a
Nomen æquivocum reddit orationem ancipitem. 3.a

O

OCcidere quid ſit? 90.a
Oratio amphibolologa, an plura ſimul ſignificet? 4.b

P

PErſuadere *à* Suadere *differt.* 226.b
Voces Pir, Sceich, *&* Iman, *quid ſignificent?* 188.a
Pollicitatio, *unde dicta ſit?* 44.a
Προσκυνέω, *quid ſit, & unde proveniat?* 175.a

R

RASE THEBOTH, Capita dictionum, *quæ ſint?* 13.a
Reſpondere *&* dicere, *an & quomodo differant inter ſe?* 37.b

S

SAha *Radix, unde* Hiſthahe *in* Hithpahel, *quid ſit?* 175.a
Scire quid ſit? 42.b
Siſar, *quid ſit?* 53.a
Sol, cur vocetur mitra? 180.a
Soror *quid ſignificet? Abrahami hiſtoria dilucidatur.* 7.b
Stips, *quid ſignificet? An non ſolum pauperes, ſed & Principes ſtipem poſtulent?* 18.b
Suſpendere *quid propriè ſit?* 41.a
Suſpenſio *duplicem habet ſignificationem, Illas Julianus Apoſtata confundebat.* 34.a
Syllaba brevis, an poſſit protrahi? An longa corripi? 189.b

T

TAcere *differt à* Falſum dicere. 104.b
Tribus *unde dicatur? Quid ſignificet?* 67.a
Tribus, an & quomodò declinetur? 67.a

V

VOX æquivoca quid ſit? 203.b

Y

Ὑψιλόν, *quomodo pronuncietur?* 189.a

CRITAE,

SEV IVDICIS

INDEX RERVM.

A

ABbas, qualis erga Monachos eſſe debeat? 70.a

Abortum procurare, an liceat? 160.a

Verbum *Abſolvo* debet reſtringi, non indiget verbis, ut reſtringatur. A loci circumſtantiâ reſtringitur. Eſt ad peccata & cenſuras indifferens, & ad has, illas, aut utraſque per verba Confeſſionis contrahitur. 117.a. Poteſt ſimul abſolutionem à cenſuris, & abſolutionem à peccatis ſignificare. 117.a

Abſolutio, an & quomodo per locum reſtringatur? 116.a Ut de hoc aut illo ſit, per ſubjectam materiam reſtringitur. 117.a

De Abſolutione. Quâ verborum formulâ conferatur? De pronomine *Ego*. An ad formæ eſſentiam & ſubſtantiam pertineat? Quid dici deberet, ſi hebraicè hoc Sacramentum Pœnitentiæ conferretur? An participium, quod perſonis caret, per ipſammet operationem ad primam perſonam reſtringatur? De pronomine *Te*. An ſit in abſolutione ſubſtantiale? 114.a. An vocula *Te* in voculâ *Tuis* includatur? Unde reſtringatur verbum *Abſolvo*, ut debeat ſubaudiri illud *Te*, etſi non exprimatur? 114.b. An illud *Te* probabiliter omitti poſſit? 115.a. P. Paludani ſententia. Unde verbum *Abſolvo* ad Soti & Paludani mentem reſtringatur? De voce *omnibus*. An eſſentialis ſit? An ſine illâ Sacramentum ſit validum? 115.b. De particulâ *Tuis*. An neceſſaria ſit & eſſentialis? De voce *à peccatis*. An neceſſaria ſit? 116.a. An ſufficiant hæc verba *Abſolvo te*? 116.b. An forma *Abſolvaris à me*, ſit valida? An ſolâ adlucinatione ſuadetur? De formâ *Abſolveris à me*. An valeat? De particula *à me*, ſi non exprimitur, an ſubaudiatur? 118.a

Abſtinentia à carnibus, quid præſtet? 194.b

Acceptario, an ad Pollicitationem requiratur? 43.b

Acceptionis diviſio. 69.a

Acceptio Realis, quid ſit? 69.a

Acceptio Perſonarum, quid ſit? 75.b. Committitur in materiâ Juſtitiæ. An dividatur in diverſas ſpecies? Cur paſſim Acceptionis Perſonarum nomine Theologica intelligatur? 69.b. An in Prædeſtinatione inveniatur? 77.a. An ex ſæcularibus Tribunalibus ad Eccleſiaſtica tranſiverit? 73.a

Accuſatio aut Denunciatio, quid ſit? Illarum differentia. An fraternam correctionem requirant? 83.a. An in ſcriptis fieri debeant? & an de materiâ levi poſſint inſtitui? 83.b. Modus, quem in accuſationibus obſervabant Antiqui. Quot fuerint olim Judices? An hodie unicus ſufficiat? 86.b

De Accuſatione & Correctione fraternâ. An mentiatur, qui accuſat reum de crimine ſecretè commiſſo? 158.b

Accuſator, qui accuſaturus advenerat, an poſſit accuſandi munus exonerare in Fiſcalem, & demum in Teſtem admitti? 87.a

Accuſator iniquus & falſi teſtes, an occidi poſſint? 161.a

Actiones ſuppoſitorum ſunt, & non inſtrumentorum aut formarum. 148.a

Actor quis nominetur? 86.a

Actus unus & idem, an poſſit ſimul bonus & malus eſſe? 237.b.

Actus, qui ſint philoſophicè mali, an dentur? Quid requiratur, ut actus ſit malus Theologicè? 69.b

Actus humani quoad Deum & quoad nos conſiderantur. 35.b. Cur alii mali & peccaminoſi ſint, & alii careant malitiâ, & ſine peccato eliciantur? 51.a

Acurſius, an & ubi Bartolus ſit præferendus? 242.b

De Adulteris & percuſſoribus notoriis. 24.a

De Adulto ordinato, qui nolit ad Caſtitatẽ obligari. 132.b

Advocatus in initio cauſæ, an poſſit adſumi in Judicem? Quid ſi non in illâ causâ Advocatus fuerit? 82.a. Qualiter erga Clientem teneatur? 245.a. An poſſit illum ſecundùm propriam ſuam, ſi ſit ſingularis, opinionem inſtruere? An & quando peccet, & ad reſtitutionem teneatur? 245.b. Advocatus, Judex & Conſiliarius, antequam loquantur, quid facere debeant? 251.b.

Ægri quid, & quid laſcivi facere ſoleant? 30.a

Ægroto, an poſſit morbi ſtatus aperiri? 221.a. Eum ita decipere, ut neceſſaria ad Animæ ſalutem omittat, an mendacium pernicioſum veriùs quàm officioſum ſit? 238.a. De Ægroto, qui ſe ἀκέφαλον eſſe dicebat, quomodo à Philotimo fuerit curatus? 222.a. De altero, qui vaſtiſſimæ molis naſum ſe habere delirabat. Quâ arte fuerit curatus? 224.b. Ægroti interdũ sũt taliter affecti, ut niſi decipiãtur, nullam medicinam admittant. 221.b.

Quos Græcus ἀπευγνωσμένους appellat, quinam ſint? 238.b. Ægrotis, quid pro vino dari poſſit? 320.a

Æquivocatio, & Amphibologia differunt. 2. a. An actu, an verò tantummodò potentiâ plura ſignificent? ibid. b. Æquivocatio an aliquando liceat, & aliquando non liceat? 9.b. An poſſit eſſe in his verbis, *Ego non utor æquivocatione*? ibid. An & cur in oratione bene examinatâ non poſſit relinqui? In disjunctivis à Pontificii Juris Regulâ tollitur. 11.a. Æquivocatio, quæ in ſomno invenitur, quando quæritur, *an ad mortem potiùs, quàm ad vitam pertineas?* An per mentalem Reſtrictionem tollatur? 56.a

Æquivocè paciſci cum hoſtibus (publicis aut privatis) an liceat? 11.b

Æquivocè reſpondens, an verùm dicat? 12.a

Æquivocum abſolutè poſitum, an ſtet pro famoſiori ſignificato? 116. a. Poteſt unum & idem & ſolet ſimul duas habere ſignificationes. 117.b. An & quomòdo poſſit duas res ſimul ſignificare? 168.b. An Æquivoco uti poſſimus cum hoſtibus publicis? Quid de latronibus & privatis hoſtibus dicendum ſit? 9. a. Ante reſtrictionem æquivoca nihil actu ſignificant, 171.b

Æſopi Fabulæ, & aliorum Parabolæ, aut Novellæ, quas vocant, an ſint mendacia? 231.b

Æternitas quid ſit? 41.b

Afflictus injuſtè an poſſit conqueri, injuriamque ſecretò revelare? 154.b

Albani Ducis nomen, quid apud Batavos importet? 187.b

Alburnus familiæ Æmiliæ Deus, 190.b

Alexander, cur ſe Jovis filium eſſe finxerit? 219. b. De ejuſdem duobus amicis. 19.b

D. Alvarus de Lunâ, an fuerit juſtè decapitatus? 150.a

Amenes in Republicâ, qui? 141.a

Amicitia habet terminos, ultra quos homines tranſire non poſſunt. 17.b

Amicitia vera, quæ & qualis? 17.b. An poſſit ad felicitatem aut tantum tempus reſtringi? ibid. Non eſt mẽdaciis conſervanda. 18.a

Amicus verus, quæ & qualia poſſit à ſuo Amico poſtulare? Qui cum damno alterius vult proficere, non eſt bonus amicus. 19.b

Amidæ Simulachrum: & alterum Tezcatlipucæ. Quid in eo fumus & ſpeculum importet? 201.b

Amuleta, quænam ſint? An permittenda? 237.a

Anaximenis ingenioſum Apophthegma. An fuerit officiosè mentitus? 7.a

P. Andreas Mendus laudatus. 173.a

Anima in corpore Porci, quid præſtet? 4.a

Animæ, an ſint immortales? 191.a

Animæ hominum, an in corpora brutorum tranſmigrent? 193.a.

An Animæ ſolæ Sanctorum, an etiam impiorum è corpore in corpus tranſmigrent? 194.a. An in bruta ferociora pro peccatorum atrocitate Animæ transfundantur? 194. a. An Beatorum Animæ arboribus annoſis infundantur? 188.a. De Animarum tranſmigratione. 191.a

Anubis, qualis Dea? 187.a

De Aphoriſmi Hippocratici verâ lectione & interpretatione. 222.a

Apollo Juriſprudentiæ Deus, 231.b

Apoſtoli, an fuerint loquuti *ut quod*? An etſi loquuti ſint *ut quo*, Deus per ipſos ſit loquutus *ut quod*? Non ſemper operantur *ut quo*. 150.b

Appellatio, an in cauſis notoriis poſſit interponi? 23.b. Cur fuerit inſtituta? 24.a

Approbatio verbis & factis poteſt fieri. 63.b

Aqua glaciata, an ſit nociva? 220,a

Aquâ luſtrali ſuperſtitiosè utebantur Gentiles, & nos hodie utimur Religioſi. 200.a. Quàm ſit antiquus ejus uſus in Eccleſiâ Catholicâ? ibid.b

Arabes ſacrificuli, quibus verbis è turri clamantes, populum ad ſuas Meſquitas convocent? 203.b

Arbitrium liberum, quid ſit? 13.b

De Architectis. An eis mentiri liceat? 234.b

De Argumento ab authoritate. An in illo perſonæ dignitates, & non potiùs doctrina & prudentia ſint conſiderandæ & ponderandæ? 199.b

Ariſtoteles an in Logicâ habeat Modos ſuperfluos? 131.b An decircinanda multa ſint in Philoſophiâ? 132.a

Armar caballeros, quid ſit? 197.a

Artem alienam nemo tractare debet. 236.b

Aſſertio Verax, quid, & quid Mendax? 211.a

Attributa Angelica, qualia ſint? 13. a. Attributa præcipua Divina, quænam hominibus ſint communicata? 225.a.

Author, cur de Regulâ Benedictinâ diſſeruerit? 72.a. Cur in primâ Editione hujus Libri non voluerit mentem ſuam per Aſſertivas Concluſiones exponere? Cur, qui in primâ hujus Editione fuerant παλίμψεστοι in Cõcluſiones defendendas nunc tranſierint? 157.b. Authores, qui Concluſiones tuentur quas vocabam *Palimpſeſtos*, Et qui negant. 163.a

Authoritas nulla in Mundo creata eſt, quæ poſſit præcipere contra Decalogum. 23.a

Axioma, *Nemo dat, quod non habet*, an etiam in Moralibus & Politicis ſit admittendum? 80.b

Axioma, *E duobus malis minus eſt eligendum*, An in ſenſu activo ſit verum? 232.b. An ſaltem in ſenſu paſſivo? 233.a.

B

BAñez an bene Jura intelligat? 162.a

Baptiſmus ab Infideli celebratus, an & quando ſit validus? 32.a. De Baptiſmi formâ. An in eâ pronomen *Ego* neceſſariò ponatur? An valeat, ſi omittatur? An-ne quidem implicitè ſit neceſſarium? An expreſsè in verbo *Baptizo* pronomen *Ego* includatur? 109. a. An uti poſſimus participio loco verbi in Baptiſmo? An, quando, & cur in participio pronomen intelligatur? 109.b. De Baptiſmi formâ in linguâ Hebræâ. Et de eâdem juxta linguam Chaldaicam ſeu Syriacam. 109.b Græci quâ formâ in Baptiſmate utantur? Cur πρὸς ἐμοῦ *à me* ſubaudiatur in eorum Baptiſmo? Reſtrictio non à mente, ſed à perſonâ baptizante, & ab ipsâ operatione deſumitur. 110. a. Baptiſmi Sacramentalis forma, an poſſit dici recitativè? 165.a

Barclaji Argenides, qualis ſit ſine clavi, & qualis, ſi referretur, ſit? 15.b

Beatitudo vera, an in conjunctione Mentis & Veritatis conſiſtat? 181.a

Bellum ex utraque parte juſtum, an ſit poſſibile? 91.a. An dari poſſit? 98.b. An quando in eo unus hoſtis occiditur, omnes milites fiant irregulares? 101.a

Benedictini promittunt ſolam obedientiam expreſsè. 116.a.

S. Benedictus omnia prudentiæ, & nullâ voluntati Abbatis committit. 71.a. An contra Canonem Concilii Eliberini LXm. Idola confregerit in monte Caſſino? 178.a.

Beneficia, an minùs digno conferri poſſint? 243.b

Bibinuria Dea. Quid ſignificet *Bibi*? Quid etiam *Nur*? Quàm antiqua fuerit? 187.b

Biblia Sacra in vulgari ſcripta, cur interdicantur? 171.a

Bonitas & Malitia actuum humanorum, an à ſolâ intentione ſumatur? 215.b

Bonum an ſit ex integrâ causâ, & malum ex quocumque defectu? 225.b. An hoc axioma univerſim admittendum? 227.a

Datur Bonum adæquatum & inadæquatum. 229.b

Ob Bonum publicum facta, an ſint licita? 216.a

Bona particularium, an & quando, & cur Principi ſubſint? 24.b.

24.b. Bona, quæ oneribus civilibus in manu laici gravabantur, ſi Clerico in patrimonii titulum, ut Ordines ſuſcipiat, adſignentur, fiunt exempta; & ſi iterum ad manus Laici redeant, oneribus rurſus gravantur. Proponitur Juris Regula LXVIII. 65.b
Nomen *Bos*, æquivocum. Quis primus monetam bovis effigie deſignārit? Quid ſit *bovem in faucibus, aut in linguâ portare?* 30.a
De Brevi Pontificio Dubio. 28.b
Bruta & homines, an diſtinguantur ſpecie? 192.a. An actu bruta ratiocinentur? An mutis hominibus ſimilia ſint? An Deum cognoſcant, & pro hominibus orent, & veniam impetrent? 192.b. An illa occidere ſit peccatum? ib. Cur non ratiocinentur? 193.a
Burlas peſſadas, quid apud Hiſpanos ſint? 228.a

C

CÆremoniis infidelium, an & quomodo uti liceat? An cultus ab ipſa materiali cæremoniâ ſit ſeparabilis? 174.b. Per Cæremonias loquimur, & Religionem proteſtamur. 108.a
Campana ſymbolum prædicatoris, ſed cujus? 205.a. An mentiantur Campanæ? An blaſphemias, & ſacrilegas voces interdum evomant? Hæretici, an uſum campanarum approbent? An per eas mentiantur? 204.b. An & quomodo campanarum ſignificatio reſtringatur? 204.a. Quomodo ad diverſas ſignificationes illarum ſonus reſtringatur? De Temporis circumſtantiâ, An ſignificationem Campanarum reſtringat? 122.a
Canones Morales à quodam Pſeudopolitico accuratè deſcripti. 216.b
Cardanus, qualis fuerit? 239.a
Carmelitani Excalceati ſuam abſolvunt Eccleſiam Balloræ. Applaudunt Solennitati Mauri in dedicatione. 209.b
Carolus V. jubet, ne Mauriſci linguâ aut habitu Arabico in Hiſpaniâ utantur. 169.b. An poſſint, aut debeant interdici, quæ cum rebus malis & pernitioſis connectuntur per accidens? Ejuſdem Caroli V. intentio. 170.a
Cauſæ Civiles non negant criminalitatem, ſed ab illâ præſcindunt. 36.b
Cauſæ piæ, an à Jure Cæſareo regantur? 45.a
Cauſæ in Tribunali Inquiſitionis, quanto ſecreto agantur? 154.b
Cauſæ, ob quas homines fiant Monachi opinione Olalienſis Reginæ. 199.a
De Cauſis, quę per ſe, & per accidens ad effectum concurrunt. 11.b. Utris imputabuntur effectus? 12.a
Catamiti, qui & quales? 166.b
Catholici, an gentilium Idolorum imagines in noſtris vexillis habère poſſimus? 172.a
Cauterium quomodo applicetur? 225.a
Certitudo, an ex Probabilitate inferatur? 22.a
Characteres Nagerii, qui? 185.b
Charta de letitia, quæ? 157.b
CHODIA *Dominus* ab Arabibus ſumitur pro Deo. 185.a
Chriſtianus reformatus, qualis? 55.b
Chriſtianus, an poſſit infidelibus imperare? 177.b. Quando è Civitate in Civitatem fugere debeat? 178.a. An & quando Chriſtiani, &, an ſine peccato, pileum Judæi adſumant? An & quando Judæis Chriſtianas veſtes, & Chriſtianis Hebræas habere permittatur? 169.a
Chriſtiani Principes, an poſſint circa leges Infidelium decernere? 178.b
Chriſtus, cur Religioni utilis nominetur? Cur Mariæ Filius? Cur excellens, illuſtris? 206.a. An oret pro nobis & ſit noſter Advocatus in Cœlis? 206.b
An inter Chriſtum, & cæteros homines detur Analogia? 192.a
Chryſippus, cur non voluerit præeſſe? 235.a
Circumſtantiæ quænam in omni promiſſione ſubintelligantur? 30.b
Circumſtantiæ, quæ omnem privatam Interrogationem modificant, & in omni ſubintelligi debent, quæ, & quot? 148.a
De Circumſtantiis, aut terminis tranſcendentalibus, qui in omni oratione ſubintelligi debent. 14.b. De illis, quæ ſuccurrunt in omni colloquio, aut contractu privato. Quænam à Philiberto Epiſcopo adſignentur? An cum illis, quæ à nobis adſignantur, coincidant? 15.a
Ciſtercienſes, an in cauſis propriis teſtimonium perhibere poſſimus? 79.b
Citatio, an ſit de Jure naturali? 80.a. Nemo ante informationem ſemiplenam damnari poteſt. ibid.
Clauſula, quæ *Subordinari Deo creaturam* exprimit, univerſalis eſt, & tranſſcendentalis, & ideò non debet poni. 31.b
Clauſulæ obſcuræ, quo debeant modo declarari? 59.a
Cleomenes inducias inter ſe & Argivos initas non ſervat. An potuerit mentali reſtrictione excuſari? 49.b. Quid vox ἡμέρα in illo induciarum contractu importet? 50. An illi licuerit contractum æquivocum inire? 9.a
Clericus ab Exactore interrogatus, quomodo reſpondere poſſit? 33.a
Cobila, vel *Cublajus* quis fuerit? 209.b
El Coco apud Hiſpanos quid ſit? 187.b
Commiſi, & *Non-commiſi*, an ſint contradictoria? 87.a
Compenſatio occulta, an ſit tolerabilis? 45.b. An fuerit veteribus nota? 93.a. Hujus doctrina qualis ſit? 94.a. An qui ejuſdem prætextu rem ſubripuit, ſit denunciandus? An caſus ſit impoſſibilis? 85.a. Demonſtratur, ipſas occultas Compenſationes, etſi in foro interno eſſent licitæ, in externo eſſe ſummè periculoſas. 96.a
De Complice, An denunciare teneatur? 84.a
De Conceptione Virginis Matris Immaculatâ. 16.a. Commune in hac materiâ Scoti, & ejus Diſcipulorum argumentum. 16.b
Conciliare, quid ſit? 68.b
Concilium quid? & an, & quomodo differat à Conſilio? ibid.
Concilium, quid de Patrimoniis diſponat? & quid de Beneficiis ſtatuat? An, & cur utrorumque alienationem eſſe velit invalidam? 124.b
De Concilio Eliberino. 177.b. Ejus ſexageſimus Canon dilucidatur. 178.a
Concreta, an in Divinis differant ab abſtractis? 149.a
Conditio interdum pro *onere* uſurpatur. Quomodo tunc habenda? 142.b
Conditio valorem contractûs præcedit, onus ſequitur. 143.a
De Conditione futurâ contingenti. 141.b
De Conditione turpi, vel impoſſibili. 142.a
Conditiones aliquæ turpes, & impoſſibiles circa matrimonium proponuntur. 143.a. Eædem in Teſtamentis pro non adjectis reputantur. ibid.
Confeſſarius approbatus in unâ Diœceſi, in aliâ Confeſſiones audire non poteſt. Quo ſenſu verba Epiſcopi in licentiâ ſint intelligenda? 27.a. Confeſſarius eſt Judex, & Medicus. Quid, ut Judex, & quid ut Medicus teneatur facere? 34.a. Non poteſt interrogare de peccatis aliàs ritè confeſſis. 33.b. In Pœnitentiæ Sacramento de illis non interrogat. 78.b. An poſſit recuſari? 82.b. Quomodo procedere debeat? 89.b. An debeat interrogare pœnitentem? An hujus verba per verba alterius reſtringantur? Reſtringuntur Confeſſionis verba per pœnitentis ſtatum. Etiam per veſtes. Et tandem per notitiam ipſiuſmet Confeſſarii. 113.b. Si de pœnitentis peccato interrogetur, poſſit-ne tacere? An, qui taceat, nec aſſerere, nec negare cenſendus ſit? 144.b
An reprehendere interrogantem ſatis ſit? An mentiatur, ſi neget? Poteſt negare, & ſuam negationem juramen-

mento firmare, ſi opus fuerit. An & quando à Pontificum ſententiis diſſentire poſſimus? 145.b. Cur non mentiatur, nec ſit perjurus? An mentali aliquâ Reſtrictione ſalvetur? 146.a. An ritè diſpoſitum teneatur pœnitentem abſolvere? In Sacramento Pœnitentiæ abſolvit *ut quo*, & Deus *ut quod*. 150,b. An poſſit abſolutè negare? An reſtrictione uti debeat? An poſſit ſecretum Confeſſionis detegere? 151.a. Quænam ſcire debeat antequam ad audiendas Confeſſiones accedat? 248.b

Confeſſarius indoctus, qui, quando doctior non adeſt, moribundi excipit confeſſionem, & tamen illum ad reſtitutionem non obligat, an injuriam creditoribus inferat, & teneatur reſtituere? 248. a. De Confeſſarii ſcientiâ & pietate. Utra præferri debeat? 249.b. Verba Principis interrogantis Confeſſarium, quomodo reſtringantur? Quomodo Confeſſarii reſponſio eſſe debeat? 147.b. De Confeſſario authoritate publicâ interrogato. 146.a. De Confeſſario authoritate privatâ examinato, 147.b. Confeſſarii, an omnes ſciant de peccatis Typographorum judicare? 247.b. An caſus, propter quos Confeſſarii indocti admittebantur, in Judiciis, & Conſiliis locum habere poſſint? 251.b

Confeſſio Sacramentalis nullo modo revelari poteſt. 108.a

De Confirmatione, quâ formâ in eâ utamur? 110.b. Quænam in illâ verba ſint neceſſaria & eſſentialia? An, & quomodo differant *Signo*, & *Confirmo*? An hoc Sacramentum per paſſivam, & ſubjunctivum conferri poſſit? An qui illud ſic conferret, peccaret mortaliter? 111.a. Optativus rejicitur. Forma per paſſivam expreſſa, ad Indicatiuum reducitur. Unde in illâ ſit petenda Reſtrictio? Quæ verba audiantur, & quæ ſubaudiantur? ibid.

Confecrationis verba, an Sacerdotis, an Chriſti nomine dicantur? An debeant neceſſariò reſtringi? De opinione Scoti. An ſit improbabilis? an hæretica? An dentur & quænam ſint illæ Reſtrictiones totales? 138,b. De particulâ *enim*. An ſubſtantialis ſit? 139.a

Conſenſus conditionatus, quid ſit? Si ſit de futuro, ſi conditio eſt neceſſaria, cenſetur abſolutus. 141.b

Conſervator, an & quando poſſit recuſari? 23.b

Conſiliarii munus, quale? 68.b. Conſiliarii ſunt conſulentis inſtrumenta: audiunt occulta *ut quo*, non *ut quod*. 152.b. An poſſint minùs dignos proponere? 243.b

Conſilium quid ſit? 68.b

Conſtantinus, qualis fuerit? Quales ejus ſucceſſores? Quales illo ævo Epiſcopi? 177.a

Conſuetudo ut *antiqua* vocetur, quot annos habere debeat? 193.b

Contractus, unde dicatur? 47.a. An inter plures iniri debeat? An ſine vi & dolo debeat contrahi? 47.b

Contractus æquivocus, an mendacium contineat? 12.a. An ſit impoſſibilis? Cui imputandum, ſi fiat? 16.a. An ſit licitus? Uter habeat authoritatem reſtringendi contractum æquivocum & indeterminatum? 10.b

Contractus conditionatus, & onerofus, quomodo differant inter ſe? 123.b

Contractus æquivoci, an ſint disjunctivi? Cur in dubiis, & alternativis, aut disjunctivis penes debitorem ſit controverſiam reſolvere? 10.b

De Contractibus publicis, & privatis. 12.a. An omnes Confeſſarii illos intelligant? An Mercatores ſæpiùs inter licitos, illicitoſque ſciant diſtinguere? 247.a

Converſio Panis, & Vini in Euchariſtia, quomodo ſit nominanda? Neſciverunt illam Veteres Nomenclatores. an dici poſſit Transformatio? 136.b

Cornelius Tacitus, qualis fuerit? Quales ejus diſcipuli? 15.b

Coronæ in Monachorum capitibus, an mentiri poſſint? 122.b

Corpus mole infinitum, an deambulare poſſet? 42.a

Correctio fraterna, an & cur exulit à Societate Jeſu? 83.a

Correctio fraterna an debeat præcedere Denunciationem? ibid.

De Correctione culparum. 71.b

Creaturæ poſſibiles, an aliquod ad exiſtentiam jus habeant? 76.a

Crimen occultum, quando detegi poſſit? Et quando non poſſit? Et ſi quis detegat, an teneatur ad reſtitutionem? An detur caſus, in quo quis teneatur uti Reſtrictione Mentali? 155.a. Qui crimen occultum propalat, in quam Virtutem peccet? An debeat dici Veritas, ſiquis ſe eſſe divitem fingat, ut præpotentem fœminam decipiat, ut in uxorem habeat? 156. b. Qui crimen verum ſeu occultum detexit, qualem reſtitutionem debeat facere? 162. a. An poſſit, aut teneatur dicere, ſe fuiſſe mentitum? Quæ ſit germana D. Thomæ ſententia? ibid.

De Crimine Læſæ Majeſtatis. 66.a

Crimina honeſta, an & quæ dicantur? An ebrietas ad illa pertineat? 86.a

An, ut crimina etiam occulta detegantur, Reipublicæ interſit? 157.a. An ipſa ſine mendacio privatim revelari poſſint? An fieri ex malo animo, ut ſit mendax revelatio, ſufficiat? 159.a

Criminibus nulla privilegia divinitùs, aut humanitùs indulta ſunt. 99.a

Criminalia agi poſſunt civiliter. 36.b.

Criminoſus notorius, an audiri debeat? 23.b

Κριτὴς, quiſnam Græcè vocari poſſit? Cur hoc nomine Liber hic inſigniri debuerit? An ſit neceſſarius? 1.

Crux, an ſacrilegè religionis ſignificationem auferat? 182. a. Quid Templo Ethnico impoſita ſignificaverit? Quid impoſita militum caſſidi, aut civium pileis? Cur fuerit vetitum, ut in theatra, & loca publicæ recreationi deſtinata, Crucis vexillum induceretur? 182.b

De culpis rariùs contingentibus. 249.a

Cypariſſus qualis arbos ſit? 189.a

Cypreſſus valde magna in Perſiâ. Devotè colitur à Mahometanis. Ex uno ramo liquorem emittit. An hic humor ſit prodigioſus ſanguis? An die Veneris tantùm ſtillet? 188.a

Cyrus Magnus, ubi nam ſepultus ſit? 188.a

D

DAmnum Irreparabile & reparabile. An quod infertur ſano, reparabile ſit; quod autem moribundo, Irreparabile? 247. b

Darii Ethica, qualis, an admittatur à Politicis? 232.a. An à Platonicâ differat? ibid.

Davides Origanus, quomodo dies naturales & artificiales exponat? 50.a

Deambulatio quid ſit? 42.a

Deceptio Activa & Paſſiva datur. 236.b. Utra ſit licita? 237.a

Decipere recreationis gratiâ, eſt mentiri. 212.a

Deitas generat, Qualis propoſitio ſit? 149.a. An ut *quod*, an verò ut *quò* prædicatum ſumatur? Propoſitiones aliquæ proponuntur, in quibus prædicatum uſurpatur, ut *quo*. 140.b

De Delegati ſententiâ, quæ contra Canones ſit. An illi obedire teneamur? An pars, quæ gravatam ſe ſentit, poſſit ab illâ appellare? 23.b

Delictum proximi ſecretum revelare interdum eſt contra charitatem, & interdum non revelare eſt contra eandem. 102.b

Demonſtrationes Morales, an ſint admittendæ? An illæ in Libris Juniorum reperiantur? 226.b

Denunciare quinam poſſint & debeant? 135.a

Denunciatio, an in ipſomet Ordinationis actu poſſit fieri? De Denunciationibus, quæ ante Matrimonium fieri debent. 135.b

Detractor, an debeat retractationem ſuam juramento firmare?

mare? An eodem modo reſtituere debeat, qui falſum teſtimonium impoſuit, ac qui crimen occultum revelavit? An cauſæ interdum dentur, ob quas interdum Detractori non credamus? 159.b

Deu & *Deura* an ſignificet Deum? An dicatur de illuſtribus hominibus? Quid importet vox *Deus* in India? An attribuatur hominibus? 186.a

Deus, an ſit corporeus? 42.a. An manus metaphoricè habeat? 77.a. Orantibus auxilia ſpecialia promiſit. ib. Eſt Infinitus. 185.a. An quorum vult, miſereatur? 73.b. Poteſt in aliquo ſenſu dici perſonarum Acceptator. Non conſiderat perſonam, ſed circumſtantias meritorum. D. Pauli Authoritas. 76.b. Deus-ne, an homo poſſit jubere impoſſibilia? An-ne poſtulare, aut promittere? 17.a. Cur Deus prodigia, & miracula, quæ coram Judæis patravit, coram Tyriis, Sidoniis, & aliis Ethnicis noluerit facere? 73.a. Cur in Creatione hos, & non illos prædeſtinaverit? An quia ſic voluit? ib. An ſit perſonarum acceptor? 75.a. An & cur in acceptione perſonarum non peccet? ibid.b. Cur nihil malum Theologicè facere poſſit? cur nec Philoſophicè malum? 75.b. An omnia propter ſe fecerit? An detur cauſa voluntatis Divinæ? ibid. Deus in Tribunali Pœnitentiæ cauſa principalis & Confeſſarius inſtrumentalis eſt, 135.b. Deus, an in Decalogo diſpenſare poſſit? 143.a. An in mendacio de facto diſpenſaverit cum Confeſſariis? 144.b. Solus poteſt peccata dimittere. 150.b. An in primâ Tabulâ Decalogi poſſit diſpenſare? 175.b. An præcipiat moraliter impoſſibilia? 155.a. An ipſe ſacrificia Ethnicorum retinuerit, auferendo ſuperſtitiones? 200.b. An non cultum poſtulet? An quatuor ſint Religiones Deo gratæ, & quænam? 210.a. An cum Iſaac, ut licitè mentiretur, diſpenſaverit? 216. An in Decalogo poſſit diſpenſare? An & aliquando diſpenſaverit? 228.b. An poſſit in totâ ſecundâ Legis Tabulâ diſpenſare? 234.a. Deum eſſe corporeum Saraceni & Gentiles delirant. 233.a. In Deo, voluntas ſigni, quæ? 233.a. Quæ de Deo dicuntur, an applicari homini poſſint? 133.a

De Didus Reginæ æquitate. 72.b

Dignitas Pontificia & Cæſarea, an apud Ethnicos fuerint connexæ? 177.a

Dignitates, quibus ſint conferendæ? An & quando poſſint, qui ſunt in dignitate aut officio deponi? 71.a

Dii, an fuerint homines? 186.b. An in arboribus habitent? 188. An illorum nomine Principes intelligantur? 186.b. An, & cur licitè mentiri non poſſint, homines poſſint? An Platonis opinationem amplectantur Politici? 216.a Cur illis Plato mentiendi non concedat licentiam? 134.a. An conceſſam Principibus, privatis hominibus benè negaverit? 234.b

Dii Familiares, qui? 190.b

Dii Diales, qui? ibid. Recenſentur alii multi Saracenorum Dii. ibid.

An fuerint Dii privati, quos unaquæque familia ſibi colendos, & adorandos propoſuerit? An ſingulos potuerit? ibid.

De Diis privatis in Indiâ. 190.a

De Diſtinctionibus, quas non cognoverunt Antiqui. An ſint utiles, vel neceſſariæ? 168.b

Ad Diviſionem recurrere, an ſit judicare more ruſtico? 243.b

Divites, an ſint nobiles? 156.b

Doctrina ſæculi, quæ? Quomodo diſtinguat actus bonos à malis? 38.b

De Doctrinæ ſufficientiâ, quæ in omnibus officiis requiritur. 245.a

Doctrinæ duæ, quæ fortè viderentur contradictoriæ, componuntur. 23.a

Dogmata Haſibeis & Mahometanis communia, 194.b

Dolus, an ſemper malus ſit? 225.b. An ſit omnis malus? 237.a

Donans in rerum naturâ eſſe debet. 57.a

Donatio duplex. Utra pro titulo Patrimonii admittatur? 123.b,

Quomodo à Promiſſione diſtinguatur? 46.b

Donatio dolo facta non transfert dominium. 125.a

Donatio oneroſa, etſi onus ſit de re malâ, valet, ſed donatarius illud præſtare nequit. ibid.

De Donatione conditionatâ. 125.a

Dormientes, an ſint vivi? 54.b

In Dubiis facti, & dubiis Juris, an, & quomodo ſit reſolvendum? 244.a

E

Eccleſia Græca, & Latina unica eſt; in quo differant? 137.b

Eccleſia, an poſſit ſigna Gentilia retinere, & ſignificationem mutare? 200.a

Electores, an in Imperatoris Coronatione poſſint ſibi ipſis vocem dare? 79.b

Elias, an fuerit mortuus? 195.a

Eliſæi & Naamani hiſtoria recenſetur, An Eliſeus in Decalogo diſpenſaverit? 174.b

De Emafroditis. 166.a

Engañar con la verdad, quid apud Hiſpanos ſit? 6.a

Enſayarſe apud Hiſpanos, quid ſit? 164.b

Enſis amphibolos, quid ſit? 2.a

Epiſcopatus, an ſit Ordo à Sacerdotio diſtinctus? 119.a

Epiſcopus, an exſequi debeat Delegati ſententiam? Et quid ſi illam injuſtam judicet? 21.a. An teneatur certa, & non probabilia ſuis ſubditis ſacramenta conferre? 111.a. De ejus mente & intentione in Ordinatione. An interrogandus ſit, qualem voluntatem habuerit? 120.b. Quib[9] loquatur in Admonitione prævia in Ordinatione Subdiaconi, quando præter Sæculares, etiam Religioſi ad Subdiaconatum promoventur? 126.b. Ejuſdem verba, cùm Subdiaconos ordinat, dilucidantur. 132.b

Epiſcopus, qui in Conſecratione ſuâ reſpondet, ſe utrumque Teſtamentum ſcire, an mentiatur? 137.a. Quæ & quotuplex poteſtas in ejus Conſecratione eidem conferatur? 137.b

Epiſcopus Alberſtatenſis, hæreticus pertinaciſſimus, in Orthodoxos per Germaniam inſanit. 187.b

Epiſcopus Gandavenſis, cur ſectatus ſit partes Janſenii? 199.b

Equites Ordinum Militarium, an cùm habitum Monachalem adſumunt, Cruces deponant? 198.a

Errores ſunt ceraſis ſimiles, & cur? 189.a. Quot errores in unico errore inveniantur? An excuſet multitudo peccantium? 189.b

De Ethicâ veterum Philoſophorum. 231.b

Ethicæ, an ſint duæ? 217.

Ethnici, an & cur habuerint Summum Pontificem? Quanta ejus authoritas, & immunitas fuerit? De ejus ætate. An ſenex eſſe deberet? 176.a.b

Excõmunicatio contra eos, qui ad Ordines illegitimè accedunt. Quid apud Hiſpanos addere ſoleat Secretarius? 119.b

Excommunicatio duplex. Quale peccatum ſit committere, quod præcipitur ſub cenſurâ ferendâ? 120.a

Excommunicatus, quando vitandus? 120.a. An ſi recipiat minores Ordines, fiat irregularis? 121.a

De Excommunicatis toleratis, & non toleratis. An eorum poſſit teſtimonium admitti? Quid ſi admittatur? An erit validum? 97.a

Ezechias qualis fuerit? 51.b

F

Digitized by Google

F

FActum. Non facta virtualiter, & civiliter, quæ? 146.b
Facultates ſingulæ proprios terminos habent. 237.b. Cur Latinæ nominibus Græcis utantur? 238.a
Ferdinandus Secundus, & Ferdinandus Tertius fruſtra in corrigendo Jure adlaborarunt. 242.b
Ferrum quid ſignificet? 53.a
Fictio quid ſit? 238.a. Eſt vox æquivoca, & per perſonas, quæ illâ utuntur, reſtringitur. 56.b
Fideicommiſſi circumſtantiâ, quid poſſit, & quid non poſſit gravari? 66.a
Fides, ut in Oriente propagetur, quænam requirantur? 208.b
Filius, ut legitimè cedat jure, quod per leges adquireret, quid requiratur? 62.b. An poſſit in re propriâ gravari? 64.a. Si acceptavit, aut non acceptavit hæreditatem, an poſſit poſteà mutare conſilium? 66.b
De Finibus, intra quos omnia ingenuorum conſilia continentur. 14.b
Fiſcus, an, & quando ante Judicis ſententiam dominium adquirat, & quando non? 66.b
Fœdera, quomodo ſint explicanda? 48.b
Fœmina, an, & quando ſe comere, & ornare poſſit, etſi cognoſcat ſe inordinatè concupiſcendam? 7.b
De Fœminâ, quæ ſerpentem ſe bibiſſe putabat, quomodo curata? 222.a
Fœminæ, an poſſint eſſe reæ? 86.a
Formam numero eamdem, ſimul, aut ſucceſſivè diverſas numero informare materias, an repugnet? 191.b. Phraſis Peripateticorum, quæ aſſerit *Formam è potentiâ Materiæ educi*, an ſit tolerabilis? 217.a
Formæ duæ numero diſtinctæ, an eidem ſubjecto ineſſe poſſint? 130.b
Formæ, vel ſunt ſubſtantiales, vel accidentales, vel charactericæ. 192.b
Funiculus triplex, quo Brahmani in Indiâ honorantur, an à Chriſtianis ferri poſſit? Nodus difficultatis proponitur. Conceditur etiam Mahometanis. Brahmani, ſi Heremitæ fiant, illum deponunt. 196.a. An funiculus ille triplex tres Deos ſignificet? An noſtris Crucibus Militaribus ſit ſimilis? 196.b. An pileo nigro vel flavo ſit ſimilis? 197.b. An ſignificet tres Heroum virtutes? An poſſit tres Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonas deſignare? 199.b. Quid circa Tag & hujus Funiculi Indici geſtationem Eccleſia diſcernere poſſit? 201.a. Quid Romæ à Sede Apoſtolicâ de hoc decretum ſit? ibid. An & quomodo purificari illi Funiculi debeant, ſi Religionem Ethnicam ſignificare dicantur? An Funiculi, & Tag cæremoniis ſuperſtitioſis imponantur? 197.a. An quando Chriſtiano Tag à Perſiæ Rege imponitur, omnia illa omittantur, quæ Chriſtianæ Religioni repugnant? An idem de Funiculis dicendum ſit? ibid.
De Fure, qui rem ſacram in loco ſacro fuit furatus. 130.b

G

GAbela Communis. An Clerici illam ſolvere debeant? 32.b
Galenus Medicas fraudes laudat. Decipiendo curabat. 222.a
Gioghorum Abbas, qualis fuerit, quem *Regem* nominant? De ejus inauribus. 202.a
Gloria æterna operibus humanis ſecundum ſe conſideratis non debetur. 46.b. At hodie debetur propter promiſſionem, & pertinet ad Juſtitiam. 47.a
Gracchus occœpit dilaniare Rempublicam. Ejus amici dividuntur. 18.a
Græci & Latini, an habuerint Deos privatos? 190.a
Gratianus & Theodoſius ἱεραρχίαν (Summum Pontificatum) ſibi oblatam recuſant. 177.a

H

HAbitus Religionis Chriſtianæ, Mahometanæ, &c. an ſit ſpecialis? 167.a
De Habitu inter Virilem & Fœmineum medio. 166.a
Habraimus qualis? 54.a
Hæreditas, ſi ſemel fideicommiſsi onere afficitur, non poterit poſteà hoc onere privatâ authoritate liberari. 67.b. Hæreditatis tranſmiſsio, quando fiat? 58.a
Hæres, an in teſtamento denominari debeat? An, & quando fruſtra denominetur? Unde dicatur? 59.a
Hæres univerſalis, an ſimul & ſemel legitimarius eſse poſſit? 64.a
Hæreticus materialis, an denunciari debeat? 85.a
Hebdomas pœnoſa, quæ? 165.a
Hhaſanus Arga Curdus Argæ Regulus, qualis & quantus fuerat? 181.b. Ei non traditur munus allatum, & cur? 182.a
Hippocrates & Atticus, quàm veraces fuerint? 225.a
Hiſpanus, cur Juriſprudentes *Letrados* nominet? pag. 39.a
Hoggi & Moedſini, qui? 203.b
Hollandi, ut tueantur rebellionem, Calviniſmum admittunt. 181.a
Homicidium ob defenſionem commiſſum, an crimen ſit? An, & cur Reus poſſit illud negare? 34.b. 93.b. Homicidium an poſſit cum mendacio comparari? 90. a. Homicidium apud Hiſpanos teſtimonium non infirmat. Ebrietas in-firmat. 106.b
Homo an ſic loqui debeat, ut ſibi credi deſideret? 7.a. Qui crimina committit, eſt Reipublicæ invaſor. 98.a. Homo ſicut divitiarum, ſic etiam notitiarum & cognitionum eſt dominus. 153.b. An ſicut verbis, ſic etiam veſtibus mentiri poſſit? 171.a. Homo idem numero manet, ſi anima, vel corpus mutetur. 192.a. An cum animantibus ſentiat, & cum Angelis intelligat? 199.a. Homini interiori, an exterior conformari debeat? 227.b. Hominem ſolùm eſſe ratione præditum, unde Plato, & Ariſtoteles colligant? 193.b. Homines ſuſpicioſi & malitioſi qui & quales ſint? 15.b. Homines, quomodo contrahant inter ſe? De eo, qui Virginem ſub matrimonii promiſſione (verâ vel fictâ) defloravit. 44.b. Homines an ante meritorum prævisionem ad Beatitudinem prædeſtinentur? 75.a. An ad gloriam ullum jus habeant? ibid. Homines diverſorum Regnorum, & provinciarum habitu ſecernuntur. 166.b. Homines & bruta, an inter ſe formâ charactericâ diſtinguantur? 192.b. Cur Homines verum aut falſum dicant? 214.b. Homines tubis poſſumus, & ſolemus loqui; etiam flagellorum ſtrepitu; & bellicis tormentis in bello. 203.a. Homines diſperſos, qui primus in Communitatem coëgerit? 35.a. An inter Homines Privatos, & Publicos diſtinguendum ſit? 216.a
Honos, an à divitiis procedat? 156. a. Quâ ſubſiſtentiâ ſubſiſtat? ibid. b. An honos ſit fortunis pretioſior? 161. a. An malis honos debeatur? An verum honorem poſſideant? 157.a. An eſſe modus debeat injuſtè detractum recuperandi? 159. b. An ad reſtituendum detractum honorem retractatio ſufficiat? An, & cur innocens non poſſit honorem perditum recuperare? 160. a. An ad tuendum honorem poſſit abortum

pro-

1

Digitized by Google

procurare gravida? Honos defendi poteſt. Nobilis, ſi invadatur, non tenetur fugere. An prævenire poſſit? ibid.b. An ille qui peccavit ſecretò honorem habeat? 161.a
Horologia, quando apud Hebræos, & quando apud Græcos & Latinos cœperint? 51.b
Hypocriſis, an ſit mendacium? 214.a. An aliquando bona ſit & laudabilis? ibid.b. An in ea duplex peccatum reperiantur? ibid.a
Hypocritæ an teneantur ad reſtitutionem? 214.b

I

Iacob an ſit mentitus? An mentiendo peccaverit? An cum illo diſpenſaverit Deus in Octavo Præcepto Decalogi? 234.a. De Jacobo & Eſavo. An non in electione alterius, & alterius reprobatione Deus perſonarum acceptionem habuerit? 73.b.76.a
Cur Jacobum Damaſcenum populus Σωτηρα vocarit? 235.b.
Jactantia, quid & quantum peccatum ſit? 213.b. Quando ſit peccatum veniale, & quando mortale? Jactantiæ & Hypocriſeos differentia. 214.a
Jaſon, quis fuerit? 42.b
Jejunium quadruplex: 118.a. Quodnam ex his vox *Jejunium*, ſignificet, ſi abſolutè ponatur? 118.b
De Jejunio in infirmitate violato. 96.a
Jeroboamus à Roboamo Salomonis filio, & Hebræorum Rege deficit. Ethniciſmum inducit, ut regnum uſurpatum conſervet. 180.b
Jeſuitæ, an ſoli tueantur Reſtrictiones Mentales? an admittant non reſtrictas? An aliorum etiam Ordinum Theologi admittant Reſtrictiones reſtrictas? 48.a. Eorum authoritas, an ad Probabilitatem ſufficiat? 199.b
Ignis, cur non ſit Agens liberum? 13.b
Ignorantes, utrùm in Neceſſitate caſu poſſint judicare aut conſulere? 250.a
De Ignorantiâ invincibili. An & quando vincibilis à cenſuris excuſet? 93.a
Illicita, an impoſſibilibus adnumerari debeant? 17.a
Impedimentum, an quando conſiſtit in duobus gradibus, debeat exponi etiam proximior? 29.a
De Impedimento Ligaminis. An præter vetitatem etiam cognitionem requirat? 31.a
Imperatores ſpirituales & *Medici probabiles*, quinam ſint? 122.b.
Imperatores Chriſtiani, cur Crucem in Coronâ ſuâ collocaverint? An hic chriſtianiſſimus mos olim, aut etiamnum fuerit ad leges propagatus? 183.a
Impietas ruſtica, quæ? 193.b
Imponere Manum, an ſit æquivocum, & per numerum reſtringi debeat? 192.a
Impunitas Rempublicam perdit & diſſolvit. 32.b
Inaurium partes: earumdem uſus. An ſint ſigna Religionis? 201.a. Inaures & catenæ, quid ſignificent? An Luſitanæ in Indiâ fœminæ inaures retinere queant? 202.a. An oculis inaures proſint? An earum uſus ſuperſtitioſus & illicitus ſit? An conducat ad pulchritudinem? 202.b. An Viri Chriſtiani in Indiâ illas habere poſſint? 203.a. Indi illis utuntur, & Luſitani non utuntur. 202.b
Inceſtus conſanguineorum an ſit explicandus, ut impetretur valida diſpenſatio? 146.b
Inclinatio præcisè ſumpta non eſt adoratio. Quid inclinationi addendum ſit? 176.b
Inconvenientia, an graviſſima emergant, ſi hoſti etiam privato, fides promiſſa non ſervetur? 9.a
Indi, an poſt batiſmum retinere poſſint inſignia avitæ nobilitatis? 183.b. Nihil de infinitate Dei ſciunt. Colunt ut Deos, quos homines fuiſſe fatentur. 185.a. Catecrisa *Index*. moniæ, quibus ſuos Deos colunt ſunt tripudia, & hæc actum venereum repræſentantur. 184.b. An ſint Athei? 187.a. Adorant Diabolum. Ejus Templum. Ejus ſtatua. 190. Quales ſint eorum Dii? 187.a. Sanii quidam Indorum Monachi. ibid. Tribuum apud Indos diviſio. An illæ poſſint per matrimonia immiſceri? 185.a. Beca Azarg apud Indos Magiſter. ibid.b. An nomina *Deu* & *Deuru*, quæ apud Indos Dei ſunt, attribuantur hominibus? 186.b. Comburendi uxores apud Indos mos antiquiſſimus. 192. Quam ob cauſam fuerit introductus? 194.a. Cur in India tot Mauri ſint? 185.a Indorum Orientalium Religio, qualis? In majori aut minori abſtinentiâ à cibis tota illorum obſervantia & diſſidium eſt. An bibant vinum? An carnes comedant? 184.a. *Brahmani* ſtirpis & non profeſſionis nomen eſt. Tres funiculos gerunt in Nobilitatis teſtimonium. 184.b
De Indicationibus & Analogiſmis Medicis. 219.a
Indicia, quàm certa eſſe debeant? 244.b
Indifferentia, quid ſit? 14.a
De Individuationis principio. 191.b. An formatum individuatio à materiâ ſumatur? ibid.
Indocti, an poſſint Tribunalibus præfici? 77.b
Infames, an poſſint eſſe Teſtes? 80.a
Infamia an ſit Juris Poſitivi? ibid
Infantes an poſſint eſſe Teſtes? 80.a. Infantium & infamium depoſitiones, an indiciorum vim habeant? ibid
Inferiores cur Superioribus obedire debent? 100.a
Infideles an poſſint extra caſum neceſſitatis tolerari? An convertentur, ſi expellantur? 178.b
An Infirmi non ſolùm verba, ſed & nutus & geſtus Medicorum obſervent? 221.a
De *Informationis Plena* & *Semiplena* nominibus. Quomodo alibi poſſint intelligi? & quo à nobis modo impræſentiarùm intelligantur? 89.a
Informatio ſemiplena, qualem infamiam inferat? 99.b
Injurius & contumelioſus, an occidi poſſit? 161.a
Injuſta ſi petantur aut jubeantur, quid faciendum? 18.a
Innocentia & Juſtitia, an dormiant? 56.a
Innocentius III. qualis fuerit? Noſtra Doctrina ejus autoritate roboratur. 16.a
Inſtitutio Humana, an ſit à Divinâ diſtinguenda? pag. 230.a.
Inſtitutio verborum, an ſit naturalis? 230.b
Interdicta in ſecundâ Tabulâ, cur mala ſint? 211.b
Interpretandi Sacram Paginam Modus triplex. 233.a
Interpretatio Canonis, quænam admittenda ſit, quando illæſo ſenſu & congruentia Grammaticâ plures proponi poſſunt? 21.a
Interrogans, an aliquid etiam vel invitus affirmet? pag. 29.b.
Interrogatio, quo ſenſu quælibet intelligi debeat? pag 26.b.
Interrogatus ſeriò, qui tacet, aut non vult reſpondere directè, an & quomodo directè reſpondere cenſendus ſit? 20.a. Quid ſentiat D. Auguſtinus? 20.b. Legitimè interrogatus, an teneatur ſuum dictum retractare, ſi negavit? 90.a
Invaſus, ſi aggreſſorem occidat, an fiat irregularis? Cur agens de Clerico, aſſerentem ſententiam D. Thomas habuerit? 34.b
Joannes de Vigo, quomodo Julium II. curaverit? pag. 220.b.
De Joanne Diſpotâ, qui chryſoſyrma cum Officio reliquit. Quid illud ſit? 180.a
Irregularia, quæ cenſeri debeant? 147.a
Iſmaël Perſiam invadit, & novam cudit hæreſim, ut coronam conſervet. 181.a
Iſmenias coram Rege Perſarum ſe inclinat, & tamen illum non adorat. 175.b

Judæi & Mahometani, an in Chriſtianorum urbibus licitè tolerentur? 177.b. An Judæi crediderint in Chriſtum Eliæ, Hieremiæ, aut Joannis Baptiſtæ animas tranſmigraſſe? 195.a

Judex qui injuſtè reum abſolvit, an ad reſtitutionem teneatur? 66.a Utramque partem audire debet, 72.a. Qui vendit juſtitiam, an Deum vendat? 73.a. Judex qualis eſſe debeat? Unde dicatur? 77.b. Qui privatim veritatem ſcit, ſi oppoſitum plenè in proceſſu probetur, an ſecundùm privatam ſcientiam poſſit, an verò ſecundùm allegata & probata debeat pronunciare ſententiam? 80.b. An poſſit Reo præcipere, ut ſe occidat? 90.a. Caſus, in quo Judex poſſit interrogare, & Reus non reſpondere, an ſit poſſibilis? 91.a. Judex, an licitè interroget? 97.b. An ſemper propter priores Teſtes, & non propter poſteriores ad talem ſententiam procedat? 101.a. Injuſtè interrogans, an tribuat jus Reo, ut ſe licitè decipiat & illudat? 105.a. Judex producens unum *C* aut dicens *Condemno*, An nobis ſufficienter exponat, quem propter quod crimen, & ad quam pœnam condemnaverit? 115.a In diverſis materiis & cauſis eodem verbo *Abſolvo* aut *Condemno* uti poteſt, 117.a. Ut juridicè interroget, quid requiratur? 146.b. Judex & Reus cum Medico & Ægroto componuntur, 222.b. Judex, an poſſit minùs probabili adhærere opinioni? 240. a. An ita poſſit uti probabilitate ſententiarum, ut ſecundùm unam in tali causâ judicet, & ſecundùm aliam in alterâ? An probabiliorem ſententiam ſequi debeat? An eligere certam? Opinio, quæ aſſerit, eſt impoſſibilis. 240. b. Quid dicendum ſit ſtando Juri nudo naturæ? 241.a. An & quando ad reſtitutionem teneatur? 244. b. Utrùm poſſit iniquam ſententiam pronunciare? 250.a. Extra provinciam ſententiare non poteſt, 251.b. Judex, Advocatus & Conſiliarius, antequam loquantur, quid facere debeant? 251. b. Judicis dignitatem acceptare non debet, qui puſillanimis & imperitus eſt. 72.b. Judicis verba per locum & officium reſtringuntur. 87.a. Judicis præceptum, an ſit comminatoriū? 91.a. An ſit ad terrorem? 92.b. Judicis interrogantis verba proponuntur, & oſtenditur, quomodo illa per Tribunalis circumſtantiam reſtriugantur. 106.a. Ejus verba, quænam conſignificantes circumſtantiæ contrahant & reſtringant? 146.a. Quàm multa mala ex Judicis ignorantiâ aboriantur? 250.a. Utrùm detur caſus poſſibilis, in quo Vir indoctus poſſit Judicem aut Conſiliarium agere? 251.a. Quid pauperes facere debeant, cùm non habeant Judicem, ad quem poſſint recurrere? 251.b. An inter Judicem, qui coactus pronunciat, & illum qui ultrò ſe offert differentia quo ad ſcientiam & capacitatem reperiatur? 251,b. De Judice, cui conceditur, ut ferat ſententiam, quam voluerit. 80.b. In Judice aut Prætore duæ Perſonæ conſiderantur. 105.a. De Judice quà Perſonâ Publicâ & quà Privatâ. 105.b. De Scientia & Conſcientiâ. An utraque in Judice requiratur? 251.b. Judices, an recipere poſſint pecunias pro ferendâ ſententia favorabili? 19.a. Judices Sarabaitæ, qui & quales? An hodie multi ſeducantur φιλαυτίᾳ? 38.b. Judices, an ſint neceſſarii? 72.a. Cur recuſentur? 82.b. Graviter peccant, ubi contra Juris formam Reum examinant. 87.a. An ſententiam poſſint vendere, ſi Jura probabilia ſint? 252.b. Ipſorum ſententiæ, ad quam Juſtitiam pertineant? 70.b. In omni Judicum interrogatione, quænam circumſtantiæ ſubintelligi debeant? pagina 78.a. Judicum Eccleſiaſticorum verba in Conſiſtorio Epiſcopali, quomodo ſint intelligenda? pagina 95. b. Judicum temeritas, an carnifici ſit imputanda? pagina 150. a. An & cur Judicum officia vendi nequeant? 250.b.

Judicandi libertas, an legibus reſtringatur? 241.b

Judicare, quid ſit? 78.b. Quid ſimpliciter & purè judicare? 79. a. Quid citra juris ſolennitates judicare? ibid. Quid judicare ex æquitate? ibid. b. Quid ſine ſtrepitu judicare? ibid. Quid ſecundum Æquitatem & Veritatem judicare? 80.b. Quid judicare prout videbitur? 81. a. Judicare ex æquitate an liceat? 38. a. *Perduellionem judicare*, quid ſit? 67.b

Julius Cæſar juvenis ad Summum Pontificatum promovetur, Imperatoriam Pontificiamque poteſtatem conjungit, 176.b

Juramentum in hac materiâ, puta, ſiquis ſe denunciaturum aut non denunciaturum eſſe juraverit, an & quo modo obliget? 83.b

Juramentum contra bonos mores non obligat. 125.a. Propoſitiones *Por Dios vivo*, & *Coram Deo vivo*, an juramentum contineant? 3.b. In Juramento, an verba, an mens jurantis debeat conſiderari? 226.a

Juriſprudentia eſt Medicina Politica, 132.a

Jus Cæſareum, an dirimat non acceptatas Promiſſiones? 43.b.

Jus Gentium, quid ſit? 57.b

Jus *in re* & Jus *in rem*, quomodo diſtinguantur? pagina 46.b,

De Jure Naturali & Humano. 79.b

De Jure ſervandi propriam vitam. 90.a.160.a

De jure ad ſecretum, Illud nec Jus Naturale, nec Humanum concedunt. 162.a

Jura & privilegia an conceſſa ſint, aut poſſint concedi peccatis? 161,b

Juſtinianus, an omnia dubia, quæ in Jure verſabantur, abſtulerit? 242.a

Juſtitia legalis, quæ? 40.b

Juſtitia privata, an tolerari poſſit? 78.a. Omnis privata condemnatur in omni bene gubernatâ Republicâ, An in homicidio admittatur? An etiam in honoris materiâ? 85.b

Juſtitiæ diviſio, 161.b

Juſtitiæ Commutativæ & Legalis diſcrimen, 100. a. Ex Juſtitiâ teneri, quid ſit? An qui ex Officio, ex Juſtitiâ obligari dicendi ſint? ibid.

An in Juſtitiæ Adminiſtris Scientiæ neceſſitas ex Jure Naturæ naſcatur? 249.b

L

Lapis biſariam ſumitur. An & unde ſumi debeat reſtrictio? 48.b

Laudare, aut vituperare, an quis ſe poſſit? 213,b

Legatus quid apud Pſeudopoliticos ſit? 6,a

Legislatio, an ſit contractus? 39.a

Legislator, an ſi fortè loquutus æquivocè ſit, cenſeri poſſit plures voluiſſe ſenſus exprimere? 244.b. Ejus voluntas quomodo & ubi percipiatur? 42,b

Legislatores veteres ab aliquo Deo ſe leges ſuſcepiſſe finxerunt. 215.a

Legitima, quid ſit? An fideicommiſſi onere gravari poſſit? An ex Jure naturæ debeatur? Eſt triplex. 59. b. Onera eidem impoſita habentur pro non ſcriptis. An filii poſſint cedere juri legitimæ? 60. a. An onera in Legitimâ admittere? An ſi filius jure legitimæ ceſſerit, filii hæres poſſit illam petere? Caſus cum propriis circumſtantiis proponitur. 60. b. An Legitima tranſeat ad filii hæredes ſine onere? 65. a. An & quando ab hæreditate ſeparetur? 66. b. Legitimæ privilegium eſt perſonale, & ad cognatos non extenditur. 67.a

Lex

Lex Divina eſt humanarum Regula. 155.b

Lex Vetus & Nova, quomodo differant inter ſe? Cur peccent hodie, qui legem antiquam profitentur? pag. 108.b.

Lex humana, an poſſit concedere jus ad ſecretum? 162.a

Lex, quando duas diverſas expoſitiones patitur, quid faciendum? 40.a. Quomodo per Legiſlatoris voluntatem reſtringatur? ibid. Ut certa Lex ſit, quid requiratur? Utrùm illa, quæ plures interpretationes patiatur, poſſit vocari certa? 144.b. Senſus Legis ubi eſt dubius, an ille, qui magis favet Principi, ſit eligendus? 39.b. Quomodo in tributis procedendum ſit? Quomodo in Sacramentis? 40.a. Legis obligatio ceſſat, quando finis legis ceſſat in eodem particulari. 84.a. Leges unde dicantur? 47.a. Quomodo promulgentur & revocentur? 29.a. Quo ſenſu intelligi debeant? 78.a. An eſſe debeant? 39.a. In Republicâ quales eſſe debeant? 32.b. An ſubſint Philoſophicis ſubtilitatibus? 38.a. Quo modo intelligendæ & exponendæ ſint? quo contractus? 47.b. Aliæ ob bonum publicum, aliæ ob privatum feruntur. Utris ſubditi cedere poſſint? 60.a. Illarum interpretationes, quales hodie in mundo ſint? 40.b. Quid faciendum ſit in materiâ Politicâ? Quid verò in Philoſophicâ? Et quid tandem in Theologicâ? 41.a. Leges Definitivæ in Jure Cæſareo ſunt illæ, quæ ex Jure Naturæ deſumptæ. 45. a. Leges humanæ an obligent cum periculo vitæ? 84.a. Legum omnium diviſio. 24.b. Earum interpretationes pendêre à Judicum liberâ voluntate, an Reipublicæ ſit pernicioſum? 242.a. Leges ſcire quid ſit? 40.a

Libertas creata, an poſſit divinitùs prædeterminari? 13.b. Ejuſdem definitio corrigitur. 14.a

Libertas probabilem ſententiam eligendi quomodo reſtringatur? 140.a

Libertus portionem patrono debitam non poteſt gravare onere fideicommiſſi. An eodem modo de legitimâ filiis debitâ philoſophandum? 65.a

Libri boni, an & quando ſint interdicendi? 171.a

Licita, quænam ſint? 17.a. 82,a. 178.a. Et quænam illicita? 82,a,178.a

Lingua, quæ ad Religionem & Nationem copulativè pertineat, an detur? An ſaltem disjunctivè? 164. b. Provinciæ, non Religiones diſtinguuntur idiomate. 164.a

An infidelium Linguis, uti liceat? 164.a

Literas Amicorum an eorum injuſſu poſſimus edere aut imprimere? Aut etiam oſtendere? An Societati humanæ præjudicet illas edendi libertas? An & quando aliorum ſcripta oſtendere, aut etiam publicare valeamus aut debeamus? 158.a

De Luciferi peccato. 213.b

Lumina in manibus Acolytorum, an mentiantur? 122.b

Luminaria, cur in Templis accendantur? 122.b

Luna an creſcat aut decreſcat, quomodo cognoſcere poſſis? 172.a

Cur Luna creſcens ſit Mahometanorum ſymbolum? ibid.

De Lupanaribus. An illa permittere expediat? 25.b

M

Mahometana ſecta, qualis ſit? 181.a

Mahometani & ipſi circumciduntur. An omnes? An omnium veſtes ſint eædem? 167.a. Quanti Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum, Chriſtianoſque ſemper fecerint & faciant? 205.b

Mahometus Mechæ naſcitur, tollitur ab eo Veneris cultus in eâ exhibitus. 172.a. Ut imperium invadat, prætextum novæ Religionis adſumit. 181.a. Mahometus, & Arabes, quomodo intelligant Chriſtum eſſe Λόγον, *Verbum*? Cur Chriſtum fuiſſe divitem finxerint? 206.a. Mahometus Jeſum fuiſſe à Deo miſſum fatetur. An voluerit haberi ſocius Chriſti? 206. b. Qua Chriſtianos, & quo Judæos loco habuerit? Ejuſdem erga Chriſtianos affectus. 207.a. De Mahometi Teſtamento. An ſit authenticum? An Chriſtianas nubere Mahometanis permittat? Principes, qui Mahometi ſucceſſores ſunt, Chriſtianos ſemper dilexerunt. Caliphæ Mamoni hiſtoria. 207.b

Crit. Index.

Minus malum, an & quando permitti poſſit? 26.a

Mala per accidens, an interdici debeant? 170.b

De Malitiâ Philoſophicâ & Theologicâ. 223.b

Manuum impoſitio, quid in conſecratione Sacerdotis ſignificet? 138.a. In Ordinatione Diaconi una tantùm imponitur, non ambæ manus. Quid hæc cæremonia importet? ibid.

Mater, an poſſit contra fœtum, ſi ab illo invadatur, procedere? 160.b

Materia prima, an exiſtat exiſtentiâ formæ? 156.b

Matrimonium an ſit indiſſolubile? 29.a. De ejuſdem licitâ & illicitâ, validâ & invalidâ diſpenſatione. An expediret reſidere apud homines diſpenſandi in matrimoniis legitimis authoritatem? 29.b. Apud Perſas eſt duplex: nam uxor vel ad proprietatem, vel ad uſum-fructum ſuſcipitur. 195.b. In Matrimonii Sacramento, aut Contractu, qualia ſigna neceſſaria ſint? An hæc verba, *Ego te ſepeliam*, formam Matrimonii contineant? 141.a. De Matrimonio contracto cum impedimento. Si impedimentum dirimens certum ſit, & tamen Delegatus Matrimonium approbet, Epiſcopus debet reſiſtere. 25. a. An & cur Matrimonia ſint perpetua? 24.b.

Medici, an loqui in linguâ ignotâ ægrotis debeant? Quibus apud doctos, & quibus apud imperitos verbis uti debeant? 220. b. Quas medicinas θεῶν χεῖρας vocant? 221.a

Medicorum & Medicinarum multitudo nocet. 132.a

Medicina Homerica, quæ? 218.b

Medicina univerſim ſumpta, quadruplex. ibid.

Medicina Technica, an ſit licita? 237.a

Medicina, an poſſit mortuos vitæ reſtituere? 224.a. Minæ in ipſa, an & quando ſint utiles? 221. b. Quinam de fraudibus, quæ in Medicinâ adhiberi ſolent, doctè ſcripſerint? 222.b. An in Medicinâ ſimulatio locum habeat? 223.a. Medicinæ, an interdum ipſis morbis ſæviores ſint? 220. a. Fruſtra corpori adhibentur, quando phantaſia læſa eſt. 223. a. Quâ arte in ſimilibus occaſionibus ægroti juventur? ibid.b

De tribus MMM, quæ à deſperatione aboriuntur. 199.a

Mendaces, quid conſequantur? 12.b

Mendacibus ac æquivocantibus, an æquè decredendum ſit? An eadem abſurda ex æquivocandi ac ex mentiendi licentiâ ſequerentur? 9.b

Mendacium, quid ſit & quotuplex? 44.b. 226.a. An omne ſit peccatum? An Poncii argumentum ſit efficax? 212. a. Cur in Rhetoricis Figuris non ſit? 6.b. An mendacium ob bonum finem dictum ſit bonum? 215.b. An intrinſecè & ex ſe ſit malum? 225.b. An ex ſe & intrinſecè peccatum ſit? 227.a. Cur ſit peccatum? 230.b. An & cur illicitum ſit? 231. a. An ſit heleboro ſimile? 233. b. Mendacii ſpecies recenſentur. 212.b. Ejuſdem diviſio. In quo ſita ſit malitia mendacii? 227. b. Theologica ejuſdem malitia non poteſt ratione purâ, à ſcripturâ præſcindendo, probari. 229.b. De Authoribus, qui à Naudæo pro mẽdacii innocentiâ adducuntur. 237.b. Mendaciũ Deo diſplicere ex Jobo, Prophetâ Rege, Salomone, S. Jacobo, S. Joanne, Paulo, & aliis demonſtratur. 229. a. An intentio fallendi in Mendacio requiratur? 211.b. Quid Plato de eodem ſenſerit? An illi conſentiat Euſebius? 251. a. An lex de Mendacio ſit æquivoca? An ad benigniorem partem ſit revocanda? 235. b. An Peterius probet malitiam

tiam adhuc Philoſophicam in eo eſſe intrinſecam? 230. a. In Mendacio & ejus omiſſione debet finis ab objecto diſtingui. 237.b. Parabolæ, Fabulæ & Novellæ an ſint mendacia? 212.b. An mendacia ſint ad Reipublicæ conſervationem neceſſaria? 215.a. An in re Medicâ ſint utilia? 218.b. 220.a. An naturalem ordinem invertant? 227.a. An mendaciorum orgia Origenes excuſet? 236.a

Mendacium Jocoſum quid? An ſemper ſit peccatum? An ſibi Acacius contradicat? 228.a. An omne jocoſum ſit peccatum? 213.a. De eodem. 212.b, Jocoſa ſemper ſunt peccata, at non ſemper verum mendacium invenitur in jocis. 231.b. Horatius ea permittit. 219.b.

Mendacium officioſum, quid? 228.a. De eodem. 213.b. Quid de ipſo ſentiat Chryſoſtomus? 215.b. Sorites Veterum pro Mendacio officioſo.. 117.a. Fabius Orator illa tuetur. 219.b. An Naodæus quoque ea collaudet? 236.a.

De Mendacio Pernitioſo. 213.b

Menſæ titulus quid ſit? An & quomodo fieri poſſit, ut non ſit obnoxius reverſalibus? 126.a. De quantitate hujus tituli. Quid alimentorum Fidejuſſio ſit, & an à Titulo menſæ diſtinguatur? An & quæ ſit inter Titulum menſæ, & Titulum Patrimonii differentia? An menſæ titulus effectu careat? 126.b

Mentiri Reipublicæ legitimè & in materiâ gravi interroganti mortale eſt. 106.b

An mentiri quis poſſit de Probabilitate? 211.b, An ſine intentione fallendi? ibid.

An mentiri poſſit, qui non feriò loquitur? 212.b

Mentiri vultu, an quis poſſit? 221.a

An mentiri poſſimus infantibus & phreneticis? 238.b

Qui mentitur, an decipere velit? 227.b, An in ſeipſum delinquat? 231.b

Mentiendi privilegio, quinam in Republicâ ſint, qui fruantur? 223.a

Mercurius, an & cur Deorum Miniſter ſit? 129.a. Cur dictus ſit τριςμέγιςος. 176.b

Merita, ubi officia venduntur, an pecuniâ numeratâ ſuppleantur? 250.b

Metanœa Dea, an virtutem ſignificet? 113.a

Μετεμψύχωσις, an ſit transformatio? 191.a. An ſit poſſibilis? 195.a. An & qualem admiſerint Cabaliſtæ & Phariſæi? 194.a. An Herodes illam admiſerit? An etiam alii Judæi? An Scribæ & Levitæ? 194.b

Munera pro ferendâ ſententiâ an poſſint accipi? 244.b

Miniſtri, an habeant obligationem mentem Legati penetrandi? 7.b. An militum ſtipendia ſubripiant? 18.b. Sunt Principis inſtrumenta, 150.a

P. Miranda, an admittat Reſtrictiones Mentales? 105.a

Miſſa bifariam legi poteſt. An qui addiſcit cæremonias, verba conſecrationis debeat dicere? 164.b. Quomodo Miſſa debeat legi? 165.a

Miſſale nulli Ordinando totum traditur. Quæ pars illius ſingulis porrigatur? 122.a

Mitra, qualis olim fuerit? 179.a, De earum materiâ. 180.a.

Moëdſini & Taliſmalarii Sacerdotes è turribus vociferando quid præſtent, quando populum ad Meſquitas convocant? Quæ verba inclament? 204.a

Monachi, an & ubi concionentur? 70.a

Monachi Sarabaitæ, quales ſint? 38.b

Monachi incorrigibiles, an & quando ex Monaſterio expelli poſſint? 71.b

Monaſteriis cur divitiæ datæ fuerint? 70.a

De Monitorio, quo ſubditi jubentur denunciare. Quaſnam Reſtrictiones à circumſtantiis indipiſcatur? 83.b

Moralitates non à ſolo fine, ſed ab aliis etiam circumſtantiis ſumuntur. 233.b

Morbi, an ſint hoſtes? 237.a

Mortui, an loquantur? 57.b

Mulier, an poſſit poſt fornicationem occidi? 161.a

De Mutuatario, qui revera mutuum ſolvit, & tamen non poteſt ſolutionem probare. 94.a

N

NAaman an Idoli effigiem ſine culpâ ad os admovere potuerit? An illam præoſculari, aut offerendo munus oſculari potuerit? An ſe in Idoli templo incurvare potuerit? 175.a. An ſuo Regi ſerviens ſine culpâ Idolo potuerit ſe inclinare? 175.b

Narſinha, qualis Dea? 187.a

Natura (Deus) nec deficit in neceſſariis, nec in ſuperfluis abundat. 232.a

Navarcho (Antiſtiti) an commune periculum ſit? 135.b

Naudæus, qualis? An congerat teſtimonia, & non digerat? 235.b

Neceſſitas & Infallibilitas, quomodo diſtinguantur? an & quando neceſſitas, poſſit excuſare? 246.b

Nero, qualis ſub Senecâ, & qualis poſteà fuerit? Seneca jubente Nerone occiditur. Cur non fuerit per ſicarios occiſus? An per mentales Reſtrictiones Nero poſſit à perjurio excuſari? 53.b

Νευμηνίαι Lunæ erant dedicatæ. Cur ſacrificium, quod in neomeniis fiebat, & non aliud, offerri Deo expreſsè dicatur? 200.b

Nihil ſignificare, quid ſit? 142.a

Nihil & *Nihilum*, an nihil ſignificent? ibid. De Cadavere, quod interroganti reſpondit *Nihil*. An id potuerit fieri naturaliter? ibid.b, Vox *Nihil* poteſt ſumi materialiter & formaliter, ibid.

Notitiæ poſſunt & ſolent donari, & commodari. 153.b. Poſſunt ab uno ad alium per miniſtrum tranſmitti. Poſſunt in depoſito & cuſtodiâ conſtitui. 154.a

Notorium exponitur. 24.a

De Numâ Pompilio, 177.a

O

OBligatio æquivocandi, unde proveniat? 9.a. Ex ſolâ-ne Juſtitiâ, an etiam ex veracitate? ibid.b

Obligationis cauſam, an ſcire debeamus? 11.b

Officialis reformatus, qualis? 55.b

Officium pro officio mutare, quale peccatum ſit? 22.a

Officia, an ſint recenſenda inter conſignificantes circumſtantias? 32.b

Oneris impoſiti admiſſio, quomodo probetur? 63.a

De Opinionis Probabilis delectu. 170.a

Opiniones probabiles an ſint in Jure? Authores, qui illas collegerunt, & digeſſerunt. 240.a

Orationes Figuratæ à mendacio excuſantur. 238.b

Oratori, an & quando liceat adſumere ſententias falſas? 219.b. Quando etiam Medico? 220.a

Oratores an rogent? 176.b

Ordinari per ſaltum quid ſit? Et quas pœnas ordinatus per ſaltum incurrat? 120.b. An ſuſpenſio in hoc caſu latæ an ferendæ ſententiæ ſit? 121.a

Cur, ut quis ordinetur, Patrimonium aut Beneficium requiratur? 123.a

Ordinatus illicitè, an, & quando debeat fori privilegio gaudere? 120.b

Ordinatus ad Diaconatum per ſaltum, an ſit irregularis? An in eo ſuſpenſio reſtricta ſit, an generalis? An per Bullam Cruciatæ abſolvi poſſit? Cur non poſſit ad Sacerdotium adſcendere? An & quando poſſit Epiſcopus diſpenſare? Quando ad Papam ſit recurrendum? 121.b. Quid illi, qui excepit ordinem, poſſit concedere Epiſcopus? 122.a

Or-

Digitized by Google

Ordinatus ſine titulo an ſit ſuſpenſus? 124.a
Ordinis circumſtantia, an & quando ſit in confeſſione explicanda? 122.b
Ordines in Eccleſiâ an ſint plures? Enumerantur omnes in particulari. 119.a. An & quando conditionatè conferantur? 120.b. Ordines Minores, an ſint Sacramenta? 121.a. De eiſdem per ſaltum ſuſceptis. ibid. Ordines omnes tam Minores, quàm majores, an ſint ſacri? 122.b
Origeniſtæ liberè mentiebantur. 222.b
Orthodoxi, quàm multùm Catholicæ Fidei debeamus? 214.b

P

ΠΑλίμψηστος, quid ſit? 157.b
Παλιγγενεσία, an & quomodo differat à μετεμψυχώσει? 191.a
Panegyriſta, an recuſari poſſit, ne ſit Judex? 82.b
Papinianus *Juris Aſylum* vocabatur. Occiditur à Caracalâ. De ipſius Caracalæ perjurio. 54.a
Parabolæ, Fabulæ, & Novellæ, an ſint Mendacia? 212.b
Paragloſſa quid ſit? Et quomodo à Gloſa (ſeu lingua) ſecernatur? Quinam illâ utantur? Quinam ſint, qui vocantur *Ægyptii*? De eorum Paragloſſâ. Univerſis eſt licita. An & quando poſſit eſſe ſuſpecta? 164.a
Parricidium, & Homicidium, quid ſint? Et quid importent, ſi judicialiter; & quid ſi ſumantur Grammaticè? 234.a
Pater, an denunciare ſuum proprium filium debeat? 84.b
Patrimonium fictum quid ſit? an debeat retrodonari? Quid verbum *retrodono* ſignificet? 123.a. De Patrimonii quantitate. Unde hæc determinetur? ibid. Ejuſdem aſſignandi formulæ. 123.b. De Reverſalibus. Quid ipſæ ſint, & quibus modis fieri poſſint? ibid. De Patrimonii renunciatione. An validè fieri poſſit? 124.b. Patrimonii retrodonatio illicita & invalida eſt. 125.a. Pater, aut Patronus, an Patrimonii donationem poſſit revocare? An talem revocationem poſſit Epiſcopi Vicarius acceptare? ibid. Per Patrimonii adſignationem Clericus uſumfructum adquirit. An cogi poſſit, ut inde totam familiam alat? 126.a
Patriarchæ, an olim fuerint mentiti? 215.b. An docuerint eſſe honeſtum mendacium? 233.b
Patroni, an pro electione, & denominatione Capellanorum recipere poſſint pecunias? 19.a
De S. Pauli prædeſtinatione. 76.a
Pauperes quomodo, & quomodo divites ſint recipiendi? 70.a
Pauperes an ubique cadant? 73.a
Peccatum veniale, quid ſit? An aliquam gratiam, aut favorem mereatur? Cur facilè conſequatur veniam? An *mereri* aliquando pro *obtinere* ponatur? An ſingulæ ætates proprias dialectos habeant? 161.b
Unum peccatum non poteſt ſine alio remitti. 116.a. Ad omne peccatum advertentia requiritur. 145.a
An peccatum ſit, uti rebus contra finem, ob quem ſunt inſtitutæ? 230.a
Peccata tegantur-ne, an deleantur? 144.a. An Peccata audita in confeſſione, aliquando cum ædificatione narrentur? 151.b
Peccata, an aliqua ſint, ex ſuo genere mortalia, & ob levitatem materiæ fiant venialia? 213.b. Utrùm poſſint vendi? An ipſis aliqua bonitas, quæ poſſit prætio æſtimari? 244.b. Ipſorum gravitas non à Confeſſarii mente, ſed à pœnitentis dictamine, quod habuit, vel habere debuit, deſumitur. 249.a
Pericles, quantum in ſolo Minervæ ſimulachro ſit ſuffuratus? 53.a
Perjurium verum, quid? 44.b
Perſæ, an à Turcis ludibrii causâ vocentur *Qizilbaſcii*? 183.b. An arbores adorent? 187.b. Cur crediderint mendacium eſſe ſummum peccatum? Cur voluerint pauperes eſſe inſames? 206.a. An Sanctorum reliquias venerentur? 208.a. An colant noſtros Sanctos, & præcipuè Mahometo antiquiores? An Sanctum Joannem Baptiſtam, Sanctum Georgium, &c. An velint, ut Chriſtiani vitam agant Chriſtianam? Angli, qui non adorant Crucem, apud ipſos mali Chriſtiani eſſe cenſentur. 208.b. An ſint inter Mahometanos Hæretici? 209.a. Perſarum de Domini Noſtri Jeſu-Chriſti ſanctitate ſententia. *Caſir* apud Perſas, quid ſit? 208.a
Perſona-ne, an verò hæreditas in dubio ſit gravanda? 62.a
Petitio qualis eſſe debeat. Ageſilai verba dilucidantur. 26.a. Petitio quælibet, quo ſenſu intelligi debeat? 26.b.
De Petitione Dubiâ. 28.a. Petitiones omnes, promiſſiones, præcepta in terminis habilibus ſunt intelligenda. 16.b
De Pharaone, & Nabucodonoſore, Unde ſumenda ſit eorum diſcretio? 73.b
Philoſophi, qui? 235.b
Pictores & Medici, ſicut & Poëtæ, an habeant ſpecialem Rhetoricam, & in ipsâ ſpeciales figuras? 238.b
Pietas, an poſſit in Principum Palatiis inveniri? 216.b. An in Regum aulis? An præſtet in illas non ingredi? 234.b
Pileus niger, an ſit Religionis ſignum? 197.b An flavus Romæ, & purpureus Venetiis Judaicam perfidiam importet? An flavo pileo uti permittantur Chriſtiani? Quæ Romæ fiant in Bacchanalibus? 198.a
Pœna talionis, an ſit perniciosa in Republicâ? 87.a
Pœnarum magnitudo unde ſumenda? 70.b
Pœnitens, quomodo debeat Confeſſario interroganti reſpondere? 33.b. An teneatur peccandi conſuetudinem exponere? ibid.b. Ejus ſcientia poteſt ignorantiam Confeſſarii ſupplere. 248.b
Pœnitentia duplex. 41.b. Perfecta & Imperfecta. 113.a
De Pœnitentiæ virtute. 112.b. Cur inſtitutum ſit Pœnitentiæ Myſterium? De ejus partibus. 113.a
Poncius, an ſeverus Scoriſta ſit? 8.a
Pontifex non poteſt præcepta contradictoria imponere. 22.b. Non poteſt facere, ut duo nolentes validè Matrimonium contrahant. 143.a
Porta quid Politicè ſit? Unde dicatur? 72. a. *Orator ad Portam* quis dicatur? 72.b
Pro Poſſeſſione in omni dubio ac controverſiâ eſt ſtandum. 242.b. An hæc doctrina in omnium virtutum materiâ veniat neceſſariò admittenda? 243.a
Potentia, & Poteſtas, quomodo inter ſe diſtinguantur? 10.a. De Potentiâ activâ & paſſivâ. 13.b. Potentiæ cur in hominibus requirantur? 247.a
Præcepta æquivoca, an à piis & probis Principibus imponi poſſint? 39.a
Prædeſtinationis, & Humanæ libertatis concordia. 134.b.
De Prædicamentorum numero Ternario ſub Ente Politico conſtitutorum. De quibus, & quo ordine ſit hoc in loco diſputandum? 1.
Prædicatores, an aliqui reprobi ſint? 205.a
Prædicatum, in quo ſunt duæ formalitates, ut ſubjecto repugnare dicatur, ſufficit, quòd altera ſubjecto repugnet prædicati formalitas. 198.b
Prælatus, Religioſum ſuum ſubditum, licentiâ audiendi Confeſſiones conceſsâ ab Epiſcopo, privare poteſt. An ſine causâ privare poſſit? 27.b
De Prælato probabili. Quid de illo ſtatuere poſſit, aut ſta-

ſtatuerit Summus Pontifex? 22.b
Præſumptionis ſpecies, quot? 140.a
Prætor non poteſt vocem Tribunalis impedire. 106.a
Princeps pius & Catholicus, quid facere debeat, aut non debeat contra Hæterodoxos & Infideles? 177.b
Princeps, an promovendo ignorantes peccet? 250.a. An ad reſtitutionem teneatur? ibid. b. An excuſari poſſit Princeps ob miniſtrorum inſolentiam? 250.b. De Principis, vel Præſidis officio. 251.a
Principi-ne, an Miniſtro ſit ſerviendum? 141.a
Principes, an ſint ſurdi? 77.b
Principes Supremi, & non Supremi, an poſſint in legibus, diſpenſare? 79.a. An, quando, & quomodo aliquem Jure adquiſito privare? 79.b
Principes Hiſpani, cur præſeferunt in ſuis ſtemmatis Regum Maurorum capita? An, ut ea venerentur? 172.a.
Principum & Regum intentio, quæ? 244.a
An horum filii ad tribunalia promoveri debeant? 250.b. An ad Senatum adſumi? 251.a
Principium *quod* diſtinguitur à principio *quo*. 148.b
Quid in Divinis ſit principium *quod*, & quid principium *quo*? ibid.
Privilegia & gratiæ, an ſint conceſſa criminibus? 155.b
An inter Probabilitatem Juris & Probabilitatem facti diſtinguendum ſit? 241.a
Probatio, an in accuſatione requiratur? 83.a
Probatio & ſententia debent correſpondere. 241.a
Promiſſio quid ſit? an debeat eſſe de re bona? 43.a. An ſit lex? Quis in legibus poſſit diſpenſare, & quis in promiſſionibus? 45.a. Per Petitionem reſtringitur. 26.b. An revocari poſſit? 44.a. Ante acceptationem revocari poteſt. 45.b. An retractari poſſit? 46.b. Eſt verum pactum & verus contractus. 46.b
Promiſſio æquivoca, an, & quomodo adimplenda ſit? 9.a
Promiſſio merè interna, an obliget? 43.b. An, & ficta? 44.b
De Promiſſionis & Pollicitationis diſtinctione. 43.a
De Promiſſione dubiâ. 28.b
De Promiſſione acceptatâ, & non acceptatâ. De ea, quæ negativè, & de ea, quæ poſitivè non acceptatur. 43.a. De acceptatâ ſimpliciter, & acceptatâ reciprocè.
De eâ, in quâ tres perſonæ intercedunt. 43.b
In promiſſione omni uxorum, quid ſubintelligi debeat? 16.b
Promiſſiones, quæ pios uſus concernunt, an à Jure Civili dependeant? 44.a. Factæ piis locis, an indigeant acceptatione? 45.b
Promiſſis non ſtare, quale peccatum ſit? Qualem Juſtitiam temeret? An poſſit excommunicari qui promiſſis non ſatisfacit? An omnem Meratius auferat promiſſionem? 46.a
Promittendi modus ex Pythagorâ. 28.b
Propoſitio vocalis, ſi falſa ſit, per Mentales Reſtrictiones non erit vera. 5.a
De Propoſitione duobus ſenſibus veris affectâ. 5.b
De Propoſitione duplici ſenſu (vero, & falſo) prædita. 7.b
Propoſitiones aliquæ conſiderantur, & exponuntur. 2.b
Propoſitiones de præterito, aut de futuro, ut veræ ſint, quid requirant? 57.b
Propoſitiones tres dignæ conſideratione examinantur. 91.b.
Propoſitionum Veritas, aut Falſitas, unde ſumatur?
Propoſitum, an mutari poſſit? 46.a
Proreges, & Miniſtri Superiores, an vendere Officia, & munera extorquere, & recipere poſſint? An, & cur cùm dicunt *Damno*, cenſendi ſint dixiſſe *Furantur*? 18.a
Proſapiæ aliquæ habitu ab aliis diſtinguntur. 167.b
Protheoremata Generalia, quomodo ad diverſas ſcientias reſtringantur? 131.b
Proximum decipere, an ſit malum Theologicè? An etiam præbere occaſionem, ut aliquis ſe ſpontè decipiat? 8.a. An &, cur de Proximo ſemper bene præſumere debeamus? 15.b
Prudentia à Veracitate diſtinguitur. 95.b
Pueri, an, & quomodo decipiendi ſint, ut amaram aliquam potionem hauriant? 218.a. An ipſi tantùm & non ſenes à Medicis ſint decipiendi? Qui, & quales medicinas refugiant? ibid. b
An pugnandum ſit aperto Marte? 219.a
Pulchritudo, an dormiat? 56.a
Pythagoræi, cur carnes animantium non comedant? 191.a
Pythagoras, an ſcripſerit libros? An idem ſit ac Deus Brahma? 185.b. Ejus anima per quot & quæ corpora tranſiviſſe fingatur? 295.a

Q

Qizilbaſcii, qui & quales ſint? 174.a. In quanto honore ſint apud Perſas? 181.b. An ſint milites Religioſi? 182.a.

R

Ratio ſtatûs, quid ſit? 182.a
Rectores Eccleſiarum, qualem & quantam authoritatem habeant, & non habeant? 45.b
Regula Juris, *Qui tacet*, &c. exponitur. 145.a
Regulæ S. Benedicti, & S. Franciſci, quomodo Religioſos obligent? 127.b
Reguli, quales plerique ſint? 232.b
Religiones Chriſtiana, Hebræa, & Mahometana, &c. an ſint bonæ? 209.b
Religioſus, an approbari ad audiendas Confeſſiones poſſit ſine licentiâ Superioris? 27.a
Religioſus, qui gerit habitum Regularem, quomodo debeat conſiteri? 131.a
Religioſus, qui peccavit carnaliter, & ſacrilegium commiſit, an teneatur hanc verbis circumſtantiam exponere? An per veſtes illam ſufficienter declaret? 167.b
Religioſi ordinem & gradus habere debent. Unde coordinandi ſint? 70.b. De Sacerdotum in Monaſterio gradu & aliorum Clericorum. 71.a
Religioſi, an carnes comedere poſſint in die Veneris, in quem incidit ſolennitas Nativitatis Dominicæ? Quid de Patribus Franciſcanis, & quid de Benedictinis dicendum? 127.b
Religioſi, quo jure, & quo ad Ordines Majores promoti Caſtitatem obſervare teneantur? 128.a
Religioſi, qui ſunt in Sacris, an voto, & præcepto ad Caſtitatis obſervantiam teneantur? Quo conſiteri modo debeant, ſi peccatum carnis commiſerint? 130.b
Religioſi an ſtemmata Avorum retineant? An etiam relinquant ſuorum parentum cognomina? 198.b
An Religioſis, quando ad ordines majores promoventur, nova aliqua (voti aut præcepti) addatur Caſtitatem obſervandi obligatio? 131.a
Remedia, an ægris inſciis aliqua adhibenda ſint? 218.a
Res eadem an, & quomodo poſſit ſimul eſſe determinata & indeterminata? 14.b
De Re per ſententiam dividendâ. Authores, & De-

creta
a

creta pro dividendâ re, ubi probationes ſunt ambiguæ? 243.b

Reſponſio per interrogationem reſtringitur. Doctrina Generalis. 26.b

Reſpublica teſtandi poteſtatem & concedere & negare poteſt, 58.b. An poſſit ſine mendaciis conſervari? 232.b. Poteſt & ſolet jubere alicui Advocato, ut reum defendat, etiam in cauſâ manifeſtâ, ſed cur? 245.b. In Republicâ benè inſtitutâ nemo privatâ authoritate jus dicit. 35.a

Reſtituendi omnis obligatio, unde proveniat? An ad inducendam gravem reſtituendi obligationem peccatum veniale non ſufficit? 101.b

Reſtitutio non datur, ubi Minoris fuit evidens utilitas, etiamſi contractus poſteà ſit damnoſus. 63.b.

Reſtitutio, an ſit de eſſentiâ, an verò de integritate Confeſſionis? 247.b

Reſtrictio ſecunda, an-ne aliquando requiratur? 92.a

Reſtrictiones Intellectuales, ſi eſſent licitæ, omnem humanam ſocietatem deſtruerent. 12.b

Reſtrictiones Mentales, cur ſint inventæ? An ſi darentur, ſufficerent? non reſpondent Interrogationi, quæ ſtatim conformari poſſet. Conſiderandæ ſunt circumſtantiæ quæ perſonam interrogantem comitantur. 151.b. An prodeſſe poſſint? 156.a. Caſus propoſitus à Sancto Dorotheo, reponitur, An probet dari Reſtrictiones Mentales? 103.a

Reſurrectio, quid propriè ſit? An corpus concernat primariò? 192.a

Reſurrectionis, & Tranſmigrationis differentia, 191.b

Reuban in Metaphyſicâ quid ſignificet? 13.a

Reverſales, ſi onus contineant, non dirimunt valorem donationis. 124.a. An & quando obligent? ibid.b. Impoſſibile promittunt, 125.a

Reus qui olim, & quis hodie dicatur? 86.a. Reus ab intruſo Judice interrogatus, an teneatur reſpondere? 35.a. An poſsit reſpōdere non candidè? Etſi illegitimè interrogetur, non poteſt mentiri, ſed debet candidè reſpondere. ibid. An poſſit negare crimen occultum ſed verum? 36.a. Non poteſt contra Juris diſpoſitionem examinari. An negando mentiatur? 36.b. An poſsit mentiri & peccare, crimen, quod commiſit, fatendo? Adducuntur rationes pro utràque parte. 37.a.b. Illegitimè interrogatus, negare poteſt, 86.b. An aliquando mentiri poſsit? 87.a. Quid debeat facere poſt informationem ſemiplenam? 87.b. An condemnari poſsit, ut venenum hauriat? 90.a. Qui jubetur ſumere venenum, cum eo, qui præcipitur detegere veritatem, componitur, 90.b. Reus, qui innocens eſt, an ſubornatum Judicem & falſos teſtes occidere poſsit? An injuſtè condemnatus Carnificem? 92.a. Qui fatetur crimen commiſſum, an per ſe ad ſuam mortem concurrat? ibid. Reus in dubio, *an legitimè interrogetur*? quid facturus ſit? 96.b. Utrùm Judex, an Reus eſſe in poſſeſſione cenſendus ſit? ib. An Reus ſine cauſâ infametur? 99.b. Reus pœnitens & correctus an debeat juvari? 100.a. Reus an poſſit reſpondere amphibologicè? 105.a. Quid in Tribunali facere debeat? Præſcribit P. Miranda illi gradus, per quos procedere debet. 104.a. An illi ad verba ambigua, æquivoca, & amphibola liceat recurrere? In nullo caſu licet ſe juvari mendacio. Crimen ſecretum non tenetur fateri. An poſſit abſolutè negare? 104.b. An fatendo ſe crimen commiſiſſe, mentiri poſſit? An qui invaſorem occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi homicidium commiſiſſe ſe dicat, mentiatur? 107.a. An criminis occulti reus, ſi illud in Judicio ſe commiſiſſe fateatur, mentiatur? 107.b. An illegitimè, hoc eſt, contra Juris formam interrogatus, ſi fateatur crimen, falſum dicere cenſendus ſit? ibid. An poſſit ſuo jure cedere? An criminis occulti Reus ſe accuſare poſſit etiam in cauſâ capitali? An tunc ſi crimen commiſiſſe dicat, mentiatur? 108.a. Reus mendacii preſſus, an mendaciis ſe poſſit defendere? 106.b. An & quando crimen, quod commiſit, poſſit negare? Cur id facere poſſit? An ſit neceſſaria aliqua in caſu Reſtrictio Mentalis? 146.b. Qui non peccavit, ſed crimen materialiter tantum commiſit, quomodo reſpondere Judici debeat? An neceſſaria ſit in hoc caſu aliqua æquivocatio, aut mentalis Reſtrictio? 147.a. Reus negativus, cur in aliquibus locis non condemnetur? 212.a. Rei-ne an Accuſatoris ratio potiùs habenda ſit? 99.b. Reo, qui homicidium commiſit, ſed non criminosè, quid ſuadendum, an ut fateatur, an, ut neget? 94.b. Cur ſit favendum? 102.a An ei liceat Judicem aliquando decipere? 106.b. Reum condemnare ut venenum ipſemet hauriat, an ſit ſententia irrationabilis? 92.a. Rei negativi, an condemnentur? 96.a

Rex ad *quem*, an accuſare Legatum poſſit de aliquo ſibi dicto mendacio? 6.a

Regis Tyri peccatum. 213.b

Reges, aut etiam Proreges, an officia militaria, aut Senatoria poſſint vendere? 19.a

Reges & Principes omnes quales eſſe debeant? 72.b

Regum Perſiæ hiſtoria antiqua recenſetur. 47.b

Regibus eorumque Miniſtris, an mentiri liceat? 215.a 216.b

D. Ruperti Scherley Hiſtoria exponitur, 173.b. 180.b, 181.b

S

SAcerdos, qui ſcientiam ſufficientem non habeat, an exponi ad audiendas Confeſſiones poſſit? 246.a. An in articulo mortis ignorans poſſit moribundum abſolvere? 246.b

Sacerdos indoctus, an & quando in Infidelium provinciis poſſit Confeſſiones audire? 248.a

Sacerdotes Græci, cur non poſſint contrahere Matrimonium? 132.b

Sacramentum ordinis, quid illud ſit? 119.a

Sacramenta Veteris, & Novæ Legis, quid ſignificent? 108.b

Sacramenta ſunt inſtrumenta, per quæ operatur Dominus Noſter Jeſus-Chriſtus, 148.b. De eorum numero, materiis, & formis, 74.a. Sacramentorum formæ poſſunt biſariam dici. Unde reſcire poſſim, an verba Sacramentaliter, an recitativè dicantur? 165.b. Sacramentorum adminiſtratio, an in Theatris, & Comœdiis licitè poſſit repræſentari? ibid.

Sæcularis, an & quando poſſit dicere *Accipio te in meam*, ſi ſciat ſe impedimento dirimente præoccupari, & nil validè facere? 31.a

Sagomarbar, apud Tartaros, quis fuerit? 209.b

Quot Sanguinis libræ citra mortis periculum ex humano corpore poſſint defluere? 224.a

De Satisfactione. Vocatur *Pœnitentia* in Dialecto vulgari. 118.a

De Scandalo dato & recepto. 171.a

De Activo & Paſſivo. ibid.

De Schedâ, quæ Pœnitentibus concedi ſolet à Confeſſariis. An danda ſit impœnitenti? An de ſolâ Confeſſione Schedula à Superioribus petatur? Impœnitenti negari debet, & illi qui non fuerit confeſſus. Ob venditas Schedulas Pragæ quidam Parochus decapitatur. 152.a.b

Scire,quid ſignificet ? 42.b
Scripta Virorum Doctorum,quo oculo R animo legenda ſint & interpretaoda ? 140.b
Secreta revelare,an ſit contra Charitatem ? An teoeatur reſtituere, qui oullam injuſtitiam commiſit? An ſit contra Juſtitiam illa revelare ? Quo debeat modo, qui illa revelavit, reſtituete ? 159.a
Selinus Ottomanus, Turcarum Imperator, qualis fuerit? 210.a. Cut attulerit barbam ? Quo anno obierit ? 210.b
Senatotes, quales eſſe debeant ? 68.b
Senatus unde dicatur ? ibid.
Seneca ſui ſæculi mores imptobos deſcribit. 73.b
Sennacherib Aſſyriæ Rex Palæſtinam invadit.51.b. Receptis 30. auri, & 300. argenti talentis diſcedit. Quanta fuerit hæc ſumma ad ooſtram monetam tedacta? Tres Duces contra Hebtæos Sennacherib mittit. An fuerit perfidus?52.a.Ejus ſtatua in Templo Uulcani qualis, & cut erecta ? 53.a
Senſus Accoommodatitius, quis & qualis ſit ? & an Sacræ Scripturæ conveniat ? 133.a
De Senſu congruo & patum congruo. 261.a
Senſus externi an adlucineotut ? 12.b
Sententia injuſta, an pet appellationis omiſſionem convertatut in juſtam ? 24.b. Si acceptetut à parte,quæ ab illâ appellare poteſt,& non vult, pet ipſam appellationis omiſſionem ttanſit in juſtam. 25.a
Sententia,quæ dicitur *pro amico*, quæ ? 241.b
De ſententiâ latâ & ferendâ. 66.a
Setvus, an licitè poſſit detineri, & licitè fugete ? 91.a. 92.b
Sigillum Confeſſionis,an & quot titulis obliget? 144.a.An poſſit frangi ſine peccato ? 145.a. Ejus violatio, an ab advertentia, aut inadvertentia Confeſſarii dependeat? ibid.
Signa, quæ Judæis imponontur, an, & quomodo ſignificent eorum petfidiam?168.b. Qualia ſint?An Copulativa ? An Disjunctiva ? Cùm convertuntur, mutant veſtes. 169.a.An eadem ſigua Religionem,an verò ſolam nationem ſignificent ? 170.b
Signorum âboſus, quomodo tollatur ? 200.b
Simulatio & Diſſimulatio,an ſint licitæ ? 237.b
Simultas Potentia, & Potentia Simultatis, quid ſint, & quomodo inter ſe diſtinguantur ? 13.b
Sinceritas,an ſit nociva ? 232.b
Solis & Syderum imagines,an ſint æquivocæ? 372.a
De Solimani perfidiâ & perjutio. 54.a
Somnus, an ſit nomen æquivocum inter vitam, & mortem ? Mortis frater, & imago eſt ; non autem mors. 55.a
Σόφοι quinam Græcè, & quinam Latinè appellentur *Sapientes* ? 235.b
Sponſalia, quid ſint ? 139.a. Quot modis contrahantur? Annulum dare, an aliquid ſignificet ? An ejuſdem traditio Sponſalia ſignificet ? 139.b
Stola, quæ Diacono præbetur, ut ut alius coloris ſit, cur *Candida* nominetur ? 235.a
Stola, quâ Flamines nuper creatum Imperatotem exornabant,quam ſiguificationem haboerit ? Quo caſu potuerit, & quo non potuerit à Chriſtiano Imperatore admitti ? 179.a
Stiatagemmata. Au liceant ? 237.b
Strepitus,& Solennitates, quomodo differaot ? 79.b
Subdiaconi,an in Ordinatione ſuâ votum Caſtitatis emittant ? Quando, & quomodo hoc emittatur implicitè? 128.b.An ad Caſtitatis obſervantiam ſolenni præcepto obſtrinnantur ? Au & cur,quando, & quomodo Eccleſiæ præceptum de illo acceptetur ? Au voto ſimul, & præcepto ad obſervantiam teneantur ? 139. a. Anquis poſſit tacendo votum caſtitatis emittere ? 129.a
Superiori certò illegitimo, an ſit obediendum ? Omnia ejos mandata & decreta ſunt nulla. 21.b
Superiori probabili poſsumus, ſed non tenemur. 22.b.An illi,quis obedire teneatur ? 98.b
De Superiore probabiliter legitimo. Ao illi obedite debeant ſubditi ? 22.a. De certo,qui rem præcipit probabiliter licitam. Quod, ſi rem, quæ non expediat, præcipiat ? 25.b
Superioribus, quando obediendum eſt ? 21.b
Suppoſitio eſt duplex. 142.a
Suſpenſio realiter, & moraliter quid ſit ? Lex de eâdem proponitut & explicatur. 40.b. Quid apud Canoniſtas ſit ? 41.a
Synodus Tridentina,an aliquot Pontificii Juris revocata, & antiquata capita revalidaverit ? 124.a

T

TAG, an ſit anteo velleri ſimile ? An à Chriſtiano geſtari poſsit ? An ſaltem ſuperpoſitâ Cruce ? 182.a
Io Talento, quot ſimplices argentei numerentur ? 207.a. 208.b
Talpa, cur non videat ? 193.a
Templa, & tes Idolis conſecrata, an poſſint ſacrilegam labem exſuere, & Dnmino Noſtro Jeſu-Chriſto conſecrari ? Quomodo id olim fieret ? 182.b
De Vemplorum Et8nicotum, & Sacrificulorum otigibe. 188.b
Tempus,quo Sol ſuprt Hotiſiontem excurrit,cur vocetur *dies artificialis* ? 50.a
Terminus indefinitus, an, & quaudo ſit univerſalis ? 116.a
Termini tranſſcendentales,an debeant exprimi ? 13.a. An ſaltem poſſint? 13.b. An ipſi etiam in actibus Divinis locum habeant ? 16.a
Teſtamentum,au ſit Donatio de præſenti ? An de futuro? 57.b. Invalidum eſt, niſi moriatur, qui illud condidit. 58.a. Cooditum ad pias cauſas,an denuuciari debeat? 85.b. Teſtamenti aliquæ Definitiones ponuntur. An ſint bonæ ? An benè ab Acurſio corrigantur ? 58.b.Teſtamenta, unde vim, & valorem habeant ? 57.a. De Teſtamentis Valentinis. 59.a
Teſtimonia, quorumnam admittantur ? Setvi cur rejiciantur ? 97.a
Teſtis (Græcè Μάρτυρ) unde dicatur ? Quas qualitates habere debeat ? In Occulatum & Auritum dividitur. 96.b.Teſtis,an reſpondere tenxatut ? 98.a.Debeat-ne ex Juſtitiâ, an ex charitate veritatem revelare ? 100.a. Quamnam obligationem ſortitus ſit per ſe, ratione munetis ſeu qualitatis, quam in Ttibunali exetcet ; & quam per accidens propter damnum quod ex ſuâ poſſet tacitutnitate provenire ? 102.b. Spontaneus rejicitur.100.b. Falſus Teſtis, an & quando ſuum dictum revecare teocatur? 101. Omni modo tenetur ad reſtitutionem. Ad quid teneatur in dobio ? An ejuſdem retractatio ſemper ſit utilis ? 102.a. Teſtis, qui in judicio peccat,an tria committat ? 231. Tertius Teſtis falſus,an damnum,aut injuriam reo inferat ? An teneatur ad reſtitutionem, ſiquidem duo priores ad rei condemnationem, ſufficiebant ? 101.De Teſte ſingulari, au reſpondere teneatur ? 98.b. Proponuntur duæ contrariæ ſeotentiæ. ib. De eo, qui vult comparere. De eo, qui negat ſe ſcire veritatem, quam reverâ cognoſcit. De illo,qui rem falſam poſitivè deponit. 100.b.De alio qui ctimen ſecretum imprudentet detexit. 102.a. Te-

ſtes,

Digitized by Google

ſtes,an naturali Jure,an verò Humano requiratur? 79.b Quot ad examen ſufficiant? 80.b. Qui & quo jure à teſtimonio excludantur? 29.b. Auriti parum probant. Ad ſemiplenam informationem num ſufficiunt? 97.a. Teſtes multi, quorum ſinguli indigni fide ſunt, an ſint fide digni ſimul ſumpti? Sententia Socratis digniſſima. 97.a.b. Illorum indignitas & inſufficientia, an numero compenſetur? 97.b. Teſtes, & accuſatorem occidere, an liceat? 162.a
Textus ex Geneſeos ſexto explicatus. 186.b
Themis Dea Innocentiæ. 231.b
Theodori Imperatoris ambiguum, & æquivocum Edictum. Loquitur in genere Imperator. An ſit ab aliis imitandus? 39.b
Theologi, cùm de Trinitate diſputant, quantum in verbis rigorem obſervent? 148.b
Theologia Moralis Aulicorum, ſe inſinuat in Monachorum clauſtra. 232.a
Tiberius voluit Chriſtum inter Deos numerarj; cur non id obtinuerit? 190.b
Tirſus de Molina, quis? 141.a
Prima Tonſura an ſit ordo? 119.a
Tribunal, quid ſit? 68.b. In Tribunali quænam Perſonæ requirantur? ibid. Adverbia, quibus Tribunal verba Judicis, reum examinantis reſtringit, proponuntur, & exponuntur. 34.b. Tribunalia cur fuerint erecta & inſtituta? 32.b. 78.a. 79.a. 241.b. Quidnam loquantur? 32.b Tribunalium Civilis, Criminalis, & Sacramentalis differentia. 117.a
Tributum, quid ſit, & cur ſic dicatur? 68.b
Turbantum pileus Turcicus. An Chriſtiani apud Turcas illud geſtare poſſimus? An liceat Turcicis veſtibus uti? 166.a
Turcæ, an poſſint Chriſtianis Myſteriis cooperari? 205.a An bonam judicent Religionem Chriſtianam? An, & cur perſequantur Chriſtianos? 205.b

V

VAS, cur tale & non tale ex eodem luto ſit concinnatum? 74.b
Venæ Sectio, quomodo fiet? 224.b
Verbum Amphibolum quid ſit? & an illo uti liceat? 104.a
Verba materialia, an poſſint citari? 3.b
Verba, cur fuerint inſtituta? 6.b
Verba, quæ dicuntur, an ambigua & æquivoca ſint, an externè conſtare poſſit? 10.b. An ſecundum Scotiſticæ Scholæ fundamenta argumentetur Poncius? Ejuſdem Syllogiſmus proponitur. 11.a
Verba, an per voluntatem reſtringantur? 38.a
Verba contractuum quo ſenſu, & quo modo ſint intelligenda? 47.b
Verba ambigua per proximiora, non autem per remotiora reſtringuntur. 61.a
Verba clara non indigent interpretatione aut reſtrictione. 62.a
Verba, quæ intellectum, ab illis quæ voluntatem concernunt, in Commiſſionum, quæ dari ſolent, formulis, diſtinguuntur. 81.b
Verba, & operationes præter naturalem, habere poſſunt ſignificationem ad placitum. 140.a
Verba, an habeant medicam virtutem? 237.a. An Literæ, ſeu Characteres? ibid.
Verborum expoſitio duplex, materialis & formalis. Utra præferri debeat? 26.a
Verbis, quæ ad duas linguas pertinent, an uti poſſimus in alterutrâ ſignificatione? An ſicut de verbis, ſic de veſtibus philoſophandum? 172.b
De verbis, quæ habentur pro non poſitis, 192.b
Veracitas majoris quàm vita habenda eſt. 18.a. An Veracitas, aliquando graviter obliget? 46.b. Veracitatis ſtudioſiſſimi cultores, qui? 225.a
Veritas Propoſitionum, unde ſumatur? 211.a
Veritas à veracitate, & Falſitas à Mendacio diſtinguitur. ibid.
De Veritate & Falſitate materiali & formali. ibid.
De Veritate Pernitiosâ, & Officioſo Mendacio. 214.b
Veroſimilius, quid ſit? 242.b
Cur ex veſte Hiſpanicâ ad Nationem non poſſit, & ex veſte Religiosâ poſſit ad ſtatum Religioſum argumentum deduci? 167.b
Veſtes ſolius Religionis, an dentur? 167.a. Veſtes ſunt ſigna ad placitum. 168.a. Interdum ſunt ſigna æquivoca, 171.a. Veſtes, quæ duas ſignificant res, an illas coagulatim, non verò disjunctive ſignificent? 168.b. Veſtes, an ſint indifferentes? 173. a. Tempori accommodandæ ſunt. 174.a. Veſtium diviſio. 167.a. Earum ſignificatio quomodo contrahatur? 173. a. An Infidelis nationis veſtibus uti poſſimus? 167.b. An Infidelis Genealogiæ? An Proſapiæ ſimul, & Religionis, & Nationis ſimul, & religionis? Unde pleræque Theologorum Controverſiæ aboriantur? 168.a. Veſtibus religionem tantùm ſignificantibus, an uti liceat? 172.b
Veſtimentorum præcipua genera, quot ſint? 166.a
De Vexillis, in quibus ſunt figuræ Ethnicæ. An liceat illa expandere? An ejuſmodi vexilla ſint æquivoca? An illis poſſit homo mentiri? 171.b
Vigil, quis dicatur? 55.b
Vir probus, quomodo cum improbis poſſit agere, quin ſinceritati deficiat? 232.b
Viri docti, quinam ſint? Qui eruditi? Qui Scii? 235.a
Viri indocti, an in oppidis miſeris, & pauperrimis poſſint ad audiendas confeſſiones exponi? 248.b
Virgilius, cur Æneidem ſuam comburi juſſerit? 183.b
Vita in ſubſtantialem & accidentalem dividitur. 56.a. Eſt duplex. 58.a
De Extremâ Unctione. Quæ ſit ejuſdem forma? An & cur omittere poſſimus vocem *Sanctam*? 111.b, An, & cur ſubaudiri debeat, ſi omittatur? De illis verbis *& ſuam piiſſimam miſericordiam*. An ſubſtantialia ſint? An & cur illæſo Sacramenti valore omitti poſſint? De ſenſibus, qui unguntur, an debeant nominari? 112.a. Unctio ipſa reſtringit verba ad illum ipſum ſenſum, qui inungitur. 112.b
De voluntate ſatisfaciendi, ſe obligandi, & promittendi, 44.b
Votum, quod ſimplex, & ſolenne eſſe poteſt, unde-nam ad eſſe ſolenne reſtringatur? Unde quod poſſet plures vel pauciores attingere, ad tres virtutes reſtringitur determinatè? 116.a. Ad voti valorem requiritur voventis voluntas. 130.a
Vovens rem gravem, an ſe poſſit Deo obligare ſub veniali? 128.a
Vox, quando duas ſignificationes habet, alteram communem, & alteram particularem, an poſſit in communi ſumi, rejectâ particulari? 172.b. Voces aliæ ſunt compoſitæ, aliæ æquivocæ. Quomodo differant? 168.a. Cur inventæ ſint? 227.a. Vocum acceptio propria, an metaphorica ſit præferenda? 40.a. An vocibus æquivocis uti poſſimus? 171.
Uxores, an & ubi apud Indos ſint communes? Quis alat fœminas? An filius patrem ſuum cognoſcat? Genealogiæ, & hæreditates per lineam maternam deducuntur. 195.b

X

Monſieur de Xeures, quantâ ſub Carolo Quinto avaritiâ, & temeritate ſpoliarit, & perturbarit Hiſpaniam? 251.a

Z

Zamolxis Getarum Deus, an ſit ſervus Pythagoræ? Quo modo ad illum preces mitterent? 185.b



ANT 1742240